¶Vrna uel urna ideſt ſepulchrum ubi cineres mortuoꝝ condunt: uel urnā intellige iudicum inferni qui pſortes ex urna tractas iudicia faciunt damnatorū apud inferos. ut Virgi. in. vi. urnā mouet ille ſilentium. ¶Populos citatos. uocatos: qa cui acciderit ſors illa ex urna tracta opus eſt ut uadat: a cio cis a quo accire deducitur hoc eſt aduocare & accerſire eiuſdē ſignificationis: & deaccire: a cio fit etiā citato citas qd eſt uoco. Cicero. citat eū non reſpondet. ꝓcire eſt aūt petere. Liuius: matrē procitū uenerat: habetq; penultimā ſyllabā correptā: quando eſt producta ſignificat irritū atq; ruptū: inde iuriſconſulti irritū teſtamentū procitū dicūt ꝓcitare idē eſt q; prouocare: & idē ſignificat ciere a cieo. Vir. lachrymaſq; ciebat. ¶Alium. ideo cōcludens chorus dicit: nolo ſequi ſtas anxietates: alii parēt gloriā: ſatis mihi eſt uiuere meo paruo. ¶Tradat. ut cognoſcantur puarias terras. ¶Curru. ſ. triūphali: q ebore & auro inſignis quattuor candidis eqs ducebaſ. ¶Mea tellus. i. patria. ¶Lare domo ¶Secreto. ubi non ſim multū cognitus: iuxta illā preclarā ſnīam Ouidii in triſtibus. crede mihi: bene qui latuit: bene uixit: & ītra fortunā debet qſq; manere ſuā. ¶Tutoq; tegat. Verſus hic cōſtat ex primo ſpōdeo: & ſecūdo anapeſto. ¶Venit ad pigros. ad deſides: & hoīes umbratilis uitæ: nullus uenīt ad ſenectutem q uult conſeq magna & ardua: qa cito moriunt ſubeuntes mille pīcula. ¶Cana ab effectu. qa hēnt ſenes albicātes & canos capillos. ¶Humiliq; loco. uili & obſcuro loco: quod cōtrariū euenit cupidis honoris: & regibus q raro moriunt ſine uulnere. ut Iuuenalis. Ad genꝝ cereris ſine cæde: & uulnere pauci deſcendūt reges: & ſicca morte tyráni. ¶Sed certa ſedet. i. manet ſine pīculo: ut Hora. in odis. Viuiſ bene paruo: cui nitet in tenui menſa: puꝝ & ſine labe ſalinū. ¶Fortuna. cōditio. ¶Sordida. ſine apparatu & ignobilis in ea ſignificatione apud Horatiū legitur. Iudice te non ſordidus auctor. ſordidus aliquando ſordibus plenus. ¶Paruæ domus. tenuis familiæ. domꝰ aliq̄ndo familiā ſignificat. ut domꝰ cornelia: aliq̄do patriā. Vir. Da, ppriā tymbree domū da mœnia feſſis: aliq̄do hītaculū ipſū. Vir. Aſt ubi tā prīæ puētū ad limīa ſedis: Antiq̄ſq; domos: aliq̄ndo tēplū. lu. Ante domū ueneris: q̄ dorica ſuſtīet anchō: itē brutoꝝ luſtra domos appellāus. Vir. Antiq̄ſq; domos uolucꝝ. ¶Alte cadit. q q̄rūt res altas: altꝰ cadūt & grauꝰ Sed mœſta: dat locū ſeq̄nti ſcenæ: qa dū loq̄reſ uenit Megæra uxor herculis cū filiis ſuis puis: & āphytriōe mœſta tota: & capillis ſpſis. ¶Cōitata. ſeq̄ns. ¶Paruū gregē. filios puos. ¶Parēs. āphytrio. ¶Alcidæ herculis alcei nepotis.

O Magne. Scēdus actus de lamētatiōe Megeræ de laboribus herculis mariti ſui: & hēt aliā partē de cōſolatiōe amphytrionis ad eā. Tertio uiolētia lyci q uolebat megerā ī uxorē: poſtea poniſ chorus q̄ ſemp cantaſ in fine actus. Verſus talis ē: ut ī prima ſcena iābicus. Stillus eſt dramaticus ī quo ītroducunt loquētes: & auctor tacet: & ppriē ē tragœdiæ & cōœdiæ dramata latine dici poſſūt actus: ibi. n. res uideſ agi: nō narrari. ¶O magne rector & arbiter: O Iupiter q ſup oīa potestatē hēs. Arbiter iudex diciſ nō a lege datus: ſed ab his q litigāt electus q totius rei hēt arbitriū & facultatē: dictus ab arbitrādo: Arbitrari. n. eſt exiſtimare: hinc arbitriū qđ arbitriū ſententiā ſignificat aliquādo opinionē: ut oīa p arbitrio ſuo facit. ī. put ſibi uideſ. ¶Statue. īpone. ¶Modū fīnē. ¶Erumnis laboribus mariti mei. Erūna ppriē ē labor corpis. ¶Grauibus. difficilibus. Grauis dr̄ pōderoſus: inde p trāſlationē dicimus uiꝝ graué plenū auctoritate: aliq̄ndo dr̄ grauis moleſtus. Iuue. lā grauis es nobis: & ſemp emūgeris: ltē amaꝝ ſignat Lucre. Abrotāos q̄ graues: & triſtia cētaurea: aliq̄ndo ēt grauis grauidus dr̄. Vir. Marte grauis geminā ptu dedit illa plē. ¶Lux dies. ¶Secura ſine metu. ¶Finis. cū finiuit unū laborē ſtatī iubeſ ad aliū. ¶Eſt gradus ē q̄ſi uia ad aliū. gradus. n. ſūt ex qbus ſcalæ cōſtāt: & p quos ad edificioꝝ altiora cōſcēdiſ a gradiēdo. i. eūdo dicti: qđ p eos eaſ. Vir. ærea cui gradibus ſurgebāt limīa. Gradus ēt dr̄ qdā firmitas ſtādi: ut Cice. nec tu multuātes de gradu deiici: Gradus cognatiōis Paulus iuriſcōſultus dictos quoq; putat ad ſimilitudinem ſcalaꝝ: quos ita īgredimur ut a pximo ī quo periculo. ut Vir. in primo ænei. ¶Anteq̄ cōtingat. ueniat domū: remittitur ad aliud periculum.

R ecipit populos urna citatos.
A lium multis gloria terris
T radat: & omnes fama per urbes
G arrula laudet: cæloq; parem
T ollat & aſtris.
A lius curru ſublimis eat.
M e mea tellus lare ſecreto
T utoq; tegat:
V enit ad pigros cana ſenectus
H umiliq; loco: ſed certa ſedet
S ordida paruæ fortuna domus:
A ltæ uirtus animoſa cadit.
S ed mæſta uenit crine ſoluto
M egæra paruum comitata gregem:
T arduſq; ſenio graditur
A lcidæ parens:

¶Actus ſecundus Megæra loqtur.

O Magne oli pi rector & mūdi arbiter
I am ſtatue tādē grauib⁹ erūnis modū
F inemq; cladi: nulla lux unq̄ mihi
S ecura fulſit: finis alterius mali.
G radus eſt futuri: ꝓtinus reduci nou⁹
P aratur hoſtis: anteq̄ lætam domum
C ontingat: aliud iuſſus ad bellū exeat
N eculla requies: tēpus aut ullū datur:

¶Dum iubeꝫ.i.interea tantum requieſcit dū mādatꝫ ei piculū:& eius conditio narratur.¶ Infeſta inimica.Infeſtus actiue ad perſecutionē alicuius:paſſiue dr̄ locus infeſtatus a latrōibus.¶Apprime ualde:iungitur cum adiectiuis.¶Nūquid Incipit narrare ꝓcula eius:cū natus eſſet hercules ad eū necandum miſit Iuno duos ſerpentes quos ī cunis puer intrepidus interemit: ut Ouidius ī epiſtolis:ut geminos eliſeris angues:cū tener in cunis:iā ioue dignus eras.¶ Immunis.q̄ſi dicat non:nō fuit ſine ꝓculo & labore.¶ Noſſe. pro noſcere infinitiuus ꝓ ſincopā ꝓ geminum:ſſ:quādo eſt impatiui ſcribitur per ſ c.¶ Criſtati ſinodoche:habentes capita criſtata.¶ Reptauit.repe dicūꝫ aīalia quæ pedes non habent:& uentre gradiunꝫ:ut ſerpentes & uermes:quæ a rependo dicunꝫ reptilia:ꝓ metaphorā:etiam dicunꝫ ea quæ exiguos pedes habēt:ut lacertæ:& ab hoc fit repto frequentatiuū iō hercules infans repetauit traxit ſe quodā mō ad ipſos ſerpētes.¶ Igneos.flameas.¶ Remiſſo pectore.i.animo nō timenti:unde remiſſos ocioſos:quādoq̄ uocamus & remiſſam or̄onem:quæ ē ſine contentione & apparatu:ut teſtis eſt Cice.¶ Tulit.diſſipauit ferre aliquādo ē portare. Virgi. uix illū famuli phœbeus phabariſq̄ ferebāt. Sed caius iuriſconſultus ferri ea ꝓprie dicit quæ nr̄o corpore geſtamus:portari uero ea quæ iumento nobiſcum ducimus:agi quæ animalia ſunt: ferre aliquādo oſtētare. Virg.captiuo ut ſe ferret in auro.itē dicere Virg.ſcelus expendiſſe merentē laocoonta ferunt.Item ducere:hæc uia tartarei quæ fert acherontis ad undā.Itē pati ſignificat. Martialis:Nā tantos rogo quis ferat labores.Itē cupere. Ouidius.In noua fert animus.¶ Nodos arctos ſtrictos.¶ Seréis.ridentibus q̄ſi nō curaret.¶ Elidés ſtrāgulās:ne elideꝫ turba apud Valeriū maximū.i.ne ſtringēdo multitudine ꝓmereꝫ. Tumida: inflata ueneno.Præluſit.ꝓludere quādo unus uult pulſare cythara primo tētat cordas & illāq̄ primo ſonat:uocaꝫ ꝓludere:inde dicunꝫ ꝓludia quæ ante uerū certamē fiunt ita hercules fecit ꝓludiū interficiendo iſtos angues:ut melius auderet poſt ea interficere hydram de qua dicemus inferius.¶ Mænali.montis arcadiæ ubi erat cerua uelociſſima habēs cornua aurea:& pedes æneos: euriſteus iuſſit eam curſu capere.¶ Fera.cerua.¶ Pernix.uelox antiqui ꝓnā appellarunt poſteriorem partem calcis: inde ꝓnio morbus diciꝫ q in ea parte pedis naſciꝫ:& ꝓnicitas uelocitas uocatur.¶ Maximus nemeæ. hercules duos leones interfecit:primum cū eſſet adoleſcens:& inermis apud teumeſū oppidū ꝓuum in thebanis finibus:ut Statius illius in ſpeciem:quæ ꝓ teumeſia tēpe:Amphitryomades fractū iuuéi/ bus annis:Ante cleonei ueſtiꝫ ꝓlia mōſtri.hic leo a Ione diciꝫ in cælū tranſlatus:ut gloriæ herculis cō ſuleret qdꝫ eū inermis occiderat:& qdꝫ hæc erat prima herculis adoleſcentis certatio. Higinus tamē dicit alium fuiſſe:quē tradit a luna iuſſu lunonis in terra arcadica:& regiōe nemeæ educatū: & deinde in exiliū herculis dimiſſum:quem hercules iuſſu euriſtei cū claua quā a molorcho hoſpite acceperat: īterfecit.Itaq̄ poſtea claua pro gladio:& pelle pro ſcuto herculē uſum fuiſſe.Leoné uero a lunōe ſacra celebrare cōſueuerūt:qd ibi hercules ſuſceptus hoſpitio a Molorcho paſtore iuxta habitāte:cū leoné īterfecit:Cleonæ ē mediocre oppidū diſtās ab argis.cxx.ſtadiis phlius eſt medio ſycione:argiuæ terræ.Leo.appoſitiue. Maximus timor nemeæ.ſ. regionis:nā nemea tota illa regio etiā appellatur.¶ Gemuit.gemere ꝓprie ē pectore cū pre anguſtia ī ſonū ꝓrumpit: ergo etiā bruta ſub pōdere cimba.¶ Quid ſtabula Hercules Diomedē thraciæ regem dirum hominem:qui equos ſuos aduenarum carne in tyrida thraciæ oppido paſcebat: occidit:eumq̄ iumentis ſuis epulandum appoſuit Ouidius addit etiam equos fuiſſe ab eo peremptos in ix. libro metha.tibi hercules ait. Quid quod thraces equos humano ſanguine pingues:plenaq̄ coꝑoribus laceris præſepia uidi uiſaq̄ dieti dominūq̄ ipſoſq̄ perermi.¶ Quid memorem.quid dicam.¶ Biſtonii regis diomedis tracenſis:biſtōes ſunt populi thraciæ biſtonis ſtagnum & regio a biſtone rege thraciæ cognominata oui.& tuta a bello biſtōis ora fuit hinc biſtonius deducitur.¶ Pabu. paſtum.¶ Solitumq̄.ſupple quid memorem.Hercules aprum miræ magnitudinis arcadicum agrum uaſtantem occidit:uel ut quidam ſentiunt uiuum cepit & Euriſteo detulit.Dictus eſt hic aper mænalius a menalo monte archadie.¶ Iugis.id eſt collibus.¶ Erimanthi.mons eſt in finibus archadie & ſilua:& fluuius eiuſdē nominis in alpheum defluens:ut Plinius libro quarto naturalis hiſtorie.¶ Denſis id eſt ſiluoſis:quia ibi ſint ſilue Virgi.lib.q̄rto æneidos:ut quondam cane decidit aut erimantho.

Nisi dū iubetur. ſequitur apprime ſtatī
Infeſta iuno nūquid immunis fuit
Infantis ætas mōſtra ſuperauit prius
Quā noſſe poſſet.gemīa criſtati caput
Angues ferebāt ora:quos cōtra obuī?
Reptauit īfans:igneos ſerpētū oculos
Remiſſo pectore ac placido intuens:
Arctos ſerenis uultibus nodos tulit.
Et tumida tenera guttura elidēs mānū
Preluſit hydræ:mænali pernix fera
Multo decorum præferens auro caput
Deprēſa curſu ē:Maxim⁹ nemeæ timor
Genuit lacertis preſſus herculeis leo.
quid ſtabula mēorē dira biſtōii gregis
Suiſq3 regem pabulum armētis datū:
Solitūq3 dēſis hiſpidū erymāthi iugiſ

Aut Ida in magna radicibus erutā pinus. ¶ Taurumq; ſupple iterum quid memorem taurum. hercules tauꝝ ferociſſimū & omnē atticā regionē uaſtantē interemit. Ouidius Vos ne manus ualidi preſſiſtis cornua tauri. ¶ Nō leuē. i. magnū. Leuem prima correpta ſine pondere dicimus. Vir. ante leues ergo paſcent in æthere cerui: & per trāſlationē dicimus hoſes leues q facile mutant grauitateq; carēt Ouidi. Tu leuior foliis. eodem modo dicimus res leues in qbus nullū eſt momentū. ꝓpertius Et leui bus curis multa' pire bona. Quādo hēt primā productam politū ſignificat. Propertius. Clarior eſt auro iuuenis cui leuia fulgent: Ora: nec amplexus aſpera barba terit. Et quoniā leuia ſunt lubrica dicimus etiā leue lubricū. Vir. raucū per leuia murmur: ſaxa ciens: hinc lenigare dicimus. i. politū facere. ¶ Inter remotos. Hercules Gerionē aduerſus ſe uenientē bello ſuperauit. ſublatūq; ei egregium pecus abduxit ī græciā: hūc fabule ferūt trigeminū fuiſſe hoc triplici nature alii triformē: Heſiodus tricipitē hoc ē triū capitū: & fulguris filiū: ſed ueritas hiſtoriæ habet Gerionē in hiſpania regem fuiſſe: duoſq; habuiſſe fratres ſimili mō Geriones dictos tāta ītер ſe cōcordia uixiſſe: ut q̄ndo tres eēnt: una oēs regi aīa uideret. In his locis qbus impabat: tantā pabuli lætitiā eſſe: ut niſi per abſtinentiā īpedita ſagina fuerit: pecora corrūpebant. hīc armenta geriōis in qbus ſolis ea tēpeſtate opes eſtimabant tantæ famæ fuiſſe: ut Herculem ex aſia magnitudine p̄de attraxerit. ¶ Gentis heſpiæ. i. hiſpāiæ dictæ ab heſpo ſtella uerſus occidentē in ultimo loco. ¶ Paſtor. gerion. ¶ Littoris carteſii: carteſium littus hiſpanū appellat: in quo freti anguſtie ſunt. Carteia oppidum ē: carteſus a græcis dicta: de q̄ ſyllius italicus: quā trāſuecti olim ex africa phœnices hītarūt a carteſo carteſius deducit. ¶ Cytheron mons thebanus. Notum oceano. qđ ſolitū erat paſcere iuxta oceanū mare in hiſpania. ¶ Penetrare iuſſus alius labor. Hercules dr̄ poſuiſſe columnas in occidētē: qa enim ex oceano mare noſtrum intrantibus. duo montes occurrunt quoꝝ alterꝝ in africa abilā uocant: alterꝝ in europa calpen: hos quondā iunctos ꝓpetuo iugo fuiſſe finxerūt ſed Herculē diremiſſe colles: Aliq tamen hos mōtes ꝓcul ſpectātibus geminas colūnas uideri dicunt & exinde datū fabulæ locū. Alii ſic: Tyriis olim oraculum ſciſcitātibus reſpōſum fuiſſe ut ad herculis colūnas coloniā mitterent: eos aūt q ſpeculādi gra miſſi fuerāt: ubi ad fretū: & ad calpes anguſtias peruenere: orbis termios eſſe ratos: qđ laborꝝ Herculis metæ fuiſſent: gades ibi occupaſſe: & ī altera earum urbē ad occaſum: tēplum uero ad orientē condidiſſe: hīc colūnarꝝ Herculis nomen ꝓpagatum Quidā colūnas Herculis eas ē dixerunt quæ intra Herculis tēplum ī gaditana īſula erāt ex ære octo cubitorꝝ: ī qbus ſumptus in cōſtructiōe tēpli factus: erat ſcriptus: ꝓficiſci uero ad eas ſolebant: q nauigationē abſoluiſſent: herculi ſacra facientes: & ſic iuuari ſe adeo exiſtimātes. Ibiq; maris & terræ finē eſſe a ſacerdotibus inſtruebant. Mos p̄ter ea uetꝝ fuit colūnas: aut aliqđ tale ponere: quo uel fines expeditionū ſuarꝝ uel res fortiter geſtæ intelligerent: quēadmodū alexāder macedo ī extremis ī diæ colūnas q̄ſi finē indicæ expeditiōis erexit: imitatus herculem: quem forte ueriſimile eſt a principio duas colūnas q̄ſi laborꝝ ſuorꝝ metas poſuiſſe: & poſtq̄ illæ uetuſtate defeceruntꝫ uel duobus: quos diximus: mōtibus: uel duabus ꝓpinqs inſulis noīa colūnarꝝ remāſiſſe. Gades q̄uis duæ īſulæ ſint: utrāq; in ſingulari nūero gadē: q̄ gades ī plurali appellamus: a quo gaditanus deducitur. ¶ Penetrare. ītrare. ¶ Iuſſus Her. ab euriſtheo. ¶ Solis æſtiui. extremi. ¶ Plagas. regiōes. ¶ Aduſta regna. qa africa ē ad torridam zonā. ¶ Aduſta. ꝓpſolē. ¶ Soluit diſiunxit. ¶ Obice. obiectiōe. nā obiicere ē oppōere: unde obiectus. i. oppoſitio cuiuſq; rei: ac ēt uerborum dicitur: & ob ex quod proprie ſignificat obiectū ſeu obiectionē cuiuſcunq; rei. Virg. intra ſe naſci protheus tegit obice ſaxi: quia peſſulum ſeramq; hoſtiorꝝ obices dicimus. Philoſophi uero obiectum uocāt quidquid cerni poteſt hoc eſt quidquid oculis obiicitur. ¶ Poſt hæc. Heſperides tres atlantis filiæ licet alii putēt nō atlātis: ſed heſpi fratris fuiſſe a quo ſint dictæ heſpides iſte amœniſſimos hortos colere dicebāt ī africa iuxta lixū coloniā a Cæſare Claudio deductam: in his auriferum nemus cū aureis malis eſſe exiſtimabant: & cuſtodiri a puigili draconē: quoniam Themis Dea prædixerat olim futurum quendam iouis filium: qui poma ea diriperet: cinxiſſe atlantem pomarium montibus: ne peruiū craſſatoribus foret: penetraſſe tamen illuc hercules ab euriſteo miſſum: & occiſo dracōe aurea poma inde abſtuliſſe. Lucanus. Abſtulit arboribus p̄ ciū: nemoriq; laborem: Alcides: paſſuſq; inopes ſine pōdere ramos. Retulit argolico fulgentia poma tyranno. ex eo datū locum putant: quod ibi: ut īqt Solinus: flexuoſo meatu æſtuariū ferē e mari: adeo ſinuoſis lateribus tortuoſū: ut uiſentibus ꝓcul lapſus anguīeos fracta uertigīe mētiat & quos hortos appellauere circūdāt: unde pomorꝝ cuſtodē iterp̄tates ſtruxerūt iter ad mēdaciū fabuladi: Inſula eſt iola q̄ ꝓter oleaſtros: & arā ſacrā herculi nihil aliud hēt: unde apparet hercules huc puēiſſe. Idē plinius

Archadia q̄tere nemora mænaliū ſuē:
Taurūq; centū nō leuē populis metū:
Inter remotos gentis heſperiæ greges:
Paſtor triformis littoris carteſii:
Perēptus: acta ē p̄da ab occaſu ultimo:
Notūq; citheron pauit oceano pecus
Penetrare iuſſus ſolis æſtiui plagas:
Et aduſta medius regna q̄ torret dies:
Vtrinq; montes ſoluit abrupto obice:
Etiam ruenti fecit oceano uiam:
Poſt hæc adortꝰ nēoris opulēti domos

libro quinto naturalis historiæ. Alii uero putant ouium greges ibidem fuisse quæ purpuream lanam producentes ab hercule rapte fuerunt: & cũ malon græce latine ouem dicimus: occasiõe fabulæ de aureis malis dedisse uolũt dicẽte. Ouidio libro quarto methamor. Mille greges illi totidẽq; armenta p herbas Errabant: & humum uicina nulla premebat: Arboreæ frondes auro radiante micantes Ex auro ramos: ex auro poma tegebant. ¶ Adortus. aggressus. ¶ Opulenti. pleni auro. ¶ Tulit. repor

Aurifera uigilis spolia serpentis tulit.
Quid seua lerne mõstra: nũerosũ malũ
Num igne demũ uicit. & docuit mori
Solitasq; pẽnis condere obductis diẽ
Petiit ab ipsis nubibus stymphalidas:
Non uicit illum cælibis semper tori

tauit. ¶ Aurifera spolia. i. poma aurea. ¶ Quid seua, hercules hydrã occidisse dicitur quæ lerneam arcadiæ paludẽ icolebat: ut dicit. Virg. li. vi. ænei. Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra Seuior intus habet sedẽ dicunt alii eã tria capita: alii septem: poeta uero quinquaginta. i. multa numerus finitus p infinito: & succisso uno crescebãt illi duo: de hac Ouid. lib. ix. methamor. plura prosequitur. illã hercules primo clana inuasit: sed pestifero aflatu læsus: eandẽ sagittis aggressus é. qbus ut hydra læsa solitis latuisset cauernis: lignoq; strue cõgesta cõsumpta é: unde ibi Seneca. ¶ Nũ demũ uincit igne. aliq; putant hoc fictũ: qa cũ lernæ palus frequenter siccaret: ac denuo impleretur aqs: hercules deprehendit uenas terræ incẽdio posse pcludi: atq; postq; exhausit eã: ignẽ adhibuit: & si qua unda prorumpebat obstruxit: hinc monstro hydræ nomen fabulæ imposuerant. ¶ Solitasq;. Stymphalides qdã harpias esse putauerũt sed nõ bene: ut ꝓbatur ex tragœdia Senecæ Medea: ubi ait: Reliqt istas inuio plumas specu: Harpyia cũ zetũ fugit: his adiice pẽnas sauciæ stymphalidas: lernea pasce spicula: istæ erãt aues aquaticæ in stiphalo palude: tãtæ magnitudinis: ut solis radios obũbrare dicerent: oẽm archadiã deuastãtes has hercules sagittis trãfixisse dr. Stymphalus archadiæ lacus é a quo stymphalides: stymphalum uero oppidũ a ripis lacus distãs. l. stadiis: a quo stymphalius deducit. ¶ Petiit. s. hercules iuasit: & ui & ĩpetu Virg. Quẽ petit & sũmis adnixus uiribus urget petere aliquãdo postulare & in bonã ptẽ: ut saluté amici petit: interdũ in malã accipit: ut hic famã: aut caput alterius petit: & quando hẽt ablatiuũ diuersa significat: ut petere manu é ducere. Virg. ĩ. vi. tartareũ ille mãu cu stodẽ ĩuicla petiuit. petere pedibus é ire Apuleius. Dũ pedibus iter faciẽs ꝓpinquũ ius peteré. petere gladio aut ueneno. ¶ Aut cornu. aut simili: é aggredi: ferire & saluti ĩsidiari. Virg. lã cornu petat: & pedibus q spargat harenã: petere osculis é oscular: petere blãditiis é blãdiri. Quintilia. Nouercã blãditiis petitq; uult facile suadet Apuleius cũ me lachrymis: pcibusq; petiisset: aliquãdo petere cupe. Virg. Pulchrãq; petũt p uulnera mortẽ aliquãdo eligere. Vir. Principio sedes apibus: statioq; petẽda. ¶ Ab ipsis nubibus. ĩ aere dũ uolarẽt. ¶ Stymphalidas. s. aeus. ¶ Solitas cõdere. i. abscõdere cõdere é abscõdere Virg. Scãdũt rursus equũ: nota cõdunt ĩ aluo. itẽ cõstruere: salustius. Vrbẽ romã: sicuti ego accepi: cõdidere troiãi. itẽ repõere. Pli. Formicæ cõdũt æstate fructus: qbus hieme fruant. Itẽ sepelire. post cõditũ monumẽto corpus: ide cõditorium sepulchrũ dr. Pli. Tã rara fides ĩ amicis: tã parata obliuio mortuoq;: ut nobis ipsi debeamus cõditoria cõstruere: oĩaq; hr̃dum officia pũsumere. ¶ Dié. solã ¶ Pẽnis. alis. obductis oppositis obducere aliquãdo oppõere: aliquãdo tegere. Virg. Limosoq; palus obducat pascua iũco aliquãdo cõtrahere Pli. lã callũ obduxerat. ¶ Nõ uicit. hercules deuicta hippolyta amazonũ regina: bateũ ei ablatũ euristeo tulit. Tradũt. n. apud scythas duos regios iuuenes. Illinũ & solophitũ p factionẽ optimatũ domo pulsos iugẽtẽ iuuẽtutẽ secũ traxisse: & ĩ capadociæ ora iuxta fluuiũ termodoõta cõcedisse: subiectosq; Thermisyras occupasse thermisira capadociæ cãpus é: q pti pelago alluit. pti uersus mõtanã rgionẽ arboribo plenus & irriguus é: cũ undiq; fluẽta scaturiãt ex qbo oĩbo fluuiũ unũ hẽt maiorẽ ĩ modũ auctũ noĩe Termodoonta totũ cãpũ pcurrẽtẽ. Ibi igit cũ p multos annos iuuenes illi cũ scythaq; multitudĩe cõsedissent: ꝑdari ac spoliare finitimos semp assueti: tandem cõspiratiõe populoq; p insidias trucidant: horq; uxores cũ uiderent exilio additã orbitatẽ: capessunt arma: finesq; suos submouẽtes primo: mox ẽt inferẽtes bella defendũt. Nubendi quoq; finitimis animũ submouerunt: seruitutẽ id nõ mr̃imonium appellãtes: singulare oĩum exẽplũ seculoq; ausæ: sine uiris administrare rẽpu. imo ẽt cum cõtemptu uiroq; tueri. & ne feliciores aliis aliæ uiderent uiros quæsita ne genus ĩteriret: finitimoq; cõcubitus quæsiere: si mares nascerent mox trucidabãt uirgines uero educabãt nõ ocio neq; lanificio: sed armis: eqs: uenationibus exercẽtes: ĩfantiũ dextras mamillas inurebãt: ne sagittaq; iactu ĩpedirent. pp qđ amazones sunt dicte ab a quod é sine: & masis mãma. duæ his reginæ fuere Marthesia: & Lãpedo: quæ maiorẽ ptẽ europæ subegerunt. Marthesie succesit eius filia Orithya: cui ꝑter rei militaris sciam: eximia seruate uirginitatis ĩ oẽ æuũ admiratio fuit: sororẽ hũit Antiopẽ. post Orithiã Pẽthesilea regno potita quæ securĩ bellicã prima iuenit: interfectaq; fuit ĩ bello troiãno: exercitusq; eius absumptus: & paucæ quæ ĩ regno eius remãserant ægre se aduersus finitimos defendentes usq; ad tẽpora magni Alexãdri durauerũt: haq; siue numicia: siue calestus regina cõcubitus Alexãdri p dies. xiii. ad sobolẽ generãdã petiit et eo obtẽto: reuersa ĩ regnũ breui tẽpore cũ oĩ amazonũ noĩe ĩtercidit: Clare ĩter alias amazões Mẽalippe Thermodoõte dicte fũt a Termodoonte

modoonte fluuio. Termodoon etiã opidum est capadociæ. ¶ Regina hippolite. ¶ Vidua sine uiro ut di ctũ est. ¶ Gentis termodoontiæ. amazonum. ¶ Cælibus thori. lecti sine uiris: celebs q uiuit sine mulie re: & ecõuerso. ¶ Stabuli. dicit Augias epitoꝝ siue elidensium rex: q cum Heleo rege pilioꝝ bellum gessit multa armenta habuisse: & cũ stabula eius essent plena stercore multo: ad ea uacuãda Herculẽ misit Eu ristheus. Plinius dicit qđ augias primus inuenit stercoratiõem agroꝝ: & ab eo herculẽ didicisse. ¶ Manus s. herculis. ¶ Ad oẽ clarum facinus. q̃uis hercules haberet solitas ad p̃clara facinora: tamen nõ pu duit eũ uacuare stabula augiæ. ¶ Facinus factum a facio deriuatur quod interdum factum significat: ut Salu. Qui aliquo negocio intenti: p̃clari facino ris aut bonæ artis famam querunt. interdum sce lus: ut idem: sed ĩ ea coniuratione fuit. Quintilia. Curius natus haud obscuro loco flagitiis: atq; fa cinoribus coopertus: inde facioroſos dicimus sce lestos. ¶ Quid ista prosunt. scilicet herculi. Me gæra conqueritur dicens quid ꝑdest tot labores & pericula subiisse: tot mõstra superasse: si fructũ ex laboribus suis capere nõ potest: liberauit her cules terram: ip̃e nũc est apud inferos: & patria est capta a tyranno p̃ creon & frẽs mei interem pti sunt: qđ factum non fuisset: si hercules affuisset iuit enim hercules ad inferos: ut dictũ ẽ: ut These um liberaret qui illic captus erat a dite. ¶ Pacis au ctorẽ. principem & datorem pacis herculem. Sen sere: quia regnãt tyranni. ¶ Prosum. pulchra sen tentia: si scelerati obtinent quod uolunt: putantur esse felices: & dicit hoc ꝓpter lycum de quo infra dicemus. ¶ Sontibus. sceleratis. Sons a sonando di ci putant cuius culpa iã sonat: hoc qui conuictus ẽ erroris: inde sontichus morbus q perpetuo nocet & insons inocens dicit. ¶ Parent subiiciunt gna tos. creontis regis filios: & fratres meos. ¶ Cade re. mori. ¶ Vindices: q uolebãt defendere regnũ patris. ¶ Ip̃mq;. s. creonẽ. q erat ultimus de stirpe cadmi q ædificauit thebas. ¶ Vltimam stirpem. é appositio. ¶ Regiũ decus. ornamẽtum. i. diadema Quis thebas satis fleat. duas thebas fuisse scribũt.

Regina gentis uidua thermodoontiæ
Nec ad oẽ clarum facinus audaces manus
Stabuli fugauit turpis augiæ labor
Quid ista prosunt: orbe defenso caret
Sensere terræ pacis auctorem suæ
Abeẽ terris: prosperũ ac fœlix scel⁹
Virtus uocatur: t: sontibus parent boni
Ius est in armis: opprimit leges timor
Ante ora uidi nostra truculenta manu
Gnatos paterni cadere regni uindices:
Ipsumq; cadmi nobilis stirpem ultimam
Occidere: uidi regium capitis decus
Cum capite raptum: quis satis thebas fleat:
Ferax deorum terra quẽ dominum tremit
E cuius aruis e quæ fœcundo sinu
Stricto iuuentus orta cum ferro stetit:
Cuiusq; muros: natus amphion ioue
Struxit canoro saxa modulatu trahens:
In cuius urbẽ non semel diuum parens
Cœlo relicto uenit: hæc quæ cælites
Recepit & quæ fecit & (fas sit loqui)
Fortasse faciet: sordido premitur iugo
Cadmæa proles atq; ophionius ciuis

auctores: unam in ægypto quam teste diodoro siculi li. ii. histo. Busiris rex ægypti cõdidit: quã græci he liopolim. i. solis urbẽ uocauere: cuius mœnia cẽtum quadraginta stadiorũ ambitu fuisse tradit. de hac Pli. li. xxxvi. natu. hi. Ft luue. ĩ ultima satyra: atq; uetus thebe centum iacet obruta portis ĩ singulari potest di ci hæc thebe es & in plurali thebe arum. Altera fuit de qua hic agit in boetia a cadmo agenoris filio pri mum edificata: sed postea ab amphione plurimum exornata hæc interdum a poetis draconigena appel latur: quia a cadmo cũ quinq; uiris natis ex dentibus ꝑ eũ seminatis cuiusdam draconis ab ipso interfecti constructa fuit. Alia ẽ teste homero li. vi. Iliados in cilicia: quæ fuit patria andrimaches uxoris hectoris: ut Oui. primo tristium. Hæc cruciere minus: q̃ cũ thebana maritum hectora thesalico uidit ab axe trahi alia fuit teste pli. li. iiii. in Italia in lucania inter calabriam. ¶ Terra ferax. é appositio: fertilis. ¶ Deorum. qa ibi natus ẽ bacchus palemõ & leucothoe: & alii dei. ¶ Quem indignanti est: quasi scelestum & pusil lum. ¶ Tremuit timet. ¶ E cuius aruis. tangit quæ scribitur ab ouidio plene. Quemadmodum seminatis dentibus serpentis a cadmo occisi. nati sunt homines armati qui se mutuis uulneribus interfecerunt. Stetit. pugnauit. ¶ Cuius muros. amphion fuit iouis & antiopes filius q adeo lyra dulciter canebat: ut sa xa ad struendos muros thebanos traxisse dicatur dicente Horatio in poetria. Dictus & amphion the bane conditor urbis saxa monere sono testudinis & præce blanda ducere quo uellet: & Statius primo thebaidos: penitusque sequar quo carmine muris: iusserit Amphion Tyrios accedere montes hunc pri mum rationem musicam inuenisse. Plinius testatur libro septimo natu. hystoria. ¶ Diuum parens iu piter. ¶ Non semel liptote est. idest multotiens quia uenit ad Semelem. antiopam & almenam: aman tes suas. ¶ Hæc. concludit hanc indignitatem quod hæc terra quæ fecit tot deos & recepit & fortasse ali os faciet nunc sit oppressa a lyco exule tyranno. ¶ Fecit. generauit. ¶ Fas sit loqui. parenthesis est. ¶ For tasse faciet. hoc dicit propter herculeu qui futurus erat deus: sed cum tacet. ¶ Iugo: seruitute. ¶ Cad mæa proles. thebana: a cadmo. ¶ Et ophyonius ciuis. idest thebanus ophyoni thebani quasi a serpenti bus geniti: ut supradictum est: Ophys serpens dicitur: inde ophyulcus serpentarius dicitur: & ophyopha

gi qui ſerpentes mandũt: & ophyogenes quaſi a ſerpẽtibus geniti de quibus Plinius li. vii. naturalis hiſtoriæ. ¶ Quo recidiſtis. ad quod dedecus deueniſtis. ¶ Tremitis ignauum. ideſt carentem uirtute nauus promptus ad uirtutem dicitur: & celer & ſtrenuus: a nauium celeritate: inde nauare eſt aliqd prompte & ſtrenue facere contrariũ ignauus. ¶ Exulem. ſcilicet lycum. ¶ O coniunx abrũpe tenebras. Frange terram manu & emerge ad ſuperos ſi tibi cluſa ẽ uia. ¶ Diducto ideſt aperto. ¶ Dirũptis. ibi notandum eſt quod peneus fluuius ortus iuxta gomphos in theſalia inter oſſam: & olimpum montes per nemoroſam conuallem defluens: collibus leua dextra quæ molliter curuis: non paruo ſpatio nauigabilis in eo curſu tempe uocantur quinque millium paſſuum longitudine: & ferme ſex latitudine pulcherrimus ager: amœuus gramĩe: refertus arboribus canorus auium concentu. iugis dextra leuaq; leniter ſeſe attollentibus. Fama eſt omnẽ hanc regionem quondam ſtagnaſſe: cum littus campis altius: & coniuncti inter ſe montes aquæ exitum nõ præberent. Sed hercules oſſam & olimpum diuulſit: abrumpitq; littora: & peneus poſtea exiit ĩ mare: & hæc fœliciſſima regio ſicca relicta ẽ. ¶ Dirutis iugis. diuiſis montibus iugum aliquando dicitur montis ſumitas. ¶ Theſalus torres. ideſt peneus. ¶ Rerum terminos. ideſt infernum. ¶ Auida. que omnia accipit. ¶ Oblitos ſui. quia qui ſunt in inferno dicũtur bibiſſe lethem fluuium. ideſt obliuionem. quia omnia obliuiſcuntur. ¶ Pauidos lucis. ſcilicet ſuperæ: non aſſuetos uidere diem. ¶ Indigna ſpolia non conueniunt hæc ſpolia dignitati tuæ ſi ſolum reportas quod imperatum eſt: ſed oportet maiora facere. ¶ Vnde. ſcilicet habebo. ¶ Illum diem quo die. ¶ Nec quærar. lamenter. ¶ Reditus lentos. q; tarde maritus meus reuertatur. ¶ Et immemores mei. nec dicam o hercules ubi es tu non amplius recordaris. ¶ Tibi. o pollicetur ſacrificium diis ſi reſtituerint ſibi ſuum herculem. ¶ Ductor iupiter. ¶ Ferent colla. iugulum dabunt: ut tibi ſacrificentur. ¶ Tibi frugum potẽs ſcilicet o ceres q̃ fruges prima ĩuenit teſte Ouidius prima ceres uno glebam dimouit aratro. Prima dedit fruges alimentaque mitia terris. Prima dedit leges: cereris ſunt oĩa munus. huic athænis nocturno tpe a ſolis mulieribus crinibus paſſis: & ad tædarũ lumina fiebant ſacra: nec fas erat alicui uiro introire: ideo ibi dixit ſecreta. Sic Horatius. O rebus meis nõ infideles arbitræ. Nox & diana quæ ſilẽtiũ regis: arcana cũ fiunt ſacra. Statius lex ꝑcul ire mares: iterat præcepta uerẽdus. Ductor: macceſſũq; uiris indicit antrum. Hæc ſatis eſt: ſtat fine dato metuẽda ſacerdos exploratq; aditus: ne quis temerator oberret. ¶ Tacita. ergo ſecreta. ¶ Eleuſi. ubi fiebant hec ſacra apud athenas. ¶ Faces. quibus utebant in ſacris quæ fiebantur de nocte. Euſebius ita inquit. Proſerpinã Sicani regis filiam fuiſſe: & ab orco rege moloſſorum tempore Eleuſii athenienſiũ regis raptã ferunt: huius ſacra athenis quotannis celebrantur: quod ceres mater eius dum illam queritaret Triptolemo atticæ regi imperium tradidit: Eleuſio patre eius occiſo: artemq; ſerendarũ frugum & currum ei tradidit ¶. Triptolemus uero opidum edificauit: quod ex patris nomine Eleuſium appellauit: & ſacra cereri quoque inſtituit. ¶ Tum quãdo reuerſus fuerit Hercules meus: putabo omnia mihi reſtituta fratres & patrẽ creontẽ.

Q uo recidiſtis? tremitis ignauum exulẽ?
Suis carentem finibus noſtris grauem:
Q ui ſcelera terra quiq; perſequitur mari:
Ac ſcæua iuſta ſceptra cõfregit manu
Nuuc ſeruit abſens: fertq; quæ fieri uetat
Tenetque thebas exul herculeas lycus.
Sed non tenebit, aderit & pœnas petet:
Subituſq; ad aſtra emerget, ĩueniet uiam:
Aut faciet, adſis ſoſpes & remees tuis:
Tandẽque uẽias uictor ad uictam domũ:
Emerge coniunx: atq; depulſas manu
Abrumpe tenebras: nulla ſi uetito uia
Iterque clauſum eſt: orbe diducto redi:
Et quicquid atra nocte poſſeſſum latet
Emitte tecum: dirutis qualis iugis
Præceps citato flumini quærens iter
Q uondã dediſti: ſciſſa cum uaſto impetu
Patuere tempe: pectore impulſus tuo
Huc mons & illuc cecidit: & rupto aggere
Noua cucurrit theſalus torrens uia.
Talis parentes, liberos, patriam petens
Erumpe rerum terminos tecum efferens:
Et quicquid auida tot per annorũ gradus
Abſcondit ætas, redde: & oblitos ſui
Luciſque pauidos ante te populos age.
Indigna te ſunt ſpolia: ſi tãtum refers
Q uãtũ ĩpatũ ẽ, magna ſed nimiũ loquor
Ignara noſtræ ſortis: unde illum mihi?
Q uo te tuamq; dexterã amplectar diem?
Redituſque lẽtos? nec mei ĩmẽores q̃rar.
Tibi o deorum ductor indomiti ferent
Centena tauri colla: tibi frugum potens
Secreta reddam ſacra: tibi multa fide
Longas eleuſi tacita iactabo faces.
Tum reſtitutas fratribus rebor meis
Animas & ipſum regna moderantem ſua
Florere patrem: ſiqua te maior tenet
Clauſum poteſtas ſequimur: aut oẽs tuo

¶ Traheꝫ

¶Trahes. si nõ potes redire hercules: saltem id unum deprecor: ut tecum ad inferos nos quoque rapias: quod audiẽs Amphitrio megærã quasi desperantem eam consolatur dando spem. ¶O socia. o coniunx ¶Nostri sanguinis. herculis: q sanguis est meus. ¶Excita. erige. ¶Aderit. ueniet sicut solet uictor. ¶Quã tunc habebat. respondet Amphitrio. Inueniet uiam quemadmodum quãdo euasit syrtes: quæ sunt loca maris quædam periculosa circa fines aphricæ uersus ægyptum a syro quod é traho cognominata: ut placuit Salustio in iugurtha. Estq; in eis teste plinio libro sexto natura. histo. inæqualitas magna maris: & terræ. & ĩ imo quidem loco profundissima sit aqua. In alio uero uadosa: nec ĩ eodẽ statu pmanet nam spirante uento qui modo cumulus & supra mare fuerat in profundissimas resident ualles: & qui deprimebatur in ualles. ¶Nũc supra aq̃s geritur. sũtq; hæc loca duo in aphrica & maiores faciunt: hac minores dicente Ouidio libro secundo de fine titulo: quo lateant syrtes magna mior q; situ: & teste solino ducentorum quinquaginta millium passuum interuallo separantur: mior ãt aliquanto clementior distat a carthagine trecentis millibus passuum: atq; totidẽ ambit. Maiores uero ambitu quadringẽtorum uigintiquinq; miliũ passuum cõmensurãtur Hæc loca euasisse herculem constat. ¶Fluctuãtes: quia ibi arenæ iactãtur a uentis: sicut undæ in mari. ¶Quam uiã. ergo illic hẽbat: nullam: sed ipse fecit. ¶Bis. ut supra dictũ é qui modo cumulus: & supra mare erat: in profundas ualles resident. ¶Pedes. s. ipse. ãbulando pedibus. ¶Iniqua fortuna. respõdet Megæra: p sententiam ualde notabilẽ. ¶Casus. interdum fortunam significat: Seneca. Multa. n. casu potius q; ratiõe eueniunt. aliquãdo ruinã. Curcius innopinato rhede casu oppressus. aliquãdo. aliquãdo calamitatẽ & infortunium. Vir. Sed si tãtus amor casus cognoscere nostros. ¶Casus mala fortuna. ¶Sed ecce. dat locũ sequenti scenæ: quia dum loqueretur superuenit lycus q dubitabat de regno isto obtinendo qa exul erat: propterea putabat firmare regnum. si Megærã filiam creontis regis mortui uxorem duxisset. ¶Obliqua phocis. a situ obliquã dicit. parua est græcorum regio insignis oraculo Apollinis delphici. In ea enim est opidũ Delphi: orũ in quo Apollinis templũ. ab hoc phocides deriuatur. ¶Ismẽus: fluuius est boetiæ ab ismeno pelagi filio cognomiatus. de quo Sta. Horruit ingenti iuuenẽtem ismenõ aceruo. ¶Cyterõ mõs boetie iuxta thebas. ¶Isthmos. isthmos. græci uocãt angustias peninsulæ inter quas nobilitate peloponensiacæ præferuntur. quippe peloponensus quæ primo apie. postea pelasgia dicta é inter duo maria ægeũ & Ioniũ platani filio similis p pter anguloſos recessus circuitu. d. lxiii. millium passuum colligit. Angustiæ sex millium sunt.

Defende reditu sospes: aut oẽs trahe
Trahes: nec ullus eriget fractos deus:
Am O sotia nostri sanguinis casta fide
Seruãs torũ natosq3 magnanimi herculis:
Meliora mente concipe: atq3 aĩum excita
Aderit profecto qualis ex omni solet
Labore maior.
Me: quod nimis miseri uolunt
Hoc facile credunt:
Am: Imo quod metuunt nimis:
Nunquam amoueri posse: nec tolli putãt
Me. Prona ẽ timori semper in peius fides:
Demersus atq3 defossus & toto insuper
Oppressus orbe: quã uiam ad superos hẽt:
Am. Quã tũc habebat: cũ p arẽtẽ plagã:
Et fluctuantes more turbati maris
Abiit arenas: bisq3 discedens fretum
Et bis recurrẽs cunq3 deserta rate
Deprensus hæsit syrtium breuibus uadis
Et puppe fixa maria superauit pedes.
Me. Iniqua raro maximis uirtutibus
Fortuna parcit: nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest
Quẽ sæpe transit casus aliquando ĩuenit
Sed ecce sæuus ac minas uultu gerens
Et qualis animo ẽ tal is incessu uenit
Aliena dextra sceptra concutiens lycus:
Vrbis regens opulenta thæbane loca
Et omne quicquid huberi cingit solo
Obliqua phocis: quicquid ismenus rigat:
Quicqud citheron uertice excelso uidet
Et bina fidens isthmos exilis freta.
Lyc⁹ & megæra & ãphytriõ Lycus loqtur
n On uetera patriæ iura possideo dom⁹
Ignauus hæres: nobiles nõ sũt mihi
Aui nec altis inclytũ titulis genus

n On uetera. Lycus secũ cõsiderans regni nouitatẽ eẽ suspectã. qrebat aliquod regni stabilimẽtũ: Quod erat si posset sibi iungere Megærã ĩuxorẽ. Ideo ueniẽs ita secũ loqt̃.

¶Ignauus heres. q hereditatẽ possidet nõ sua uirtute partã sed relictã. ¶Inclitũ glorioſũ a cleos gloria. alii a clytos qđ almũ & clarũ ĩdicat. ¶Titulis ornamẽtis antiqtatis: & ꝓprie titulus ẽ index cuiuscũq; opis: unde ĩ statuis uel picturis titulũ dicimus litteras: q uel artificis: uel eius cuius statua siue imago é: nomẽ demõstrat uel tps quo factũ é: declarat. Sueto. Plurima & amplissima opa ĩcẽdio cõsumpta restituit. sed oia sub titulo tãtũ suo: ac sine ulla pristini autoris memoria: itẽ titulus libri dr̃ q autoris nomẽ & q̃litatẽ opis

demonſtrat.ponitur interdū pro monumento. Apuleius Auorum:& pro auoꝝ titulus clarus. Dictus é titulus a tuēdo quaſi titulus qđ tueat factū autoris:& opificis indicet nomē:tituli aliquando uocati ſunt milites:qđ patriā tueréť:unde & titi ꝓnomē ortū é. ¶Iactat ſaniter oſtēdit. ¶Aliena facta ſuorū:ſed nō ſua. Septra.regna. ¶Rapta occupata. ¶Trepida manu.timide tenēť:qa ſemp timēt:nec talia impia ſunt firma:ut Ennius. Qué metuerūt oderūt:qué qſq; odit:piiſſe expetit:itaq; dicebat Ci.prīo officioꝝ.Mul toꝝ odiis nullas opes poſſe obſiſtere:ſed ibi lycus ſciens ſe odio oībus eé pp nouitatē.ſolā ſalutē ſibi putabat ī armis & crudelitate:ſed facile đcipiť:qa nihil é paratius ad deſtructionē alicuius:q̄ odium multoꝝ:ut dicit Cice. Malus cuſtos diuturnitatis é metus. ¶Alieno ī loco.i.in regno occupato:ubi maiores tui nō regnauerīt. ¶Fūdare ſtabilire. firmare. Virg. Ancora fundabat naues. ¶Face mr̄imonio:qa antiq̄ nouis ſpōſis ꝓferebāt facē:cuius rei rōnem reddit plutarchus in ꝓblematis. ¶Nouitas.noui dicunť quoꝝ maiores nō fuerūt in aliqua dignitate. Sic Cice. Nouitati meæ inuidebāt ¶Ducet. trahet. ¶Ex genere īclyto.ex Megæra filia creontis. ¶Colorē: ornamētum.inde retho res colores appellant ornamenta orationis. Hinc ét color a colo dr̄: qa coloribus ueſtes faciem:domos.ac reliqua oīa ornamus:hīc uerbū coloro & decoloro:decoraťid cuiꝰ color uitiať nō mutať diſcolor diuerſicolorii: & đcolor qđ é color euitiato: & cōcolor eiuſdē coloris: & colorate aduerbium. ¶Pertinax ꝓſeuerās. In bonū:& ī malū dicitť. ¶Aīo īpotenti obſtinatio. īpotēs aliquādo mīus potēs: & q ſeipm tempare neqt:ut īpotentē amoré appellamus:ut Hora.de cleopatra. Fortunaq; dulci ebria regīa quidlibet īpotēs ſpare. ¶Stat de creui. ¶Tollere ꝓdere. ¶Inuidia.format ſibi lycus unam obiectionē.ſi interficiam eos habebūt oēs me odio:& ꝓſequēť me:reſpōdet é ueꝝ:ſed illi q uolūt regnare:nō debēt iſta q̄rere qđ hēanť odio uel beniuolētia. ¶Inuidia.odiū ſic Quīti.ne ei tot ſceleꝝ cōmemoratiōe cōcitaré inuidiā. ¶Faſtum ſuꝑbiā meā. ¶Premet īſequeť. ¶Tētemus. expiamur igiť:an uelit megæra mecū mire fœdus mr̄imonii.ſors fortūa me iuuit ī regno:ita poterit in hēnda coniuge. ¶Dedit locū.ſ.ut nūc cōmode cū ea loq. ¶Nāq; īpa.ecce oportūitaté loci. ¶Īpa uelata caput ſinecdoche é. ¶Obtētu uelamēto.auerbo obtēto:uelato capite diis ſacrificabaťapud antiquos:ut plutarchus ī ꝓblemate. ¶Veſtis triſtis. i.pullæ & nigræ:qa lugebat patrē & frēs īteremptos. Præſides deos:tutores ciuitatis: nā p̄ſidere é ad cuſtodiā loci eé: īde p̄ſidia milites appellamꝰ ad cuſtodiā loci poſitos:& ꝓuinciaꝝ p̄ſides dicuntur.ſic Virgili. Quæ p̄ſidet arci. ¶Sator. genitor. ¶Verus dixit ad cōtēptū q̄ſi nō crederet herculē ioue gēitū: ſed amphytriōe. ¶Et ſcylla.arguit.ab īpoſſibili:qa prius iſta cōtraria fieri poterūt:q̄ ipa mutet aīum ī eū q p̄rem & frēs ſuſtulerat. ¶Scilla.ī freto ſiculo paruus gurges ueluti in arcū ſinuatus:id faciēte ſaxo:qđ a zancle ꝓpinquo ſicilie oppide zāncleū dicebať. ¶Siculū latus:littus ſiculū cū ¶Auſonio.italico.ſicilia inſula italiæ olim continens & agro brutio adnexa:mox īterfuſo mari ſiculo auulſa. Vir. Hæc loca uiquondā: & uaſta conuulſa ruina tantum æui lōginqua ualet mutare uetuſtas. Diſſiluiſſe ferunt.cum ꝓtinus utraq; tellus. Vna foret. Claudiāus. Trinacria quondam.Italiæ ꝑs una fuit:ſed pōtus:& æſtus Mutauere ſitū. ¶Priuſq; tāgá te-

Sed clara uirtus:qui genus iactat ſuum
Aliena laudat:rapta ſed trepida manu
Scæptra obtinentur;omnis in ferro é ſalus
Quod ciuibus tenetur inuitis ſcias
Strictus tuetur enſis:alieno in loco
Haud ſtabile regnū é:una ſed noſtras ꝑt:
Fundare uires iuncta regali face
Thalāiſq; megæra:ducet e genere īclyto.
Nouitas colorem noſtra:nō equidē reor
Fore ut recuſet ac meos ſpernat toros
Quod ſi īpotenti pertinax animo abnuet
Stat tollere penitus oēm herculeā domū:
Inuidia faſtum ac ſermo popularis p̄met
Ars prima regni eſt poſſe inuidiā pati
Tentemus igitur:ſors dedit nobis locum:
Nāque ipſa triſtis ueſtis obtentu caput
Velata iuxta præſides aſtat deos:
Lateriq; adhæret uerus alcidæ ſator
Me.qđ nā iſte generis noſtri exitiū ac lueſ
Noui parat:quid temptat:
Ly.O clarum trahens
A ſtirpe nomen regia:facilis mea
Parumper aure uerba patienti excipe.
Si æterna ſemper odia mortales agent
Nec cœptus unquam cedat ex aīs furor
Sed arma fœlix teneat:infœlix parcat ~~parcat~~
Nil relinquent bella:tum uaſtis ager
Squalebit aruis:ſubdita tectis face
Altus ſepultas obruet gētes cinis
Pacem reduci uelle uictori expedit
Victo neceſſe eſt:particeps regni ueni
Sociemus animos:pignus hoc fidei cape
Continge dextram:quid truci uultu ſiles:
Me.Ego ne ut parētis ſāguine aſpſā māuq;
Fratrumq; cæde gemina contingam;~~pugq~~
Extinguet ortus:referet occaſus diem
Pax ante fidā niuibus & flammis erit:
Et ſcylla ſiculum iunget auſonio latus.
Priuſq; multo uicibus alterni fugax

uaſa ruina tantum æui lōginqua ualet mutare uetuſtas. Diſſiluiſſe ferunt.cum ꝓtinus utraq; tellus. Vna foret. Claudiāus. Trinacria quondam.Italiæ ꝑs una fuit:ſed pōtus:& æſtus Mutauere ſitū. ¶Priuſq; tāgá te-

¶Euripus.

¶Euripus fugax. Est angustum mare inter boetiam: seu phocidé boetie partem: & euboiam insulam: qđ alterno cursu teste pomponio li. iiii. hoc cursibus septies in die: totidéq; nocte referť: ut uentos: ac etiam plena uentis secum portet Liuius hanc rationem uentis ascribit. libro. viii. de secundo bello punico. ¶Piger. non se monens. ¶Vnda euboica. est appositio. ¶Ex isto. s. odio. ¶Est pars quota. i. minima: respectu aliorum innumerabilium qui tyrannum odio ꝓsequebãtur: sed omnium odia uellem sola habere: ut magis mihi inuisus esses. ¶Dominare tumidus. supbus: q̃si se ipsam consolans denunciat lyco futurã eius perditionem: exẽplo multorum aliorum qui regnauerunt thebis. ¶Noui. noui regnum nostrũ quod semper calamitatẽ regnanti. ¶Quid mres quid oportet loquar mala quæ acciderunt his qui regnauerunt thebis. ¶Passas & ausas: sicut agaue quæ pétheũ filiũ occidit: & Ino q̃ cũ filio melicerta sese in mari proiecit. ¶Quid geminum nefas. de hac historia dicemus in ædipo: hic patrem iterfecit laium: matrem locastam uxoré duxit: & ex ea filios suscepit: ideo ibi dixit mixtum nomen patris: nati & coniugis. ¶Geminum nefas: qa patré iterfecit: & matrem uxorem duxit. ¶Bina castra. s. duorum fratrum etheoclis: & polinicis qui œdipi filii fuerũt. & iter se pugnauerunt paratis exercitibus: & demum se mutuis uulneribus congredientes interfecerunt. ut totã historiã exequitur statius in thebaide. ¶Totidé rogos. s. duos factos: cum in uno fratres illi mortui cõburerẽtur: flamma diuisa est in duas partes. ut quẽadmodum ĩ uita diuisi fuerat ita & ĩ morte diuisi essent. ¶Riget superba tantalis. Amphion filius iouis rex thebanus habebat uxorem Niobem filiam tãtali regis phrigũ: hæc quattuordecim filios habuit ex marito septem mares: & totidem fœminas: ea supbia ducta uoluit Præponi latonæ matri appollinis: & Dianæ quod ea non haberet nisi duos: & ipsa uero quattuordecim: & ita uoluit thebanos potius sibi sacrificare q̃ latinæ. Quare ĩdignati apollo: & diana filios sagittis sustulerunt: ut Ouidius in. vi. metha. & luue. Nil pueri faciũt: ipam cõfigite matré Amphion exclamat: sed pean cõtrahit arcum ipsa autẽ mœrore afflicta ĩ saxũ mutata ẽ ppetuo liquore manans. ¶Tantalis. ergo Niobe filia tantali. ¶Riget durescit: quia nunc facta est saxum: rigere interdum est durescere. Virgili. uestesq; rigescunt indutæ: cæduntq; securibus humida uina. rigere autem proprie est frigescere: & ea quæ frigent: horrent & durescunt. Hinc rigor non modo pro frigore sed etiam pro duricie accipitur: ut ferri rigor: & rigidus frigidus & durus dicitur & rigidus homo asper. ¶Manat. stillat. ¶In frigio sypilo. non sypitulo ut legunt imperiti nam sypilum urbs meoniæ fuit ex qua niobe uersa in saxum ob dolorem amissorum filiorum. Pli. Sypilum quod ante tantalis uocabatur caput meonie. sypilus ét ex filiis fuit unus niobes. statius libro quinto siluarum mira fides: citius genitrix sypileia fertur exhausisse genas. Item propertius libro secundo. Nec tãtum Niobe bissex ad busta superbe sollicito lachrymas defluit a sypilo. ¶Quin ipse: Cadmus cõditor thebarum uidens filiarum infelicitatem recessit in illiricum: & mutatus est in serpẽtem. ¶Subrigens. exasperans. ¶Caput toruum. horribile. ¶Crista. cornibus. ¶Permeusus. transilit. ¶Regna illirica ut uulgo sclauoniæ. ¶Notas. signa. ¶Corporis tracti. quia serpentes trahunt corpus per terram. ¶Hæc exempla manent: expectant. ¶Dum fata. facito ut iubet. dum modo in fine habeas quod alii habuerunt. ¶Agedum. hortatur lycus megæram ne tantopere uelit perturbari: sed potius cum eo uelit esse particeps regni: omniaque præterita deponenda esse. ¶Effrenatas. nimis pungentes: & plenas passione. ¶Disce imperia ab alcide ab hercule: in contemptum herculem dixit nõ maritum: discę seruire poteriori o megæra quemadmodum hercules qui euristeo seruit: & nunc ẽ apud iferos. ¶Ego rapta. quãuis ego habeam imperium: nolo tamen uti uiolentia in te: sed potius ostendam rationem q̃ nõ mea culpa pater & fratres tui sunt interempti: sed ut fit in bello in quo non seruatur modus & ita culpam in bello refert: quia uterq; nostrum potuisset mori si contigisset. ¶Quas arma uincunt: ut dicit Cicero. ius in bello non cõsiderať principiũ an iuste cœptũ sit bellũ: sed finis ille dicit iustus & fœlix q uictor euaserit.

Eurypus unda stabit euboica piger.
Patrem abstulisti: regna: germanos: larem:
Patriã: quid ultra est: una res superest mihi
Fratre ac parente carior regno ac lare
Odium tui: quod esse cũ populo mihi
Cõmune doleo: pars quota ex isto mea ẽ:
Dominare tumidus: spiritus altos gere:
Sequitur superbos uictor a tergo deus.
Thebana noui regna: Q uid matres loq̃r
Passas & ausas scelera: quid geminũ nefas
Mixtumq; nomen coniugis, nati, patris:
Q uid bĩa fratrũ castra. quid totidẽ rogos
Riget superba tantalis luctu parens:
Mœstusq; phrygio manat in sypilo lapis.
Q uin ipse toruũ subrigens crista caput
Illirica cadmus regna permensus fuga:
Longas reliquit corporis tracti notas.
Hæc te manẽt exempla: domĩare ut lubet.
Dum solita regni fata te nostri uocent.
Ly. Agedũ effrẽatas rabida uoces amoue:
Et disce regum imperia ab alcide pati:
Ego rapta quãuis sceptra uictrici geram
Dextra: geramq; cuncta sint legum metu
Q uas arma uincũt, pauca ꝓ causa loquar
Nostra: cruẽto cecidit in bello pater

¶Quando uictor amplius non recordandum de præteritis:quando uictor deposuit arma & uicti debét deponere odia.¶Hoc ipsũ placet.placet q; es magni animi í casu tuo:propterea te dignã thalamis nostris iudico.¶Tuas ruinas. calamitaté tuam. ¶Grauent catenæ.ponito me ligatam in carcere & facias quo modo tu uis: & si torquere me uolueris moriar potius q̃ tibi iungar toro.¶Animos:arrogãtiã.¶Telluris pondus. dicit lycus nõ reuertetur.quia est sub terra apud íferos.Qui cælum tulit:megæra nõ est credẽdum maritum meum posse præmi & grauari terra:qui cælum sustinuit humeris quod est grauius ut supra diximus. ¶Cogere si uolueris:sponte:facies per uim.¶Cogi quæ põt.pulchra sentétia a' philosophis stoicis quæ non timet mortem non potest cogi.¶Effare.licus mutans quasi blandiens .'dicit o megæra omittamus ista:sed dic q; munus dignum regina uelis a me tanquam a nouo sponso.¶Effare dic. ¶Paré.præparé.¶Nouis thalamis.nostris.¶Aut tuã morté respõdet megæra.¶Coniugio occurrã.ípediã ne fiat coniugiũ tecũ aliter textus hét. ¶Coniugi.& sic dicendum.si moriar ibo obuiam cõiugi herculi q apud inferos.¶Sceptro.uis potius herculé famulũ in maritũ q̃ me regẽ.¶Regi eu risteo.¶Iugũ seruituté.¶Quid uirtus erit notabilis snía.quia ut uult Cice.nõ ẽ uictor sine pugna. ¶Putas íterrogati credis uirtutẽ eé ire cõtra feras ¶Loquẽtẽ magna: irrisiue dixit nõ faciẽtẽ ideest si est ita fortis quia non redit ab inferis.¶Tenebre tartareæ infernales.¶Non est mollis.i. uoluptuaria: respondẽt megæra sapienter ut comparet sibi cœlum opus est quod patiatur magnos labores.¶Quo patre.hac responsione motus lycus dixit & cuius est filius iste maritus:est ne filius louis ut possit ire ad superos:& reuerti ab inferis:ut filii deorum possunt ut testatur Virg.in.vi.ænei. Diis.geniti potuere.¶Miseranda coniunx. Amphitrio hoc loco uult respondere lyco:rogatq; silentium a megæra quia ipse bene potest tueri has partes.¶Hee partes sũt mee.hoc pertinet ad me dicimus & Cicero habet primas partes.ideest primũ locũ in eloquentia.¶Reddere. ideest dare sic Plautus tibi ego rationem reddam.í.dabo.sed p̃prie est acceptum uel ablatum restituere ut Terẽtius.Si quis quid reddit:magna ẽ habenda gratia. ¶Post .conuertit orationem suam ad lycum.iam deberet esse manifestum herculem esse filium louis:quia uicit monstra tot ac tanta quæ hominis filius nunquã uincere potuisset.Liquet manifestũ est.¶Ortus.oriens:& est participium.¶Labens. occidens:& sic oriens & occidens pro toto mundo accipiuntur.¶Post phlegram.phlegra est uallis thessaliæ ubi congregati gigantes pugnauerunt contra iouem:eum ergo iste deuicerit gigantes: & deos defenderit :'dubitas de p̃re quia nisi esset filius iouis non potuisset tanta peragere. ¶Impio.gigantũ qui ípii erãt cõtra deos.¶Mentimur:putas ne dicamus uerum:qđ sit filius iouis.

Cecidere fratres: Arma nõ seruant modũ
Non temperari facile nec reprimi potest
Stricti ensis ira:bella delectat cruor
Sed ille regno pro suo$:nos improba
Cupidine acti:queritur belli exitus:
Nõ causa:sed nunc pereat oís memoria.
Cum uictor arma posuit,& uictum decet
Deponere odia:non ut inflexo genu
Regnãtẽ adores petimus:hoc ipsũ placet.
Animo ruinas quidẽ capis magno tuas.
Es rege digna coniunx:sociemus toros.
Me.Gelidus p artus uadit exãgues trẽor:
qđ facin9 aures pepulit:haud eqdẽ horrui
Cũ pace rupta bellicus muros fragor
Circũsonaret:pertuli intrepide omnia:
Thalamos trẽisco:capta nũc uideor mihi:
¶ Errant.cadmeides.filiæ cadmi de qbus dictū est supius.sicut agaue furens filiū pentheum interfecit:eo mō apud inferos furentes uagātur:nec ullā requiē habent. ¶ Terretq3.phineus fuit arcadiæ rex qui suasu harpalices uxoris: filios occeāuit cuius sceleris magnitudine permoti dii:oculis eum priuarunt: atq3 ill harpyas obiecerūt auium genus dirū.ac rapax:quæ illi dapes & reliqua omnia fœdabāt. Harpyæ mōstra fuerūt qualia describit Virg. Tristius haud illis monstrū:nec sæuior ulla:Pestis:& ira deum stigiisq3 sese ex tulit undis. Virginei uolucrū uultus:fœdissima uē tris:proluuies:uncęq3 manus:& pallida semp: ora fame. ¶ Mensas phi.i.phinei.phineus a quo phi neius. ¶ Nūc ede. Amphitrio dicit o thesu itellexi cōditiōes:nūc āt uellem scire quomodo hercules natus meus pugnauerit.& secū traxerit cerbarū. ¶ Ede.i.demonstra.Edo ab e & do.e.i cōpositiōe aliquando auget:ut eluceo.i.ualde luceo.aliquan do hētuim ꝓpositionis extra ut emitto extra mit to.edo similiter ꝓmo dī:& q nascentes in lucē ꝓ munt:ꝓ gigni ponit.Hora.mecœnas atauis edi te regibus.eodē mō edere manifestare dicimus. ¶ Patrui.plutonis frīs patris sui iouis. ¶ Munus.s. cerberū. ¶ Ferale.respondet theseus describens i gressum ad regiam plutonis:ut qd ibi gestum sit demōstret. ¶ Ferale.lethiferū:ueteres feram mor tem dixerunt:unde feralis:& ferale deducit. ¶ Se gne fretum.idest pigrum. ¶ Stupente unda.aqua non se mouente. ¶ Hunc seruat.hanc descriptio nem charontis sumit a Virgilio.q hunc portito rem dicit obseruare tria inferni flumina seu palu des. hoc ē acherontem: stygem & cocytum:quin et defunctorum animas ad aliam ripam uehere: quem squaloris esse terribilis fingit:oculos habe re igneos amictum sordidum magnam caniciem: remo uelisq3 ad animas transportādas uti. ¶ Pauī dos manes.animas trementes. ¶ Gestat transue hit cimba. ¶ Impexa.inornata. ¶ Nodus cohercet ligat.Imitatio Virgiliana:humeris nodo suspēdit amictū. ¶ Deformē sinum.uestem sordidam. Si nus aliquando uestis lata & muliebris.ouidius In due regales laodonia sinus.aliquādo dicitur por tus.aliquando pro complexu:ut iacet in sinu amā tis. ¶ Genæ.oculi concaui & intra frontem fixi.aliquādo genæ pellicula dicit quæ oculos tetigit: aliquā do maxille. ¶ Conto pertica longa. ¶ Hic honere uacuus cum transuexisset multas animas quas habe bat:reuersus est ad ripam. ¶ Repetebat.retro nauigabat. ¶ Cedente turba.omnibus dantibus locum. ¶ Siste properantem.gradu.noli o temerarie ultra uenire. ¶ Nauitam.charontem. ¶ Domat.scilicet uer berando ipsum.æneas iuit cum ramo aureo iste pacis:uero uiolentia utebatur. ¶ Cimba populorum ca pax quæ transuehit tot animas uix potuit sustinere unum. Sic Virgilius gemuit sub pondere cimba. ¶ Succūbit. quasi demersa est. ¶ Bibit.idest ab utroq3 latere recipiebat aquas. ¶ Titubāte.uacillante:mo do in unam partem modo in aliam. ¶ Tunc quando transiuit hercules:ea monstra quæ erant illic cœpe runt ualde timere. ¶ Centauri.hercules centauros nuptiaꝝ diem cum ebrii essent:hyppodamē Pirrothoo auferre uolentes acri bello superauit. Sunt autem q non hoc die solum cum centauris pugnasse herculē uelint:sed etiā alias. Nā cum eurytus cētaurus ab Oeneo calydoniæ rege:forte hospitio susceptus fuisset: Deianiram eius filiam simul ac uidit:petiuit sibi dari uxorem. Oeneus quāuis illam herculi spoponderat uim tamen centauri timens:huc se eam traditurum promisit:quapropter orto inter Herculem & Euri tū bello nuptiarum die:ab Hercule centaurus superatus est. ¶ Lapithæ.ab aliis laphitæ nominati a laphi ta apollinis filia iuxta othrin montē thessaliæ habitantes:cū centauris bella gerentes q uicinū mōtem pe lion tenebant:Sed demū pulsi primo ab ixione:deinde a pirrithoo filio ad ethicas uenere.Laphitis uero campestria concesserunt. Fingunt centauros esse semiequos:sed ueritas est:eos esse genus durū & agre ste:& primū pugnasse cum eqs: cū ante eqs uehi Bellorophon & frenis & ephipiis uti peletronius inue nisset.Hic igitur est datus fabulæ locus: & a stimulando ¸calcaribus equo centaurus appellatus est: pro pter quod & hypocentaurus: hoc est equi stimulator est dictus. ¶ Succensi inflammati ad bella. Mul to mero ebrietate. ¶ Lernæus labor:idest idra de qua superius diximus.

Errant furentes impie cadmeides:
Terretq3 mensas auida phineas auis
Am.Nūc ede nati nobilem pugnā mei:
Patrui uolentis munus an spolium refert
The.ferale tardis imminet saxū uadis:
Stupente ubi unda segne torpescit fretum
Hūc seruat amnē cultu & aspectu horrid9
Pauidosq3 manes squalidus gestat senex:
Impexa pendet barba:deformem sinum
Nodus cohercet:cōcauæ lucent genæ:
Regit ipse conto portitor longo ratem:
Hic onere uacuus littori puppim applicās
Repetebat undas: poscit alcides uiam
Cædente turba:dirus exclamat charon:
Quo pergis audax siste properātē gradū:
Non passus ullas natus alcmena moras:
Ipso coactū nauitam conto domat:
Scanditq3 puppē:cimba populorū capax
Succūbit uni sedit & grauior ratis
Utroque lethem latere titubante bibit:
Tūc uasta trepidāt monstra cētauri truces
Lapitheæque multo bella succēsi mero:

¶ Fœcundo

¶ Fœcundo.quia abſciſſo uno capite naſcebãtur tria. ¶ Sinus. receſſus. ¶ Poſt hec.ſ. monſtra. ¶ Auari inſatiabilis. ¶ Ditis Plutonis.diſpluto appellatur hoc eſt diues nam terrenã uim omnẽ atq; natura ſui diti patri dedicat p autabant: qđ diuitie omnes e terris oriantur:& in terras recidant. Claudianus ſemperq; tenemus:quæ ſuperi tenuere ſemel. ¶ Hic ferus: ad cuſtodiã domus Plutõis erat cerbarus qui cũ ſentit herculẽ:cepit horribiliter latrare:at hercules inuoluit pellem leonis circa ſiniſtrũ brachium:& dextra corripuit clauam. ¶ Tabo ſanie:& facit aliã diſcriptionem ipſius canis qui loco pilorũ ſerpentes habet:& pro cauda etiã unum aliũ ſibilantem ſerpẽtem. ¶ Lãbunt inuoluunt. ¶ Parſilimis:terribilis forma & ira. ¶ Irtas rigidas. ¶ Angue uibrato motis ſerpẽtibus. ¶ Captat auſcultat & explorat. ¶ Subiecta aure poſita in terra: qa a lõge uenientẽ eo modo ſentimus. ¶ Miſſum ſonũ de longe miſſum. ¶ Vmbras aĩas quæ ſunt leuiores corporibus. ¶ Incertus cãis dubius an fugeret an ſtaret. ¶ Vterq;.ſ.hercules & canis:etiã fortes uiri timent naturalia quanto magis debent timere ea que ſunt preter naturam. ¶ Graui horrendo. ¶ Exterret fœlices umbras.aĩas quãto magis infelices. ¶ Tunc ipſe hercules ſoluit ab humeris ſuis feros rictus ora horribilias leonis cleonei. ¶ Et clepit:tegit ſe aduerſus cerberũ. clepere é tegere: inde clypeus dicitur. ¶ Robur clauam. ¶ Rotat flectit illũ canẽ acriter uerberãdo. ¶ Infregit minas:depoſuit iram:& factus eſt humilis. ¶ Laſſus: fatigatus uerberibus. ¶ Submiſit.inclinauit tanq; uictus. ¶ Cuncta:quia tria hẽbat. ¶ Antro. & dedit aditũ herculi. ¶ Vterq; dominus pluto & proſerpina ĩferorũ reges. ¶ Solio ſede regali facta de uno tantũ ligno cõcauato:ſolum integrũ appellarunt & ſolidum:unde ſolum terrã dicimus: alii dicunt ſolũ ſedem eſſe regis e ligno in qua ob tutelam corporis ſui ſederet:& dictũ a ſedendo. Curtius reginã inſolio uiſam uehemẽter admiratus: aliquãdo uas dicit in quo hoĩes in balneis:uel domi ſedẽtes lauabãtur. Martialis. Non uis in ſolio prius lauari. Nõnunquã huic ſimile uas in quo defuncti ſepeliũtur Plinius. Cũ & defuncti ſeſe multi flictibus ſolii condi maluere. Quidam a ſolo deduci uolunt qđ in his ſoli ſederent ideo ſolia ſternere dicebãt:q ſoliſterniũ hẽbãt. ¶ Et duci iubet: ſcilicet cerberum:quia timebat. ¶ Me quoq;.ſcilicet Theſeum qui illic detentus eram in carcere: quia iueram cum pirrithoo ad rapiẽdum proſerpinam. ¶ Tunc grauita:poſtquã. pluto dedit cerberum:& me herculi:ille cepit canem blandiendo illi:& iniecit collo unam catenam:& ſecum attraxit. ¶ Grauia horrentia. ¶ Permulcens:leniter manu tangens. Mulcere eſt proprie de linire quaſi mollicere:unde mulſum:& aqua mulſa dicitur. ¶ Vincit ligat inde uinculum ligamẽ. ¶ Adamante texto.ideſt coniuncto:hoc eſt dura catena. Adamas lapis precioſus miræ duriciei de quo Plinius loquitur. Nullo modo poſſe rum pi:niſi ſanguine hirci:& cum poetæ uolunt dicere aliquam rem duram & infragibilem adamatinam appellant:& dicitur ab a quod ẽ ſine:& domo quaſi indomitis. ¶ Oblitus ſui.ideſt ſuarum uirium:& dicuntur illi obliti ſui qui in periculis neſciunt quid faciant. ¶ Peruigil:qui nunquam dormiebat. ¶ Opaci regni:obſcuri inferni. ¶ Faſſus:quaſi confeſſus & monſtrans ſe uictum ab hercule. ¶ Ore ſubmiſſo. capite inclinato ſubſequebatur herculem:& blandiebatur illi cauda uiperina: more canum qui utrunque latus cauda percutiunt blandiendo alicui.

Stygiæ paludis ultimos quærens ſinus
Fœcunda mergit capita lernæus labor:
Poſt hæc auari ditis apparet domus
Hic ferus umbras territat ſtygius canis
Qui terna uaſto capita concutiens ſono:
Regnum tuetur:ſordidum tabo caput
Lambunt colubræ uiperis horrent iube:
Longuſq; torta ſibilat cauda draco
Par ira formæ:ſenſit ut motus pedum
Attollit irtas angue uibrato comas
Miſſumque captat aure ſubiecta ſonum:
Sentire & umbras ſolitus:ut proprior ſtetit
Ioue natus:antro cedit incertus canis
Et uterq; timuit ecce latratu graui
Loca multa terret:ſibilat totus minax
Serpens per armos:uocis horrendæ fragor
Per ora emiſſus terna:fœlices quoq;
Exterret umbras:ſoluit a leua feros
Tunc ipſe rictus:& cleonæum caput
Opponit:ac ſe tegmine uigenti clepit
Victrice magnum dextra robur gerens
Huc nunc & illuc uerbere aſſiduo rotat
Ingeminat ictus:domitus infregit minas
Et cuncta laſſus capita ſubmiſit canis
Antroq; toto ceſſit:extimuit ſedens
Vterq; ſolio dominus:& duci iubet
Me quoq; petenti munus alcidæ dedit
Tunc grauia mõſtri colla pmulcens manu:
Adamante texto uincit:oblitus ſui
Cuſtos opaci peruigil regni canis
Componit aures timidus & patiens trahi
Herumq; faſſus ore ſubmiſſo obſequens
Vtr umq; cauda pulſat anguifera latus

¶ Postquam.sed quando uenit ad exitum inferni.& uidit primam lucē uoluit retrocedere:& resumpsit uires priores:& quasi herculem retraxit:sed ipse illi opitulans inuitū traximus ad superos.¶ Teneri mon tis laconici.¶ Lucis ignotæ:erat lux illi incognita:cum in inferno semper sint tenebræ.¶ Pronum:quia uia illa pendet in descēsu.¶ Mouit gradu de loco ubi erat firmus pedibus.¶ Geminis.scilicet meis & her culis.Irrita sine effectu.rata dicimus firma:& cum effectu contrarium est irrita.unde Vir . Irrita tela ap pellat:que missa non feriunt.¶ Oborta nox ut ui dit lucem clausit oculos:& declinauit caput ad ter ram:& orta sibi nox est:quia nō potens tolerare lucem faciebat sibi obscuritatem oculis clausis. ¶ Compressit.clausit.¶ Expulit.scilicet claudēdo oculos:ne uideret diem inuisum.¶ Aciem uisum. ¶ Petit toto capite inclinatur in terram.¶ Tunc quando inclinabat se hercules faciebat umbrā:& ille sequebaē.¶ Dēsa sed læto iā dat locū sequenti scenæ.¶ Densa chorus.¶ Lauꝝ coronā ex lauro.

Postquā est adoras tænari uentū:& nitor
Percussit oculos lucis ignotæ bonos
Resumit animos uictus & uastas furens
Quassat cathenas:pœne uictorē abstulit
Pronunqꝫ retro uexit:& mouit gradu
Tunc & meas respexit alcides manus
Geminis uterqꝫ uiribus tractum canem
Ira furentem:& bella tentantem irrita:
Intulimus orbi:uidit ut clarum æthera
Et pura nitidi:spacia conspexit poli
Oborta nox est lumina in terram dedit.
Compressit oculos &diem ī uisum expulit
Aciemqꝫ retro flexit atqꝫ omni petit
Ceruice terram: tum super herculea caput
Abscondit umbra densa sed læto uenit
Clamore turba frontibus laurum gerens
Magnisqꝫ meritas herculis laudes canit.

¶ Chorus loquitur.

Natus eurystheus ꝓperante partu
Iusserat mundi penetrare fundum
Deerat hoc solū numero laborum
Tertiæ regem spoliare sortis
Ausus est cæcos aditus inire:
Ducit ad manes uia qua remotos
Tristis & sylua metuenda nigra
Sed frequens magna comitante turba:
Quantus incedit populus per urbes
Ad noui ludos auidus theatri:
Qualis elæum coit ad tonantem
Quinta cum sacrum reuocauit æstas
Quanta cum longe redit hora noctis
Crescere in somnos cupiens quietos:

Natus Euryſtheus.In fine oīum actuū chorus inducitur laudans facta:ita ibi nunc habetur concelebrans fortitudinē Herculis quicit oīa monstra in terra:restabāt ea quæ sunt in inferno quo ipse iuit & rediuit cū uictoria.Versus est saphycus:& hēt quinꝫ pedes. Primus trocheus.Secundus spondeus. Tertius dactilus:duo ultimi trochei.¶ Natus euristheus.Homeros scribit cum Iupiter diem quo hercules proditurus in lucē erat:ita predixisset:qui ceteris imperaret:cogitasse iunonē id de hercule dici.Quapropter impetrasse primo a ioue:ut id iureiurando affirmaret:deinde missa lucina quæ dea ptu rientiū erat: Distulisse herculis ortū:& uxoris Stheleni quæ septimo iā mense pgnans erat:ptum acceleraſſe:ex quo natus est euristheus q Micenis.xlv.annis imperauit:semp īfestus herculi:ob id frequēter īpellens:eū ad congrediendum cum monstris: facile sic periturum herculem sperans.¶ Fundum infernum.¶ Deerat restabat hoc solū. quia omnia alia superauerat.¶ Tertiæ sortis regem:Plutonē regē inferni quæ fuit tertia sors īter tres fratres.¶ Nigra obscura.illa tristis uia est metuenda propter obscuram siluam per quam est eundū.¶ Sed frequens.s.il a uia ualde frequentata:ꝑ eā multi quotidie ad īferos uadunt:Frequēs mō crebrū significat:siue de loco siue de re aiata dicit:ut frequēs senatus.i.creber copiosus:multus item frequētes domus frequentes aræ:hoc est crebræ multæ.aliquādo quod ab aliis frequentat:ut frequēs locus frequens tēplū in quo multi cōueniunt:& qđ multi frequentāt.¶ Qualis declarat istam multitudinem per comparationem ludoꝝ olimpicoꝝ q fiebāt ī honorem Iouis olympici apud pisam & helidem arcadiæ oppida id gymnicum certamen erat qđ quinto quoqꝫ anno fieri solebat: unde olympias dicta est spacium quinqꝫ annorum & exinde tempora ab olympiadibus computare cæperunt:ut Olympiadis primæ uel tertiæ Olympia urbs est inter ossam & olympum mōtes:& olympia olympiorum etiam luda erant ipsi.¶ Incedit uadit ad spectandum.¶ Populus multitudo.¶ Ad ludos noui theatri:noui spectaculi:theatrum dici potest a nobis uisorium seu spectaculū ex quo eminus turba ludos spectare potest:& apud romanos edificium fuit interdum mira luxuria edificatum : ut plinius libro decimo nono naturalis historiæ.¶ Heleum tonantem.Iouem heleum a ciuitate helide:¶ Coit.ideſt conuenit.Alii legunt currit & male:quia uersus non staret:ex con & eo:sic Ouidius libro quarto fastorum:Mille manus coeunt.¶ Quinta æstas:quintus annus.¶ Reuocauit reduxit.¶ Sacrum substantiue.ideſt iouis festum. ¶ Quanta.scilicet turba frequentat secretam cererem:celebrat cerealia:de his sacris superius diximus.

Mystæ

¶ Mystæ sacrificantes cereri appellabantur: Mysticum dicunt græci omne id quo in arcanis deorum sacris utimur. qualia erant bacchi: & cereris orgia: quæ noctu clam & a solis mulieribus celebrabãtur: sed tamen inde illis sacris pollutis: uiri quoq; ad ea accedere soliti erant & baptæ hmõi uiri dicebantur quod tincti: fucatiq; sacris interessent instar mulierum: baptin enim inficere: tingere: & fucare dicitur. Mysteria arcana sacra appellabantur. hinc in prouerbio est: nõ sine mysterio fieri dicimus quod occulta aliqua quasi sacrorum ratione perficitur. ¶ Attici. athenienses. nam ea sacra apud athenas fiebãt per decem miliaria ad Eleusin. ¶ Citi ueloces: quia cum facibus accensis currebant. ¶ Tectis relictis: quia ea sacra celebrabantur per agros. ¶ Cum longe redit hora noctis. ¶ Cupiens. scilicet nox. ¶ Crescere: quia crescente fiunt longiores somni. ¶ Libra signum celeste per quod sol transit: & tunc est equinoctium: quia sol libratus est & est per unum diem solũ. ideo dicit tenet currus phœbeos ideſt solis. ¶ Tanta adaptæ comparationem tanta est illa turba quæ uadit per illam uiam adinferos: & quæ est ista turba: sunt alii senes: alii pueri: alii infantes. ¶ Iugate. ideſt nundum coniunctæ matrimonio. ¶ Ephœbi ephœbus dictus: quod iam sit in pube hoc est iam ad ãnos pubertatis peruenit. Terẽtius. Nam is postq̃ excessit ex ephœbis: hoc excessit ex ea ætate qua pubẽ primo emisit. Hinc ephœbia appellata est prima ætas adolescentie. ¶ Comis depositis. ideſt resecatis capillis qui intonsi seruabantur pueris. Et in prima adolescentia illis resecabantur: & deo alicui consecrabãtur: ut est apud Statium in siluis de crinibus earini. ¶ Modo doctus: qui uix sciebat pronunciare nomen matris. ¶ His solis infantibus est data una fax: ut per has tenebras possent uidere & minus timere: hoc est morale: quia sunt puri & sine macula uitiorum. ¶ Releuare leuioré facere. ¶ Prelato. ante portato. ¶ Ceteri. preter istos ifantes. ¶ Per opaca obscura. ¶ Qualis. nũc dicit chorus qualis debeat esse animus eũtium per illam uiam quasi dicat tristis: quia uidentur habere totũ pondus terræ supra se: ideo dicit q; debemus ire tradius quam possimus. ¶ Qualis. legendum est interrogatiue. ¶ Obrutũ demersum: quia infernus est in centro terræ: quia qui uadunt ad iferos habent terram supra se. ¶ Stat non mouetur. ¶ Chaos illa cõfusio. ¶ Désum tenebrosum. ¶ Silentis. quia ibi omnia tacent: non sunt uenti strepentes: nec animæ usum loquendi habent. ¶ Vacuę nubes: quæ non faciunt pluuiam. ¶ Illo ad illum locum. ¶ Ad id: eum locum. ¶ Vnde a quo loco. ¶ Quid uiuat. quid oportet ut acceleremus mortem nostram: opponendo nos uariis periculis hoc nõ debemus facere. sed uiuere diutius quam possimus. ¶ Durum inexorabile. ¶ Fatũ mortem. ¶ Faciet uella nauigabit. ¶ Cocyto omnes in transibimus per illam uiam. ¶ Inherti stagnanti: quia non mouetur. ¶ Tibi. o mors quicquid est in mundo crescit: quia ut inquit Salustius. Omnia orta occidunt: & aucta senescunt. ¶ Parce uenturis: scilicet ad te ideſt o mors noli nimium properare: quia sumus omnino tui: & ad te ueniemus. ¶ Licet sis segnis. quanuis sis tarda: tamen quotidie currimus ad te. ¶ Prima hora. in q̃ nati sumus. ¶ Carpsit. illã & icepit diminuere uitã nram. ¶ Thebis: iã reuertit ad pricipale ꝓpositũ de laudibus herculis. digressio ista cõcessa choro: mõ dicit ad thebanos. ut faciãt sacrificia: & diis gras agãt qui fecerũt ubiq; herculẽ uictorẽ. Versus é glicõicus ab iuẽtore coriãbicus ét a pede. Scãdit duobꝰ mõis. Prio mõ spõ

Libra phœbeos tenet æqua currus
Turba secretam cererem frequentat
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare mystæ
Tanta per campos agitur silentes
Turba pars tarda gradiens senecta
Tristis & longa saciata uita
Pars adhuc currit melioris æui
Virgines nundum thalamis iugatæ
Et comis nundum positis ephœbi
Matris & nomen modo doctus infans:
His datum solis minus ut timerent
Igne prælato releuare noctem
Cæteri uadunt per opaca tristes
Qualis est nobis animus remota
Luce cum mœstus sibi quisq; sensit
Obrutum tota caput esse terra
Stat chaos densum tenebreq; turpes
Et color noctis malus: & silentis
Odium mundi: uacuæq; nubes
Sera nos illo referat senectus.
Nemo ad id sero uenit unde nunquam
Cum semel uenit potuit reuerti
Quid iuuat durum properare fatum
Omnis hæc magnis uaga turba terris:
Ibit ad manes: facietque inerti:
Vella cocyto: tibi crescit omne
Et quod occasus uidet & quod ortus:
Parce uenturis: tibi mors paramur
Sis licet segnis, properamus ipsi,
Prima quæ uitam dedit hora carpsit
Thebis læta dies adest:
Aras tangite supplices:

deo:& duobus dactylis: Alio modo facis unum spondeum:& unum coriambum:& unum pirrichium. ¶ Tangite sacrificate quia sacrificantes manibus aras tangebant. ¶ Agitent choros choreas solebāt in sacris saltare ad lætitiam. ¶ Et qua sol medium ab oriēte & occidente:& in meridie quæsita est pax ma nu herculis. ¶ Vmbras negat. Est ciuitas syene in cōfinibus æthiopie & egypti. & teste Plinio in secun do naturalis hystorie supra alexādriam uersus meridiem quinquaginta millium stadiorum: ac ut scribit Macrobius libro secūdo super somnium Scipiōis directe locata est sub tropico æstiuo ideſt sub can cro in extremo torride zonæ. Quare cum sol ad cancrum uenit in medio solstitii die supra uerticē ciuitatis cadens: nullam prorsus in ea umbrā effi cit. Quod lucanus tetigit in secūdo. Vmbras nus quā flectente syene: hoc est per dies solstitii. ¶ Te thyos tethys uxor oceani: sed ibi pro ipso mare oceano ponitur. ¶ Stantes datur locus sequenti scene: redibat lætus hercules de uictoria Lyci. ¶ Sacrificus. & sacrificulus appellatur rex sacro rum: a sacro quod est deo dedico: & sacrum facio. ¶ Stantes. horridas & incultas. ¶ Populo fronde populi arboris: qua coronatus fuit uadēs ad infe ros: unde dixit dilecta.

Pingue cedite uictimas.
Permixtę maribus nurus
Solennes agitent choros
Cessent deposito iugo
Arui fertilis incolæ
Pax est herculea manu
Auroram inter & hesperum
Et qua sol medium tenens
Vmbras corporibus negat:
Quodcunq3 abluitur solum
Longo tethyos ambitu
Alcide domuit labor
Transuectus uada tartari
Pacatis redit inferis:
Nam nullus supereſt timor:
Nil ultra iacet inferos
Stantes sacrificus comas
Dilecta tege populo.

Actꝰ. iiii. Her. Theseꝰ. amphy. Megæra.

Vltrice dextra. Iam uertitur hercules post mortem Lyci: & est principium quarti actus: in quo pōitur furor Her culis: & ibi notandum est quod in sce na nunquā ostenditur mors: sed narratur ne forte spectatores terrerentur. Ibi quattuor persone introducuntur Hercules Theseus Amphytrio & Megæra. Primo Hercules post uictoriam de ly co uocat deos: & preparat sacrum. ¶ Fusus mor tuus: Aliquando fugatus: aliquādo iacens ut fusus humi. ¶ Pœne supplicii. ¶ Belligera pallas hanc dicunt poetæ Iouis filiam sine matre: ita cū iuppi ter uideret Iunonem uxorem nō ferentem filios percusso sibi capite palladem armatam emisit: di cente Lucano libro nono. Hāc & pallas amat pa trio quæ uertice nata est: & ouidius libro fastorū tertio. An quia de capitis fertur sine matre pater ni. Vertice cum clypeo prosiluisse suo hanc ean dem. Cicero libro de natura deorum tertio belli fuisse inuentricem ac principem dixit. Hanc tor uam oculis: & armis insignem: longamq3 cum cly peo cristalino ferre hastā: & pictum habuisse pe plum dicunt poetæ. Quin & uirgo fingitur: & ip si uirgini Gigas nomine pallas Titani filius deo rūq3 inimicissimus uim inferre tentaret: illum uir go sua uirtute peremit ad eoq3 interēpto ipsa po stea pallas dicta est. Nā prius Tritonia dicebatur: quia iuxta tritonidis paludem primitus comperta dicitur: qui fluuius est lybiæ. Alii autem eam uoluntā pallo uerbo græco dictam: quod apud nos uibro: & concutio interpretatur: eo quod hastam uibrare cō sueuerit docueritq3. Fuit etiam cognominata: quasi uim ipsa minetur: ut est apud Ciceronem secūdo de natura deorum. Alii uero quasi minuēs neruos: eo quod qui optimis artibus uerum laborem impendūt uires corporis minuere dicantur. Nam ipsa eadem sapientiæ dea: Et omnium bonarū artium inuentrix appellatur teste Ouidio libro tertio fastorum. ¶ Egis. nomen ipsius scuti palladis. ¶ Leua. sinistra. ¶ Ciet. mouet. ¶ Ore saxifico. uultu meduseo: in eo scuto erat caput meduſæ quæ uertebat homines in saxa. ¶ Adsit licurgi. ideſt bacchus qui superauit lycurgum hic fuit rex thracum qui bacchum deum esse negabat: ob quod dum conaretur uites incidere: crura sibi amputauit. ¶ Rubri maris. hic primus indi am deuicit. unde dixit rubri maris domitor ideſt erythrei græci erythron rubrum dicunt. unde teſte Solino ab harenarum colore mare erythreum appellatum est. ¶ Virenti pampineo: ut supra diximus: ¶ Geminumque numen: gemini dei: sed proprie numen est dei uoluntas.

Her. Vltrice dextra fuſꝰ aduersa lycꝰ
Terram cecidit ore: tum qsqs comes:
Fuerat tyrāni iacuit & pœnæ comes:
Nunc sacra patri uictor & superis feram:
Cæsifq3 meritas uictimis aras colam
Te te laborum socia & aduutrix precor
Belligera pallas: cuius in leua ciet
Aegis feroces ore saxifico minas
Adsit lycurgi domitor, & rubri maris:
Tectam uirenti cuspidem thyrso gerens
Geminūq3 numē phœbus & phœbi soror

Virgilius. Non hæc ſine numine diuum eueniunt. ideſt ſine uoluntate: tractum'eſt a Nuo qđ ueteres pro uolo uſurpabant Nam proprie nuere eſt ſigno capitis uoluntatem ſuam oſtendere a quo nutus ſignum quod capite datur: & uoluntas quæ ex huiuſmodi ſigno declaratur: aliquando numen pro poteſtate dei dicitur. Virgilius. Muſa mihi cauſas memora quo numine læſo: aliquando ponitur pro ipſo deo. Virgilius. Spero equidem mediis: ſi quod pia numina poſſunt ſupplicia hauſurum ſcopulis. ¶ Phœbus apollo: & ſoror. Diana quæ ob uirginitatis amorem hominum conſortium dicitur aufugiſſe & uenando ſiluas: ac montium ſaltus incolebat. Quare cũ arcu & phareſtra illam inceſſiſſe ferunt: quam uirgines plures ſimili propoſito ſequebantur: dicente Virgi. Qualis in eurotæ ripis: aut per iuga pindi. Exercet diana choros: quam mille ſecutæ: hinc atque hinc glomerant: horeades: illa phareſtrã fert humero. ¶ Phœbus lyre. nam cytharam pulſans: qua a Mercurio donatus fuerat muſis canẽtibus preerat. ¶ Frater quia & ipſe hercules erat filius iouis: unde fratres ſuos: ſed non ex lunone natos ¶ Appellite. admouete appropĩquate. uarro exiſtimat proprie appellere dici: cum ex pelago: aut a flumine quis ad littus acceſſerit. Virgilius. Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit: appellõ etiam applico: ut Terentius. Animum ad ſcribendũ appulit. Appello as primæ coniugationis aliud ſignificat. ¶ Greges opimos. pingues opimus diues: pinguis dicitur: unde opima ſpolia dicit quæ dux duci rapit & opime aduerbium abundanter. ¶ Indorum ſeges. India regio eſt orientalis aſiæ termi nus: quæ ab indo flumine nomẽ aſſumpſit qui ſolus: teſte Herodotõ libro quarto: Poſt nilum crocodilos prodicit ab oriente incipiens uſq; ad Aſiam ex occidentali parte protenditur: ex meridiana uero uſq; ad indicum mare: ex ſeptẽtrione uero uſq; ad caucaſum: hæc regio aromatũ ferax eſt ¶ Arabes. arabia regio eſt iudeam ab egypto diſterminans hanc apud ptolomeũ in geographya triplicem inuenimus ſcilicet fœlicem: quæ ea eſſe uidetur quam Plinius planam eſſe dixit inter tigrim & euphratem. In arabia fœlici ciuitas metropolis in monte ſita eſt Saba ita appellata a potu ſebein: quod ẽ ſacrificare: quia thus mittit: quo in ſacrificiis utuntur. ¶ Odoris. i. odoratis; ferentibus aromata. ¶ Legunt. colligunt. uapor fumus. ¶ Fronde gẽtili. ideſt patria. gentem appellamus nationem: interdum familiam: inde gentiles dicuntur. oliua arbor athenienſium: quia in certamine palladis & neptuni de impoſitione nominis urbi: nata dicitur oliua pro pallade quod ſignum erat pacis. ¶ Dii conditoris Similiter theſeus lætus de uictoria herculis inuocat deos: o dii conditores ſcilicet urbis thebanæ. ¶ Antra ceti. & tu qui colis. i. habitas antra ideſt ſpeluncam ceti cretis ubi cadmus interfecit illum ſerpentẽ qui erat in fonte ad quem mittebat ſocios hauſtum aquas: & eos omnes interficiebat: quare cognita cadmus eũ confondit & eius dentes ſeminauit. ut rem totam Ouidius exequitur. cetum appellauit propter magnitudinem: nam cete maiores piſces ſunt in mari: non ouum ſed animal parturientes quod nulli ex paruis accidit preterq; ranæ. Virg. in maria cete. inde cetarii piſcatores dicuntur: ut uarro teſtatur: & etiam qui eos uendunt & quæ colis iterum ſupple. ¶ Aquas dirces. Dirce uxor lyci thebanorum regis: non iſtius quem nunc occidit hercules: qui cum prius Antiopam haberet uxorem: quæ a loue cõuerſo in formam ſatyri grauidata fuerat: illam uelut adulteram lycus dereliquit: & dircem ſuperduxit: hæc ſemel in ſuſpitionem adducta: ne cum ea lycus concubuiſſet ipſam antiopam: incarcerẽ iecit: quæ inſtante partus tempore: & agente ioue uincula rupit: ac in monte cytherone pariens natos expoſuit. quos paſtor inueniẽs pro ſuis educauit ſed tractu temporis a matre recogniti: & in ultionem iniuriarum inducti: lycum interfecerunt: & thebanorum regno occupato: Dircem nouercam indomitorum taurorum caudis diſtrahendam alligarunt: qui cum uſque ad locum limpidiſſimi fontis illatam traxiſſent: poetæ finguntin fontem ſui nominis conuerſam fuiſſe: quia dixit Ouidius in Ibin. Perq; feros montes tauro rapiente traharis Vt tracta eſt coniunx imperioſa lyci. ¶ Larem regis aduenæ ideſt domum cadmi qui de tyro urbe phœnicie uenit. ¶ Expia. Amphitrio mouet ut priuſq; incipiat ſacrificium: ſe ipſum mundet. expia purga te. ¶ Capitis inuiſſi odio ſi a uerbo paſſiuo inuideor. Cicero. diis hominibuſq; inuiſus. ¶ Libare. ſacrificare.

Soror ſagittis aptior: phœbus lyræ
Fraterq; quiſquis incolit cœlum meus
Non ex nouerca frater huc appellite
Greges opimos: quicquid indorum ſeges
Arabes odoris quicquid arboribus legũt
Conferte in aras pinguis exudet uapor
Populea noſtras arbor exornet comas:
Teramus oleæ fronde gentili tegat
Theſeu: tonantẽ noſtra adorabit manus:
The. Dii conditores urbis & ſilueſtria
Trucis antra ceti nobiles dirces aquas
Larem qui regis aduenæ tyrium colis:
Her. Date thura flammis
Am. Nate manantes prius manus
Cruenta cæde & hoſtili expia.
Her. Vtinam cruorem capitis inuiſi deis
Libare poſſem. gratior nullus liquor
Tinxiſſet aras: uictima haud ulla amplior
Poteſt magiſque opima mactari ioui:
Quã rex iniquus. Am. Finiat genitor tu⁹
Opta labores detur aliquando ocium

¶Ipse concipiam præces. respondet hercules sapiēter Amphitrioni qui suadebat illi ut quietem oraret a ioue. ¶Nullus ignis. nullū fulmen. Monstrum meum sic. ideſt contra me. ¶Sed quid. Dū ita loqueretur hercules: eum furia exagitare cœpit: unde: insanienti uidebātur multa falsi q̄ in textu. ¶Vnde. ex qua causa. ¶Ignota quia in medio die nō nascitur nox. ¶Diurnæ. quæ solent eē nocturnæ. ¶Rutilat. uibrat. unde rutilātia sidera dicimus: quia uidētur mouere radios suos. Quid quid. uidetur quod ille leo uelit facere unū saltū. ná in zodiaco sunt duodecim signa: & tria ex ipsis habet quelibet pars āni: inter taurū & leonem sunt oīa signa quæ faciūt hiemem: ideo dicit qd̄ faciet unum saltū ita magnū qd̄ saliet usq; ad taurum. ¶Autumnus grauis. quia tempus ē lethiferū: ut Iuuēalis. Quot themisom ægros autumno occiderit uno. ¶Vno impetu uno saltu. ¶Tauri uerni. nam signū tauri ad qd̄ sol decimotertio Calendis maii transit ut Virgi. in georgicis. Candidus auratis aperit cū cornibus annum. Taurus. ¶Falsum cœlum. propter qd̄ dixerat hercules se uidere leonem: & solē obscuratum. ¶Perdomita. loquit̄ ex furore hercules: superaui oīa monstra quæ in terra: & mari: & inferos: reliquum est ut ascendam cœlū. ¶Immune. intentatū uiribus meis. appositiue labor dignus alcide. i. hercule. ¶Sublimis. leuatus a terra. ¶Mundi. cœli. ¶Pater. Iuppiter. ¶Quid si. q̄si si nolet dare mihi cælum: ego rapiam per uim: quia terra nō capit me; nō est capax mei. ¶Tandē: post multos labores. ¶Reddit. s. me. secundū Platonicam disciplinam qui testabatur ōēs aīas descendisse de cælo. ¶En. ecce fantasiam repentinā uidebatur deos ipsum uocare ad cælū: una tamen lunon enouerca uetā te. ¶Cetus. turba. ¶Laxat. apit. ¶Recipis. uertit sermonē ad ipsam lunonē uis ne recipere ispō te me: aut ui. ¶Recipis. s. me o Iuno. ¶Et reseras aperis mihi. ¶Polum cœlū. ¶An traho. frango ut per uim intrem. ¶Cōtumacis mundi cœli superbi: & indignātis me recipe. ¶Dubitatur etiā. uidebatur Herculi qd̄ Iuno tardaret sibi aperire: ideo minatur. dubitat̄ ideſt tu stas in dubio an debeas aperire. ¶Vincla saturno exuam dissoluam loquitur secundū opinionē poetarum qui dicunt saturnū a ioue regno pulsum apud īferos relegatum fuisse dicēte Ouidio li. i. metha. postq̄ saturno tenebrosa intartara misso: Sub ioue mundus erat: subiit argētea proles. ¶Auum. patrē patris mei iouis. ¶Impii. crudelis uel in me uel in patrē suū. ¶Impotens. crudele cælū. ¶Titanes. gigantes de q̄bus diximus qd̄ ausi sunt manibus rescindere cælum. ¶Iuga. colles plena centauris de quibus itidē dictum est. ¶Agam faciā. ¶Limitem. iter. ¶Monte gemino uno posito supra alium. ¶Chiron. centaurus quem saturnus cōuersus in equū ex phillire genuit. ut Virgi. li. iii. georgicoꝝ Talis & ipse iubā ceruice effudit equinam Coniugis aduētu pernix Saturnus: & altum Pelion hinnitu fugiēs impleuit acuto: nam cū eam nymphā

Quisque sessis: Her. Ipse concipiā preces
Ioue meque dignas: stet suo cælum loco
Telluſque & æther: Astra inoffēsos agāt
Aeterna cursus: alta pax gentes alat.
Ferrum omne teneat ruris innocui labor:
Enseſque lateant: nulla tempestas fretum
Violenta turbet; nullus irato Ioue
Exiliat ignis: nullus hyberna niue
Nutritus agros amnis euersos trahat.
Venena cessent: nulla nocituro grauis
Succo tumescat herba: nō sæui ac truces
Regnēt tyranni: si quod etiam est scelus
Latura tellus properet: & si quod parat
Mōstrū meū sit: sed qd en hoc mediū diē
Cinxere tenebræ: phœbus obscuro meat
Sine nube uultu: quid diem retro fugat
Agitque inortus: unde nox atrū caput?
Ignota profert? unde tot stellæ polum
Implēt diurnæ: primus en noster labor
Cœli refulget parte nō minima leo:
Iraque totus feruet & morsus parat
Iam rapiet aliquod sidus: ingēti minax
Stat ore: & ignes efflat & rutilat iubam:
Ceruice iactans. quicquid autūnus grauis
Hyemsque gelido frigida? spacio refert
Vno impetu transiliet: & uerni peter
Frangetque tauri colla.
Am. Quid subitum hoc malum est
Quo nate uultus huc illuc acres refers
Acieque falsum turbida cælum uides
Her. Perdomita tell? tūida cesserūt freta
Inferna nostros regna sensere Impetus:
Immune cælum est: dignus alcide labor.
In alta mundi spatia sublimis ferar:
Petatur æther: astra promittit pater
Quid si negaret? non capit terra herculē
Tandemq; superis reddit. en ultro uocat
Omnis deorum cetus: & laxat fores
Vna uetante; recipis & reseras polum.
An contumacis ianuam mundi traho
Dubitatur etiam uincla saturno exuam:
Contraque patris impii regnum impotēs
Auum resoluam: bella titantes parent
Me duce furentes saxa cum siluis feram
Rapidāque dextra plena centauris iuga.
Iā mōte gemino limitem ad supbos agā:

cōprimeret:

comprimeret:ops eius uxor ſuperuenit:& ipſe in equum conuerſus ẽ.hic chirõ fuit iuſtiſſimus & magni achillis p̃ceptor.Pelion.montem theſaliæ:ſimiliter oſſa & olympus eius regionis ſunt mõtes. ¶ Tertio gradu.nam oſſa ſub pelio:ſupra pelium tertio gradu olympus. ¶ Peruenier.per ſe:aut mittetur per uim. ¶ Infandos.impios quia cõtra deos. ¶ Auerte.remoue.inquit amphitryo redarguẽdo herculem quod licet magnanimi ſit appetere cælum:ſed iſto modo uelle inſani hoīs ẽ. ¶ Cõpeſce reprime. ¶ Quid hoc. hercules nõ audit patrem:ſed inſaniens clamat repente ex fantaſia ſeſe uidere gigantes pugnantes cõtra deos:& tityum de quo ſupra ẽ dict̃u:rupiſſe uincula & ab inferis rediiſſe. ¶ Inane. ſiue iocino re quia uultur illud coroſſerat. ¶ Prope.ſ.pugnãdo ſupra illos montes. ¶ Cytheron. mons iuxta thebas. ¶ Pallene.ciuitas ẽ archadiæ de qua Plinius li.iiii.naturalis hiſtoriæ:ẽ alia in macedõia quã patriam prothei fuiſſe ſcribit Vir.quarto georgi. hic nunc æmathiæ portus.patriamq; reuiſit:pallenẽ. ¶ Alta.in montibus ſita ẽ:ibi cõgregati ſunt gigantes pugnaturi cõtra louem. ¶ Marcent.perdiderũt ſuam amænitatẽ. ¶ Tempe.de quibus diximus neutri generis:& indeclinabilia: habentq; tantũ plurale. ¶ Pindi montis theſaliæ. ¶ Hic.alius gigas. ¶ Oethã.montẽ qui eſt inter theſaliã & macedoniam:famoſus morte & ſepulchro herculis:de quo pli.libro na.xxi.hiſto.hellebori fertilis eſt. ¶ Erynnis. facit in plurali erinyes ſunt furiæ infernales. ¶ Horrendum.pro horrẽda:qa furiæ armatæ ſunt facibus &; ſerpẽtibus. ¶ Sudes. palũ ligneũ:hoc eſt facem ſuccẽſam ex infelici igne rogi ubi cõburuntur cadauera. ¶ Propius.uicinius. ¶ Seua thyſiphone uallata.circũdata. etiã uideor uidere furiã thyſiphonẽ ad cuſtodiã plutonis ad eſſe cũ face loco cerberi rapti a me. ¶ Portam.inferni. ¶ Vacãtem ſine cuſtode. ¶ Sed ecce. uide aliã fantaſiã herculis:uidebatur illi uidere filios;lyci:& ſui erant;ꝓprii quos miſerabiliter interfecit. ¶ Reddet patri.lyco quẽ interfeci & illi faciã uos comites ad umbras. ¶ Neruus.corda arcus. ¶ Excutiat.emittat. ¶ Quo ſe.ea quæ ſunt crudelia nõ fiunt in ſcena:ideo nũc Amphitryo:quo mõ hercules accepit ſagittas:declarat. ¶ Quo.in quã partem. ¶ Cecus q nõ cognoſcit quid agat. ¶ Inuergit.uertit. ¶ Coactis.quaſi ſimul iunctis. ¶ Arundo:ſagitta:ex calamo cidõio. ¶ Spiculũ.ipſa ſagitta. ¶ Fugit trãſiuit. ¶ Eruam. inſaniens hercules iterum inquit. ¶ Eruã.extraham ex latebris omnem prolẽ lyci: & omnes latebras & loca abdita perſcrutabor:ne aliquem ex eo genere relinquã: poſtea ibo micenas q̃ patria erat euriſtei ut eius domum quoq; deſtruam qui mihi tot monſtra ſuperanda ꝓperauit. ¶ Cyclopeia ſaxa.magna mœnia micenarum.poetæ quãdo uolunt dicere rem bene fabricatã: dicunt eam arte cyclopum factam: Sic Vir.in.vi.ænei. Mœnia celſa uides cyclopum educta caminis Cyclopes aũt erãt uiri gigãtes qui in ſicilia iuxta ætnã degentes unicũ in medio frontis hẽbãt oculũ:fuerunt & alii tres famuli uulcani in lipara qui loui fulmina fabricare dicebãtur quoꝝ noia. Vir.uno uerſu deſcribit Brontes:ſteropeſq; & nudus membra pyragmon. ¶ Aula regia euryſtei. ¶ Diſiecto.fracto peſulo & obſtaculo. ¶ Poſtes. ualuas ianuarũ.: dicti quod ſtent poſt oſtia. Virgi.belli ferratos rupit ſaturnia poſtes.poſtica & per diminutionẽ poſticula.eſt hoſtium ipſum. Apuleius per quandã breuem poſticulam intro uocat me.poſticum aũt ẽ hoſtium in poſteriore ꝑte ediũ ueteres etiã appellarũt uicinum habitantẽ in poſteriore ꝑte domus:poſticũ & oĩa quæ poſt nos ſunt poſtica dixerunt:ſicut que ſunt ante antica dicũtur. ¶ Columen.ſummitas tecti: a culmis palearũ quia antiqui faciebant tecta de culmis palearũ. ¶ Labet. ruat: labare ẽ ruere & repẽte cadere. Vir.labat ariete crebro ianua:a quo fit labaſco Terentius labaſcit uictus uno uerbo. ¶ Procũbat cadat

Videat ſub oſſa pelion chiron ſuum.
In cœlum olympus tertio poſitus gradu
Perueniet aut mittetur.
Am. Infandos procul auerte ſenſus
Pectoris ſani parum
Magni tamen. cõpeſce demẽtem impetũ
Her. qd hoc gigãtes arma peſtifera mouẽt:
Profugit umbras tityus:lacerum gerens
Et inane pectus:quam prope a cœlo ſtetit:
Labat citheron,alta pallene tremit,
Marcentque tẽpe:rapuit hic pindi iuga
Hic rapuit œtan ſæuit horrendum minax
Flãmifera erynnis uerbere excuſſo ſonat.
Rogiſq; aduſtas propius ac ꝓpius ſudes
In ora tendit:ſæua theſiphone caput
Serpentibus uallata poſt raptum canem
Portam uacantem clauſit oppoſita face.
Sed ecce proles regis inimici latet
Lyci nefandum ſemen:inuiſo patri
Hæc dextra iam uos reddet:excutiat leues
Neruus ſagittas:tela ſic mitti decet
Herculea. Am. Quo ſe cæcus ſuergit furor
Vaſtum coactis flexit arcum cornibus:
Pharetramque ſoluit ſtridet emiſſa ĩpetu
Arundo medio ſpiculum collo fugit
Vulnere relicto. Her. Cæterã ꝓplem eruam
Omneſque latebras:qd moror maius mihi
Bellum mycenis reſtat & cyclopea
Euerſa manibus ſaxa noſtris concidant.
Huc eat & illuc aula diſiecto obice
Rumpatq; poſtes:columen ĩpulſum labet
Procumbat omnis regia hic uideo abditum

ad terrā. ¶ Gnatum abditū filium lyci abſconſum. ¶ En.diximus qđ ea quæ uidentur crudelia non re-
preſentātur in ſcena:ideo hic Amphitryo oſtendit qualiter hercules filios interfecerit. ¶ Tendēs.porri
gens ille paruus filius. ¶ Horridū.terribile ad aſpiciendū:accepit manum pueri:& ter circum circa uolu
it:& illum illiſit parieti. ¶ Rotatū.circum circa uolutum. ¶ Illi puero. ¶ At miſera.uidēs megæra filium
interfectū cū altero fugit:ſed eam ſequitur hercules. ¶ Furenti ſimilis:quaſi inſana & furiata ex dolore.
¶ Petet.inuadet &. ¶ Feret. auferet:licet cōfugi-
as in cōplexum iouis.ego te inde eripiā. ¶ Parce
ſiſtit Megæra ex uerbis Amphitryonis:& ſe con
uertit ad herculē. ¶ Habitus.formam ē tibi ſimi-
lis.ē enī habitus corporis diſpoſitio:uel pinguis.
uel macer. ¶ Reddit.repſentat. ¶ Teneo nouer
cam.haheo in manus meā nouercā putabat her-
cules eā eſſe lunonē. ¶ Sequere.ſ.alios:moriaris
etiā tu. ¶ Da.ſuſtine. ¶ Mihi.cauſa mea. ¶ Iugo.
turpi matrimonio quaſi ſeruitute. ¶ Libera ſcili-
cet morte tua. ¶ Monſtrū appellat illū filiū mon
ſtrum. ¶ Ante matrē.anteq̄ interficiā te. ¶ Tuū
ſanguinē.filii tui qui ſanguis ē tuus. ¶ Pauefactus.
amphitrio declarat quid geſtū ſit: diſcens q̄ puer
mortuus ē ex timore: anteq̄ percuſſus. ¶ Igneo.
pleno furore. ¶ Spiritū.uitā. ¶ Libratur.eleuat.
¶ Claua.ſtipes quē geſtabat. ¶ Grauis.magni pō
deris. ¶ Truncus.ꝓprie corpus ſine capite. Vir.
iacet ingens littore trūcus. ¶ Nuſq̄. quia ita tritū
fuerat qđ non uidebat. ¶ Cernere.poſtq̄ omnia
ſunt perfecta āphitryo loquit ad ſe ipm: dicens o
Amphitryo nimis uixiſti:ut uideres tantam cala
mitatē tuorū:ſed ſi piget luctus: ſi nō uis pati iſtū.
potes ēt tu mori & ita conuertit ſe ad herculē:ut
ipm quoque interficiat. ¶ Indue.uade contra tela
herculis:ut pectus tranſfigat. ¶ Vel ſtipitē.clauā.
¶ Illitū cede.tinctum ſanguine. ¶ Conuerte.ſ.o
hercules. ¶ Falſum.nō uerū:quia iuppiter ē uerus
parens:ideo dicit ac turpē indecorum tuo nomi-
ni tuæ excellentiæ. ¶ Ne.loquitur de ſe ipſo i ter
tia ꝑſona. ¶ Obſtrepet ſit cōtrarius:& infamia tu-
is laudibus:& ita dicēdo occurrebat herculi ut ip-
ſum quoq̄ interficeret:ſed theſeus eū retinet: di-
cens o amphitryo plus ſatis ē q̄ hercules filios &
uxorē interfecerit:fuge ne addat etiā hoc ſcelus:
ut interficiat patrem. ¶ Bene habet.dictū ē quā-
docūq̄ conſecuti ſumus uotū noſtrum. credebat
Her.ſe totā familiā lyci deſtruiſſe. ¶ Coniunx io
uis.Iuno hic ſeruat decorū:quod tanē furens non
firmat ꝓpoſitum:quia ſupra dixerat ſe iterfeciſſe
iunonem:nūc autem dicit q̄ illi ſacrificiū peregit:
¶ Te digna:tibi cōuenientia.quia tu es nimiū cru
delis:& delectaris ſpimmanitate. ¶ Argos ciui-
tas.in plurali ē generis maſculini:ibo argos & ibi
mactabo etiam euryſteum tanē uictimā. ¶ Non-
dum litaſti ſacrificaſti. ¶ Conſuma.perfice:unde
uirum conſumatū appellamus perfectū:& ē pro-
prie quid.quid ad finem ducere &prime cōiugati
onis ē uerbū. ¶ Stat.loquitur de ſe ipſo:ſtare dici
mus uictimas:quando ſponte ante aras ſtant ſine
uinculo: & eo mō eas dicimus placere deo aliter
nō ſacrificabantur. ¶ Inſequor. uolo omnino q̄
interficias me. ¶ Quid hoc eſt.dum iſta loquere
tur āphitryo cepit hercules oculos flectere i ſom-
num:& totus tremebat:quod uidēs ipſe āphitrio

Gnatum ſceleſti patris.
Am.En blandas manus ad genua
Tendens uoce miſeranda rogat.
Scelus nefandū triſte ac aſpectu horridū
Dextram precantem rapuit & circa furens
Bis ter rotatum miſit at illi:caput
Sonuit cerebro:tecta diſperſo madent.
At miſera paruum protegens natum ſinu
Megæra furenti ſimilis e latebris fugit.
Her.Licet tonantis ꝓfuga condaris ſinu.
Petet undecūq̄ temet hæc dextra & feret
Am.quo miſera ꝓgis: q̄ fugā aut latebras
Null⁹ ſalutis hercule īfeſto ē loc⁹: (petis
Amplectere ipſum potius & blāda prece
Lenire tēta.Mege.parce iā cōiunx precor
Agnoſce Megerā:natus hic uultus tuos
Habituſq̄ reddit:cemis ut tendat manus
Her. Teneo nouercā ſeq̄re:da penas mihi
Iugoq̄ preſſum libera iam turpi iouem
Sed ante matrē puulū hoc mōſtrū auferā
Me.Quo tēdis amēs ſanguinē fūdes tuū.
Am.Pauefactus īfans igneo uultu patris
Perit:ante uulnus ſpiritū rapuit pauor.
In coniugem nunc claua libratur grauis.
Perfregit oſſa:corpori trunco caput
Abeſt:nec uſq̄ ē: cernere hoc audes nimis
Viuax ſenectus ſi piget luctus:habes
Mortem paratam:pectus in tela indue:
Vel ſtipitem iſtum:cæde monſtrorū illitū
Conuerte:falſum ac nomini turpem tuo
Remoue parentē ne tuæ laudi obſtrepet.
The.quo te ipe gēitor morti obuiū īgeris
Quo ꝓgis amens:ꝓfuge & obtectus late.
Vnumq̄ manibus aufer herculeis ſcelus.
her.bene hēt: pudēdi regis exciſa ē dom⁹
Tibi hunc dicatum maximi coniunx iouis
Gregem cecidi:uota perſolui libens:
Te digna:& argos uictimas alias dabit
Am.Nondū litaſti nate:conſuma ſacrum.
Stat ecce ad aras hoſtia:expectat manum
Ceruice prona: phœbeo occurro inſequor
Macta:quid hoc eſt:errat acies luminum:
ita miraſ:

ita miratur:dicens ne errat mihi uisus quod uideam herculem tremẽtem. ¶ Acies luminum oculorum. meorum. ¶ Mœror.meus dolor. ¶ Ebetat.obtenebrat. ¶ Ceruix.collũ. ¶ Submisso capite.inclinato. ¶ Labat.cadit. ¶ Ornus.iugens arbor & seruat simili:udiné. ¶ Moles.ingens rupes decidens ex montibus:quæ pre magnitudine quasi portũ faciat in mari:ita hercules grauis cadebat:in terrã. ¶ Viuis. appropinquãs Amphitryo inquit es ne uiuus O nate:an idẽ furor qui interfecit tuos:te ipsum quoq; peremit. ¶ Letho.morti. ¶ Sopor é.uidet quod dormit:quia stertebat. ¶ Reciprocos.qa spiritus ibat & redibat:ut fit:per.eandem uiã:per nares:& os. ¶ Motus. strepitus. ¶ Spiritus. flatus herculis. ¶ Agit.ducit. ¶ Detur tempus.dimittamus eum dormire: ut forte furor cedat. ¶ Vis uiolentia. ¶ Morbi furoris. ¶ Victa. pulsa. ¶ Leuet. àleuiet. ¶ Remouete.iperat Amphitryo seruis:ut arma herculi dormienti submoueãt: ne forte expectus iterũ insaniens illa repetat.

Visusque mœror hebetat:uideo herculis
Manus trementes:uultus in sonum cadit.
Et fessa ceruix capite summisso labat
Flexo genu:iam totus ad terram ruit
Vt cæsa siluis ornus aut portus mari
Datura moles:uiuis an leto dedit;
Idem tuos qui misit ad mortem:furor:
Sopor est:reciprocos spiritus motus agit.
Detur quieti tempus:ut somno grauis
Vis uicta morbi pectus oppressum leuet.
Remouete famuli tela:ne repetat furens.

Chorus loquitur.

IVgeat æther magnusq; parens
Etheris alti:telusque ferax
Et uaga ponti mobilis unda.
Tuque ante omnes:qui per terras
Tractusque maris fundis radios;
Noctemque fugas ore decoro
Feruide titan obitus pariter
Tecum alcides uidit & ortus:
Nouitque tuas utrasque domos.
Soluite tantis animum monstris
Soluite superi,rectam in melius
Flectite mentem,tuque o domitor
Somne malorum,requies animi,
Pars humanæ melior uitæ,
Volucer,matris genus astreæ.
Frater duræ languide mortis,
Veris miscens falsa,futuri
Certus:& idem pessimus auctor.
Pater o rerum,portus uitæ,
Lucis requies,noctisque comes,
Qui par regi famuloque uenis
Placidus fessum lenisque foue
Pauidum leti genus humanum

IVgeat æther. Introducitur chorus inuitans omnes:& in primis elementa ad luctum:quod hercules in tãtam insaniam deductus fuerit: deinde rogat deũ somni ne excitet nisi prius liberatus sit a furore. Versus est anapesticus ab anapesto pede. cõstat quatuor pedibus:recipit etiã dactilum & spondeũ: & multotiens inuenies sine ullo' anapesto. ¶ Lugeat ether.i.cœlum doleat.é enim lugere proprie ĩ luctu esse Est autem luctus dolor cum fletu quem ex morte cuiusq; charissimi cõcipimus.unde apd Liuium scribitur secundo bello punico post cladem illã canensem patres constituisse:ne feminæ ultra tringenta dies in luctu essent: hoc é ne lugubri habitu perseuerarẽt. ¶ Patres.luppiter. ¶ Ferax.fertilis a ferẽdo. ¶ Mobilis.instabilis. ¶ Tuque.s.sol. ¶ Qui fundis.spargis. ¶ Per tractus.regiones & plagas.tu qui illuminas maria & terras. ¶ Decoro. pulchro. ¶ Feruide titan. calide sol. ¶ Tecum reddit rationé quia debeat lugere:hercules tecũ uidit obitus occasum & ortus. ¶ Vtrasque domos. orientẽ & occidentem. ¶ Monstris soluite.liberate animũ herculis tãto furoꝛ. ¶ Tuque somne.uertit se ad deum somni.é enim somnus modo deus somni.sic Martialis Et quia nulla uenit:tu mihi somne ueni. Modo quietem significat. Vir.mors hominum facilis: dulciq; simillima somno. ¶ Malorũ domitor.quando quis dolore é affectus:dormiẽdo curarum suarũ obliuiscitur. ¶ Melior pars.quia quando dormitur nihil mali agitur. ¶ Volucer.habẽs alas:fingunt eum alatũ: quia subito uenit. ¶ Genus astreæ.filius astreæ:q̃ fuit teste arato astrei filii titãi ex aurora filia: quã ob diligentissimam æquitatem iusticiã appellatã dixit:nã cum terras habitaret:ut inquit Ouidius. Nundũ uesanos rabies nudauerat enses:Nec consanguineis fuerat discordia nota:hãc ferũt pp hominũ scelus euolasse ad supos.dicẽte Iuuenale. Vltima celestũ terras astrea reliqt hic ideo somnũ filiũ iusticiæ appellat:qa dormiẽdo nõ peccãus. ¶ Lãguide.q; sõnoléti lãguidi & torpẽtes efficiũt. ¶ Duræ mortis.inexorabilis q̃ flecti nõ põt:iõ frater mortis qd̃ qes ut inqt Maro é simillima morti. ¶ Veris.q somniãt aliquãdo uidẽt uera:& multotiés falsa. ¶ Futuri auctor.nũcius futuri bõi:& iterdũ mali. ¶ Pr̃.o sõme pr̃ q feruas quodãmõ oĩa ĩ uita:qa ipse sõnus alit:digestionẽ facit & uires repat. ¶ Portus.refugiũ uite.qa cũ fessi sumus:quiescimus ĩ te. ¶ Lucis labor.q fiũt ĩ die.sic uir.sub nocte siléti:lenibãt curas:& corda oblita laborũ. ¶ Noctis co.qa in nocte dormit. ¶ Qui.par.æqlis diuitibus:& paupibus.ideo iustus. ¶ Lenis.suauis. ¶ Pauidũ lethi.timens mortẽ:somnus est una res p quã discimus nõ timere:quæ est cõsimilis somno.

Illinc ꝓpinquis isthmos atq3 illinc fremit:
Vicina gracili diuidens terra uada:
Longe remotos latus exaudit sonos.
Iam lerna retrocessit: & phoronides
Latuere uenæ: nec suas profert sacras
Alpheus undas. & citeronis iuga
Stant. parte nulla cana deposita niue.
Timentque ueterem nobiles argi sitim.
En ipse titan dubitat: an iubeat sequi
Cogatque habenis ire periturum diem:

¶ Chorus loquitur.

HRgos dictũ est quod domus tantalea ueniebat in furorẽ. Vnde ibi chorus cãtat: & rogat deos: ut tanta scelera auertant: quare nimia fuerũt mala tãtali & nõ uelint alia fieri. imprimis dicit si quis ẽ deus q amet hæc regna ꝓhibeat tantũ nephas: & sic textus pẽdet usq3 infra auertat. Versus ẽ asclepiadeus Choriambicus Primus pes ẽ spondeus: Duo sequẽtes choriambi: Vltimus perichius: uel pot̃ scandi mõ pentametri deficiente cesura. ¶ Argos achaicũ. græcum. ¶ portus geminos alter in ionio: alter i egeo. ¶ Dissidens: diuidens. ¶ Conspicuas: quasi nobiles. ¶ Taygeti. mons ẽ prope lacedemonios nõ lõge a Miscenis: ubi niues tpe hyberno defluunt: & tpe ueris liquefiunt spirãtibus ethesiis uẽtis. ¶ Boreas sarmaticus. flãs a septẽtriõe ubi sunt sarmate populi. ¶ Cõposuit cõgregauit. ¶ Iugis. collibus. ¶ Ethesiis: ethesie flatus aquilonii spirãt ante canis ortũ: & appellantur ꝓdromii: post exortum cõstantius perflant & appellant̃ æthesie: qui nisi essent canicularis ardor agros exureret. Oritur aũt canis sexto Calendas augusti: occidit idus octobris: quo tpe cessaꝫ ĩcipit nauigatio unde Cicero in epistola: nisi me ethesie remorabũtur: ibi tamẽ uidetur posuisse uẽtos nauigantibus fauentes: qui a meridie ueniẽtes tertia ꝑte diei oriũtur & nocte occidũt: ut auctor ẽ Plinius Ideo dixit ueliferis ferentibus uela. ¶ Quẽ & si quis ẽ q alpheum amet auertat ab hiis malis. ¶ Lucidus purus. ¶ Notus famosus. ¶ Stadio olimpico. certamini bus qui fiebãt in honorem iouis apud olimpum montem & elidem ciuitatem. ¶ Auertat numẽ: hoc est omnes dii qui amant hæc loca succurrent: ne fiat tantum scelus. ¶ Arceat remoueat ne. ¶ Alter ne uices ne alternatim se malis cõtaminent. ¶ Nepos singulare ponit pro plurali: ĩdest Atreus & Thyestes nepotes. ¶ Auo tãtalo. ¶ Maior. i. maiorũ: minores hoc ẽ posteri non debẽt seq̃ mala suoꝝ maiorꝝ. ¶ Lassa: fatigata sceleribus. ¶ Sicci semp siciẽtis: ut supra dixius eius pœnã. ¶ Peccatũ uerbũ ẽ ipersonale. ¶ Fas ius religiõis. & pietatis. ¶ Nefas. scelus nil ualuit: quare iter illos cõmissa sunt ingẽtia scelera. ¶ Cõe

HRgos de superis si quis achaicum:
Piseasque domos turribus inclytas
Isthmi si quis amat regna corinthii:
Et portus geminos: & mare dissidens
Siquis Taygeti conspicuas niues
Quas cum sarmaticus tempore frigido:
In summis boreas composuit iugis:
Aestas ueliferis soluit ethesiis
Quem tangit gelido flumine lucidus
Alpheus: stadio notus olympico.
Auertat placidum numen: & arceat
Alternæ scelerum ne redeant uices.
Nec succedat auo deterior nepos.
Et maior placeat culpa minoribus.
Tandem lassa feros exuat impetus:
Sicci progenies impia tantali.
Peccatum satis est: fas ualuit nihil
Aut cõmune nefas: proditus occidit

sul. utriusq3: alter adulterium: alter homicidium in nepotes peregit. ¶ Proditus deceptus. ¶ Occidit periit.

¶ Myrtibus

¶ Myrtilus appositiue deceptor. ¶ Domine.s.hypodomie quæ fuit filia famosissima oenomai hedilis & pise regis quæ cū a plurimis in mrimoniū petereť legé hác illis posuit pater:ait qui illā uellet cū ea certaret.uictusq; capite truncareť:uictor illa potiretur:cuius legis cám posuit Diodorus li.ii.dicens oraculo responsum esse regé moriturū cū filia eius nuberet.Itaq; equorū cursum instituit a pisa ad neptuni arā: q̄ est apud istmū corinthi:cursus erat eiusmodi œnomaus arieté Ioui sacrificabat:qui uirginem postulabat q̄ttuor equos ferebať curru:Oenomaus cursu sequebatur p̄cedété aurigáte myrtilo assequutū hasta quā gestabat manu interficiebat. Vnde dixit Papinius & oenomai fremitū audiť sequétis: hoc pacto cū plures equorū uelocitate peremisset. pelops tátali filius q̄ pisam accesserat uisa hyppodomia id cupiés cōnubiū myrtilū regis aurigā corrupit.Nā illi ꝓmiserat si se uictoré faceret. primum hyppodomie concubitū datuꝝ.q̄re axé rote plōbeū myrtilus cursui hyppodomie edificans cursu dissolutus pelopé uictoré reddidit:q̄ ex re dolore actus oenomaus existimás aduenisse respōsi tp̄us morté sibi cōsciuit'Pelops uero sumpta uxoť hyppodomia illius regnū tenuit:sed cū ab illo Myrtilus pacta reposceret in mare ꝓiectus & sumersus é.Vnde nomen mari dedit una pars é maris egei qđ myrthoū appellať Horatius primo carminū. Myrthoū pauidus nauta secet mare. ¶ Fide. s.falsa. ¶ Vectus ductus & alludit ad currū. ¶ Nobile famosum.¶Noie mutato.nā illa pars maris egei: ut diximus dicta é myrthoū mare ubi sumersus é myrthilus.¶Nulla fabula oés naute tráseútes dicunt hic é locus ubi myrthilus mersus fuit. ¶ Exceptus insidiose iterfectus.¶ Paruulus.pelops filius ibi ponit scelus tantali:de quo supradictū é:filium pelopé ab eo interfectū dū curreret ad osculū patris:diis epulandū dedit:ideo ipse punit perpetua fame & siti. ¶ Victima. ille pelops mactatus. ¶ Immatura ante tempus.¶ Diuisus.dilaceratus. ¶ Tua dextera:habet emphasim q̄si patris q tantā impietatē ausus é. ¶ Hos cibos.s.filii.¶ Feris crudelibus decerni.¶ Stat.describit pœnā ipsius tantali.¶Noxio capiti scelerato.¶Preda poma.¶Fugatior:quæ fugunt ad p̄dendū tantalū. ¶ Phineis auibus:q̄ mésas phinei regis archadie a diis excecati q; pp nouercā filios occiderat:fedo tactu maculabāt:nec illas capere:aut occidere poterāt uolātes.iō dixit fugacior q̄re celerius fugiūt illa poma quā nō euolabāt ille aues phinei de quo diximus i hercule. ¶ Incubat imminet. ¶ Grauidis plenis. ¶ Fœtibus pomis. ¶ Hyatibus tátali qui auiditate magna apperiebat os: nec illa capere poterat. ¶ Obliqt.fletit ad illa poma oculos ex desiderio. ¶ Comprimit claudit.¶ Alligat frenat.¶ Inclusis détibus.i.ore clauso.¶ Sed tūc arbor quādo uidet q; non curat.Itex se inclinat ad os eius.¶ Nemus oés rami arboris.¶ Diuitias poma.¶ Propius:uicius ad uultū.¶ Foliis languidis.de missis: & nō se mouétibus uideť q; uelit illū expectare.¶ Insultāt illi se offerūt.¶ Que.s.fames.¶ Exercere fatigaī.¶ Irritas:q̄re nō pōt cape.¶ Vbi posq̄.¶ Has.s.manus ¶ Protulit extendit & libuit.¶ Falli.q̄re bene scit qđ nō poterit cape.tamé expiri uolebat. ¶ Autūnus. oia illa poma q̄re illo tpre oés fructus sunt maturi.¶ Rapiť celeriter mouetur.¶ In arduū in altū.¶ Silua rami arboris. ¶ Mobilis q̄ é i motu.¶ Sitis istat.urget:torqueť nō minore pœna sitis q̄ famis.¶ Facibus q̄re sitis illa tanq̄ fax sitibunda torret eū.¶ Fluctus:uocat aquā ut possit bibere.¶ Latex aq̄.interdū diciť uinū.¶ Auertit fugat.¶ Sterili:q̄re nō dat illi potū.¶ Hic.i.tūc quādo inclinat se:ut possit bibere:tunc aq̄ fugit & puluerē capit ore pro aqua.¶ Altū ꝓfundū qui in fundo manet.¶ Rapido.fugaci.¶ Gurgite aq̄.

Deceptor domine myrtilus & fide
Vectus quam tulerat:nobile reddidit
Mutato pelagus nomine:notior
Nulla est ioniis fabula nauibus.
Exceptus gladio paruulus impio
Dum currit patrium natus ad osculum
Immatura fossis uictima concidit: *forig*
Diuisusq3 tua est tantale dextra
Mensas ut strueres hospitibus deis
Hos æterna fames prosequitur cibos
Hos æterna sitis:nec dapibus feris
Decerni potuit pœna decentior.
Stat lusus uacuo gutture tantalus:
Impendet capiti plurima noxio
Phineis auibus præda fugatior.
Hinc illinc grauibus frondibus incubat
Et curuata suis fœtibus:ac tremens:
Alludit patulis arbor hyatibus.
Nec quanuis auidus:nec patiens more
Deceptus totiens tangere negligit:
Obliquatq3 oculos oraq3 comprimit.
Inclusisq3 famē dentibus alligat.
Sed tunc diuitias omne nemus suas
Dimittit propius:pomaq3 desuper
Insultant foliis mitia languidis.
Accēduntq3 famem:quæ iubet irritas
Exercere manus:has ubi protulit
Et falli libuit:totus in arduum
Autumnus rapitur:siluaq3 mobilis.
Instat deinde sitis non leuior fame.
Q ua cum percaluit sanguinis:& igneis
Exarsit facibus:stat miser obuios
Fluctus ore uocans:quos profugus latex
Auertit:sterili deficiens uado.
Conantemq3 sequi deserit:hic bibit
Altum de rapido gurgite puluerem.

Actus.ii.atreus & seruꝰ loquūtur Atreus

IGnaue. Hic est secundus actus ubi introducuntur noue psone: & tractatur deliberatio uindicte atrei contra thyestrem fratrē: & disputat hāc rem cū cōsiliario suo. Ille autē seruus hortatur dominum ad honestatē: at ille respondet: tanquā crudelis contra oēm eqtatem. Itaq; in principio secū loquens Atreus redarguit se ipsum: qđ sit tardus ad uindictā dicens sibi ipsi. tu ignaue iā debuisses classem contra frēm & suos: & ibi seruat deos: poeticū dum psona crudelis crudeliter loquitur. ¶ Ignaue. ab in quod ē non: & gnauus qui dicitur strenuus & celer a: naui ductū quādo cnrrit secundo fluctu. ¶ Iners quantū ad corpus. ¶ Probrum dedecus tyrāno: ut tu qui nō feciſti uindictā. ¶ Quod. ſ. esse inultum. ¶ Sūmis: in magna potentia. ¶ Agis: exerces iras tuas tantūmodo uerbis: cum frater tuus fecerit factis. ¶ Questibus: lamētationibus. ¶ Vanis: sine effectu. ¶ Ruptū: postq; uiolauit pietatem contra fratrē. ¶ Fremere: resonare: iam debuisses cōcitasse totā ciuitatem cōtra eum ¶ Geminū mare: Ioniū & Egeum quorū ipsi erāt domini. ¶ Iam lucere cōburere. iā debebas incendere urbes & siluas. ¶ Strictum nudatū: quādo loquimur de ferro stringere & distringere est nudare: & euaginare gladiū. ¶ Micare splēdere. ¶ Eqte singulare pro plurali. i. ut tota ista tellus resonaret equitibus. ¶ Non siluę. iam sit tāta mihi potētia: ut ille nō possit se occultare in ciuitatibus: neque in siluis. ¶ Iugis colibus. ¶ Mycenis ciuitate: ubi isti regnabāt. ¶ Bellicū pro bellice: sicut triste & læte. ¶ Tegit occultat. ¶ Caput hominē thiestem. ¶ Inuisum quā habemus odio. ¶ Occidat. ci. syllaba breui. i. moriatur: & sic quicūq; fratrem defenderit ille mihi hostis erit. ¶ Hæc ipsa. etiam si ipse occultaretur in domo nostra faciam ipsam ruere: etiā supra me. nā sum contētus mori dūmodo frater meus moriatur. ¶ Inclyti pelopis gloriosi patris mei. ¶ Pollens: excellens. ¶ Vel etiam. ¶ Age aduerbiū exortātis: seipsum incitat ad pagendū tantū malum. ¶ Age aīe. i. cape uires & aude. ¶ Posteritas sequēs etas oīs: nō probet: nō laudet: sed nō taceat. ¶ Atrox detestabile: opus ē q; facias maius scelus contra fratrē quā ille cōtra te fecerit si uis te de eo uindicare. ¶ Esse suum: quod ille doleat hoc nō feciſse cōtra me. ¶ Vincis faciendo maius scelus. ¶ Nūquid uides q; nūquā pōt domari nulla fortuna si ī aduersis malū machinatur: si in psperis superbus efficitur. ¶ Abiectus in aduersis positus. ¶ Iacet deprimit quasi dicat nō. ¶ Secūdis prosperis. ¶ Modū mediocritatem: & facilitatē: quasi dicat nō habet modestiā: sed semp supbus. ¶ Quietem. uacationē: nunquā cessat pp lōgos labores. ¶ Ingeniū naturā. ¶ Indocile indomitū. ¶ Viri thyestis. ¶ Flecti. mutari nullis præcibus aut aliquō: sed ui sola pōt supari. ¶ Proinde ergo ātēq; sumat uires uolo eū opprimer. ¶ Petatur inuadat. ¶ Vltro me incipiēte: melius ē ut surgam cōtra ipsum priusq; in me surgat. ¶ Quiescētē. ſ. me ociosum aut. ¶ Perdt. ſ. me aut. ¶ Peribit: ipse morier. ¶ In medio cōi ita pōt incipe: quēad modū ego: sed q incipiet meliorē partē hębit. ¶ Occupanti. prius incipiēti. ¶ Fama aduersa mala seruus audiēs hæc exortatur dominū ad eqtatē. ¶ Maximū. tyrānus hoc bonū habet: siue bona: siue mala faciat populus cogit pati & laudare. ¶ Regni. i. regis. ¶ Quā pro q̄tū. ¶ Quos cogit: notabilis ē ista sīa. ¶ Laus uera. atreus respōdens ista est laus quā habent ēt infimi qui uirtuose uiuūt: sed magnum ē mala agere & laudari quod soli tyranno contingit. ¶ Humili. infimo. ¶ Velint. cogantur uelle. ¶ Nemo nō. ideſt omnis. eadem. ſ. honesta. ¶ Vbicūq; quando unus rex non audet nisi secūdū leges ē subditus legibus quem admodū

IGnaue: iers; eneruis: & q̄d maximū
Probrū tyrāno rebus sūmis reor
Inulte; post tot scelera: post frīs do
Fasq; oē ruptū: questib⁹ uanis agis los:
Iras: ad argos fremere iam totum tuis
Debebat armis: omnis & geminum mare
Innare classis: iam tuis flammis agros
Lucere & urbes decuit: ac strictū undique
Micare ferrum: tota sub nostro sonet
Argolico tellus equite: non siluæ tegant
Hostem: non altis montium structæ iugis
Arces: relictis bellicum totus canat
Populus mycenis: quisquis inuisum caput
Tegit, ac tuetur, clade funesta occidat.
Hæc ipsa pollens inclyti pelopis domus
Ruat, uel in me: dummodo in fratrem ruat
Age anime: fac q̄d nulla posteritas, p̄bet,
Sed nulla taceat. aliq̄d audēdum est nefas
Atrox, cruentum: tale quod frater meus
Suum esse uelit: scelera non ulciscēris
Nisi uincis: & quid esse tam sæuum potest
Q uod superet illū: hunq̄d abiectus iacet?
Nunquid secundis patitur in rebus modū?
Fessis quietem: noui ego ingenium uiri
Indocile: flecti non potest: frangi potest.
Proīde antequā se firmet: aut uires paret:
Petatur ultro: ne quiescentem petat.
Aut perdet: aut peribit: in medio ē scelus
Positum occupanti.
Ser. Fama te populi nihil aduersa terret
Atre. Maximum regni bonum est:
Q uod facta domini cogitus populus sui:
Q uā ferre, tā laudare. ser. quos cogit met?
Laudare: eosdem reddit inimicos metus.
Atqui fauoris gloriam ueri petit:
Animo laudari magis quam uoce uolet.
Atre. la⁹ uera & humili sæpe cōfigit uiro:

Non niſi potẽti falſa: quod nolunt uelint.
Ser. Rex uelit honeſta: nẽo nõ eadẽ uolet:
Atre. Vbicũq3 tãtũ hõeſta dominãti licet:
Precario regnatur. Ser. Vbi non pudor
Nec cura uiris: ſanctitas pietas: fides
Inſtabile regnũ ẽ: atre. Sãctitas pietas fides
Priuata bona ſunt: qua iuuat reges eant.
Ser. Nefas nocere uel malo fratri puta.
Atre. Fas eſt in illo q̃cq̃d in fratre ẽ nefas:
Quid enim reliqt crimine intactũ: aut ubi
Sceleri pepercit. cõiugem ſtupro abſtulit:
Regnũq3 furto: ſpecimẽ antiquũ imperii
Fraude ẽ adeptus: fraude turbauit domũ:
Eſt pelopis altis nobile in ſtabulis pecus
Arcanus aries: ductor opulenti gregis.
Huius per omne corpus infuſo coma
Dependet auro: cuius a tergo noui
Aurata reges ſceptra tantalici gerunt.
Poſſeſſor huius regnat: hũc tantæ domus
Fortuna ſequitur: tuta ſepoſita ſacer
In parte cẽrpit prata, que cludit lapis:
Fatale ſacro paſcuum monte tegens.
Hunc ſacinus ĩgẽs auſus aſſumpta ĩ ſcel⁹
Cõſorte noſtri perfidus thalami aduehit.
Hinc omnis cladis mutuæ fluxit malum:
Per regna trepidus exul errauit mea:
Pars nulla noſtri tuta ab inſidiis uacat.
Corrupta cõiunx: imperii quaſſa eſt fides:
Domus ægra, dubi⁹ ſanguis, eſt certi nihil
Niſi frater hoſtis. quid ſtupes tandẽ: ĩcipe:
Aĩoq3 ſume tantalum: & pelopen aſpice.
Ad hæc manus exempla poſcuntur meæ.
Profare dirum qua caput mactem uia:
Ser. Ferro pempt⁹ ſpiritũ inimicũ expuat.
Atre. de fine pœnæ loq̃ris: ego pœnã uolo
Perimat tyrannus lenis: in regno meo
Mors ĩpetratur. Ser. nulla te pietas mouet:
Atre. Excede pietas: ſi mõ noſtra in domo
Vnq̃ fuiſti, dira furiarum cohors,
Diſcorſq3 erymnis uẽiat: & geminas faces
Megæra quatiens: nõ ſatis magno meum
Ardet furore pectus. impleri iuuat
Maiore mõſtro: Ser. quid noui rapid⁹ ſtruis
Atre. nil, q̃d doloris capiat aſſueti modũ:
Nullum reliquã facinus, & nullum eſt ſatis,
Ser. Ferrũ. atre. at Parũ ẽ. Ser. Quid ignis?
Atre. Etiam hoc parum eſt.

admodũ alii qui ſeruiũt. ¶ Precario. i. cõcedentibus aliis q̃d uerbum ẽ apud iuriſconſultos: ubi nõ ẽ pudor. i. reuerẽtia honeſtatis & infamie timor. ¶ Sanctitas nõ uiolare aliquẽ. ¶ Pietas. in deos & patriam amor. ¶ Fides. quæ eſt fundamẽtum iuſticie ut uult Cicero quæ oẽm ciuitatẽ & ſocietatem cõtinet. ¶ Inſtabile. nõ durabile. ¶ Sãctitas. Atreus reſpõdet Iſta ſunt bona priuatorũ hoĩum qui nullã habẽt potentiam: ſed reges eant. i. faciãt quæ placent ſibi. ¶ Qua. ea parte qua nefas dicit ſeruus q̃ decet eſſe piũ fratrẽ Atreus reſpõdet q̃ oĩa mala meretur enumerãs iniurias quas ab illo accepit uxorẽ ſtupratã arietẽ aurei uelleris abdutum de quo fatatũ erat apud quẽ eſſet. illũ regnaturum. ¶ Vel malo. ẽt ſcelerato. ¶ Regnũ. arietẽ: cãm regni. ¶ Specimẽ: ornamẽtũ. aliquando pro argumẽto ponitur: & eſt ſignũ alicuius rei: ut ſpecimen uirtutis. ¶ Archanus. ſecretus appoſitiue. ¶ Pecus. quicq̃d caret humana effigie. ¶ Ductor. dux gregis. ¶ Cuius. ſ. arietis. ¶ Noui. reges de nouo facti. ¶ Poſſeſſor. qui habet hunc: regnat. ¶ Fortũa. i. ſtatus. ¶ Sacer. pp fatũ q̃d ẽ in ipſo nã poſſeſſorẽ regnare facit. ¶ Carpit. paſcit. ¶ Tuta. ſecura. ¶ Sepoſita. ſecluſa. Que. ſ. prata. ¶ Lapis. murus. ¶ Sacro. conſecrato ad fatũ conſeruandũ. ¶ Hunc. ſ. arietẽ Thieſtes uiolata uxore mea illũ ſecũ duxit. ¶ Cõſorte nr̃i thalami. i. uxore. ¶ Aſſũpta adiũcta ſibi. ¶ In ſcelus. i. furtũ faciẽdũ. ¶ Hic. ab iſto furto. Mutue. q̃ fecimus uiciſſim. ¶ Fluxit. uenit. ¶ Exul. diſcedẽt. recedẽt ab urbe. ¶ Pars. tuids oĩa mihi ſuſpecta eẽ: neſcio ſi filii ſint mei uel thyeſtis: unũ ſolũ certũ hẽo q̃d frater ẽ mihi hoſtis. ¶ Noſtris. de nobis. ¶ Ab inſidiis. ſ. huius frĩs. ¶ uacat. uacua ẽ. ¶ Cõiunx. merope. ¶ Corrupta ſtuprata. ¶ Egra. dolens. ¶ Dubius ſanguis. i. ĩcerti filii. ¶ Quid ſtupes. enumeratis cãis malog ſuſcitat ſe ipm ad uindictã. ¶ Stupes admiraris inaudita ſcelera ſũme. ¶ Tantalum cape exẽplũ aui tui tantali q̃ pelopen filiũ nõ dubitauit occidere: aſpice pelopẽ uide qd fecit pelops q̃ merſit myrtilũ q̃ iuuerat eũ ſupare hypodomiã. ¶ Ad hec. ad talia ſ. pr̃ & auus horrẽda fecerũt: nec debeo eẽ ſegnis ad faciẽdã uindictã. ¶ Profare: uertit ſe ad ſeruũ loq̃re q̃ uia qua ratiõe. ¶ Caput. thyeſtẽ. ¶ Ferro. ſi deliberas te uindicare ĩterfice illum. ¶ Expuat. emittat. ¶ De fine. mors ẽ finis laborũ: ſed pœnã q̃ duret. ¶ Lenis. mãſuetus: nã placidi tyrãni dant mortẽ: crudeles aũt lõgas pœnas. ¶ Perimat. ſ. ſuos inimicos. ¶ Impetrat. ſ. a me p̃cibus & pro beneficio: nã ĩ tãtis pœnis potius uolũt mori q̃ uiuere. ¶ Diſcors erymnis. furiaq3 ſecũ diſcordiã fert ¶ Megæra: furia alia horribilis. ¶ Quatiẽs. cõcutiẽs me ad magnũ furorẽ cõtra fratrẽ. ¶ Iuuat. delectat. ¶ Maiore mõſtruo. ĩaudito ſceler̃. ¶ Quid ſtruis. aĩo machĩaris. ¶ Rapidus. p̃ceps & ſine freno. ¶ Nil. ſ. ſeruo: uellẽ inuenire aliq̃d ſcelus non aſſuetũ: ſed nõ poſſũ repire aliq̃d q̃d ſatis magnũ mihi uideat̃: unde dixit. ¶ Nullum ẽ ſatis. i. ſatisfacit mihi ad uindictam. ¶ Ferrum. ferro interfice. ¶ Ipſo thieſte. utar thyeſte pro telo. faciam quod ipſe comedet filios ſuos. ¶ Tumultus. ſtrepitus.

¶ Attonitus:faciens me attonitū. ¶ Rapior.trahor ad faciendū scelus. ¶ Quo.ad qđ scelus certū nescio. ¶ Imo.pfundo. ¶ Solū.terra. ¶ Mugit.resonat:& istud erat ꝓpter aduentū tantali: qué supradixit ab inferis missum. ¶ Tonat.cū dies esset serenus:Vnde mirabat:unde eét illud. ¶ Crepuit tota domus resonat ac si frangāt oia tecta. ¶ Lares.dii domestici de quibus diximus supra. ¶ Fiat.est cōduplicatio uerbi. Nescio uolo facere aliquod insolitū:sed animus uidetur timere aggredi tantū facinus:iō dixit. ¶ Pigris manibus quæ tardabant cōmittere tantū malū. ¶ Aude.incipe.s. qđ cogitas. ¶ Dignū.quod cōueniat mihi qui cupio magnū scelus facere:& fratri qui é sceleratissimus. ¶ Vterꝙ faciat.s.scelus ego interficiédo & ille comedendo. ¶ Odrisia.thracēsis. ¶ Mensas. quādo atis puer positus fuit ad comedédū pri tereo. ¶ Occupatū.i.iā factum ab aliis. uelé eé primus auctor istius sceleris. ¶ Hoc.s. quod factū est per.pgné. ¶ Parens pelops q et iā fuisti sceleratus. ¶ Inspira demōstra modū sceleris: ¶ Soror.quasi uelit dicere uxor mea erat illi soror:ideo similis est casus.nā maritus prognes uiciauit sororé suā ita frater meus uxoré meam quæ illi soror erat. ¶ Auidus parens famelicus thiestes. ¶ Artus suos idest mēbra filiorū q dicūtur uiscera patris. ¶ Bene é uidetur qđ hæc pœna conueniat.sed ubi inueniemus eū. ¶ Tantisper.interea. ¶ Vbi é scilicet thyestes. ¶ Atreus de se loqtur i tertia persona. ¶ Innocés.quid moror tā diu ad faciendū hoc scelus. ¶ Errat.obuersatur:Iam uideo aīo meo totum mundū istius mali. ¶ Cedis.necis:quā faciam de filiis thyestis. ¶ Orbitas priuatio filiorum erit ingesta.i. posita in ora patris quare comedit eos. ¶ Anime.uocatiui casus:Iterū dubitat aggredi tā tū scelus. Vnde seipsum exhortat. ¶ Subsidis.deficis. ¶ Ante ré anteq̄ facias istud malū. ¶ Age. ortātis est. ¶ Ipse faciat.s.thyestes:ego interficiā filios & ille comedet illos qđ peius est. ¶ Sed quibus.loqtur seruus quō ueniet thyestes in ptátem nostrā:cū credat nos sibi eé infestos. ¶ Nō poterit.respondet.Atreus sane quō capi possit. ¶ Regna.pp cupiditaté regni iret cōtra fulmé louis & cōtra oía picula maris. ¶ Dubiū fretū.ut supra diximus q̄re ínterdū deficiēs fluctus solā harenā reliquit ubi piclitant naues. ¶ Lybisse syrtis. africāe ¶ Hac spe.s.regni ueniet í cōspectū meū: licet credat eé magnū malū. ¶ Quis fidé.seruus dicit quis credulitaté faciet. ¶ Credula. respōdet Atreus cito credet:q̄re oīs spes íproba & insatiabilis oía sibi policeť:sed tamé ut melius credat mittā ad eū filios. ¶ Patruo:thyesti. ¶ Relictis hospitiis.i. alienis domibus:& ista erūt mādata ut redeat thyestes ád regnū & nolit ámplius tolerare tanta mala ex illis: sed reuerti domū & frui pace. ¶ Argos.in singulari é masculini:& in plurali é neutri.Durus.si forte nollet redire faciá ut fili mei more & blādiciis puerilibus ducēt filios thyestis secū:& ipsimet iuitabūt patré í regnū. ¶ Rudes inexptos. ¶ Fessos.defatigatos: hinc credo qđ mouebit pp cupiditaté regni:& pp egestaté miserā í q̄ uersat. ¶ Hinc.ex

Ser. Quo nā ergo telo tātus utetur dolor:
Atre. Ipo thyeste.ser. Maiꝰ ẽ ira hoc malū
Atre. Fateor:tumultꝰ pectora attonitꝰ q̄tit
Pœnituſq3 uoluit.rapior,& quo nescio.
Sed rapior:ímo mugit e fundo solum.
Tonat dies serenus:ac totis domus
Vt fracta tectis crepuit:& moti lares
Vertere uultum:fiat hoc fiat nefas:
Quod dii timetis.ser.facere qd tādē pas:
Atre. Nescio qd aíus maius & solito ápliꝰ
Supraque fines moris humani timet:
Instatq3 pigris manibꝰ: haud quid sit scio:
Sed grāde qddā est.ita sit;hoc animę ícipe
Dignum Thyeste facinus: &dignū atreo
Vterque faciat,uidit infandas domus
Odrysia mensas:fateor:ímane est scelus
Sed occupatū:maius hoc aliquid dolor
Inueniet:aíum agnati inspira parens.
Soror est:en causa similis,assiste,& manum
Impelle nostram:liberos auidus parens
Gaudensque laceret:& suos artus edat.
Bene ẽ:abunde ẽ,hic placet pœnæ modus
Tantisper:ubi nā est:tam diu cur ínocens
Versatur atreus:tota iā ante oculos meos
Imago cædis errat:ingesta orbitas
In ora patris:an ime quid rursus times?
Et ante rem subsidis:audendum est:age
Quod ẽ in isto scelere præcipuū nefas
Hoc ipse faciat:Ser. Sed quibꝰ captꝰ dolis
Nostros dabit pductus í laqueos pedem?
Inimica credit cūcta.atre. Nō poterit capi
Nisi capere uellet:regna nunc sperat mea.
Hac spe minantiꝭ fulminis occurret iouis
Hac spe subibit gurgitis tumidi minas.
Dubiūque lybicæ syrthis intrabit fretum
Hac spe quod eé maximum retur malum.
Fratrē uidebit.Ser. Quis fidē pacis dabit.
Cui tāta credet.atre.credula ẽ spes íproba
Gnatis tamen mandata quæ patruo ferant
Dabimus:relictis exul hospitiis uagus
Regno ut miserias mutet atq3 argos regat
Ex parte dominus:si nimis durus preces
Spernet thiestes.liberos eius rudes
Maliſq3 fessos grauibus & faciles capi
Preces mouebunt:hīc uetus regni furor
Illinc egestas tristis:hinc durus labor
Quāuis rigentem tot malis subigent uirū

una parte

una pte. ¶ Durus labor: asper & magnus. ¶ Virũ rigẽtẽ. thiestẽ durũ & aspez. ¶ Subigẽt. supabũt & iuita bũt eũ ꝓposito. ¶ Lá tꝑus. iã assuetus é laboribus & ut inqt tullius tꝑs malus calũ. obduxit. ¶ Leues. facilio res. ¶ Erras. non bene sentis: quare ferre per paucos dies malũ est tolerabile: ut inquit Cicero omne ma lum etiam magnum si non longum est tolerabile est. ¶ Ferre tollerare ad tẽpus breue: Perferre autẽ ad longum sicut uigilare in parte noctis peruigilare per totã noctem ut Martialis. nã uigilare leue est perui gilare graue é. ¶ Alios mĩstros si uis mittere tales nũcios elige alios q̃ filios tuos ne assuescãt malis. ¶ Peiora. Iuuenes sunt magis prõpti ad malum q̃ ad bonũ. ¶ In patrem. facient in te postea ꝙ nunc doces in patruum. unde subicit snĩam. ¶ In magi strũ. i. auctorẽ. multi. inuenerunt pœnas & postea easdẽ ipsi passi sunt. ut inqt propheta incidit in fo ueam quã fecit. ¶ Vt nemo licet aliquis nõ doce at si erũt principes erũt scelerati ut inqt Lucanus exeat aula qui uult eẽ pius: uirtus & summa pote stas nõ coeunt. ¶ Regnũ quare qui uult regnare oportet ut exerceat multas iniquitates. ¶ Ne ma li fiant. dicis qd̃ doceo illos fallacias & times ne fi ant mali per istã doctrinam: scito qd̃ poeta inquit uenit a radicibus humor. i. nascũtur a natura ma li. ¶ Fortasse illic. i. apud thyestem fortasse docet cõtra nos fieri talia: & inqt Terẽtius par pari re ferre licet. ¶ Hanc nõ est cõmittendũ aliquod se cretũ pueris quod illa etas nihil celat poterũt do los reuelare ira. ¶ Gnati. filii tui. ¶ Hanc. simula tionẽ pacis. ¶ Tacita. secreta. ¶ Rudibus. imperi tis. ¶ Detegent. apperiẽt. ¶ Discitur. tormenta & metus docent hoies esse secretos. ¶ Falles. po teris ne decipere filios tuos: ne sciant istud: cũ per illos uelis omnia fallere. ¶ At ipsi. s. filii. ¶ Vacẽt. careant. ¶ Inserere. Immiscere: quasi mutata snĩa: uacillat animus & cedit me mittat filios: sed ipse met oĩa peragat. ¶ Explicent. ostẽdant. ¶ Male agis. rursus reuertit̃ ad primum propositũ. dicẽs ad se ipsum o aĩe recedis. s. a proposito oĩno sunt mittendi filii' quare si tu parcis illis ne fiãt mali tu parces illi. s. thyesti hoc ẽ tu nõ poteris facere uin dictam de fratre. ¶ Agãmẽnon. filius meus. ¶ Fi at sciẽs. hoc ẽ sciat cõsiliũ meũ simul & menelaus filius meus peragãt mea mãdata: & sic potero ex periri si sint filii mei ueri. quare dubito ne sint mi hi filii: cũ Thiestes uxorẽ meã uiciauit: si uidebun tur fauere ipsi Thyesti nõ est ambigendũ: qd̃ illis pater é. ¶ Fides. ꝓbatio prolis. ¶ Incerte dubie. ex hoc. s. qd̃ uadant ad thyestem. ¶ Abnuent. i. re cusant. ¶ Eatur. delibero q uadant. ¶ Multa du bito qd̃ dixit Oui. heu q̃ difficile crimen nõ ꝓde re uultu. dabunt signum uultu cõscientiæ suæ: Ita melius é quod illos mittã inscientes. ¶ Prodũt. de monstrant. ¶ Nollentẽ. etiam simulantẽ. ¶ No stra. uertit se ad' seruũ dicẽs o tu serue. ¶ Ocule. i. occulta & tace nostra cepta meã deliberationẽ. & ita ceptũ dicitur quicquid deliberamus facere. li/

Ser. iam tempus illi fecit erumnas leues.
Atre. Erras. malorum sensus accrescit die:
Leue est miserias ferre: perferre graue.
Ser. Alios ministros consiliis istis lege
Atre. Peiora iuuenes facile ꝑcepta audiũt.
Ser. in patrẽ faciẽt quicqd in patruo doces
Sepe in magistrum scelera redierunt sua.
At Vt nemo doceat fraudis & sceleris uiam.
Regnum docebit: ne mali fiant, times:
Nascuntur. illud quod uocas sæuũ asperũ
Agique dire credis & nimium impie.
Fortasse & illic agitur. Ser. hãc fraudẽ sciẽt
Nati parari: tacita tam rudibus fides
Non est in animis: detegent forsan dolos.
Atre. Tacere multis discitur uite malis
Ser. Ipsos ne per quos fallere aliũ cogitas
Falles. Atre. At ipi crimĩe & culpa uacẽt.
Q uid enim ẽ necesse liberos sceleri meo
Inserere: per nos se odia nostra explicent
Male agis. recedis anime: si parcis tuis,
Parces & illi. consilii agãmẽnon mei
Sciens minister fiat & patris cliens.
Menelaus adsit: prolis incerte fides
Ex hoc petatur scelere. si bella abnuunt
Et gerere nolunt odia: si patruum uocant
Pater est: eatur: multa sed trepidus solet
Detegere uultus: magna nolentem quoq3
Consilia produnt. nesciant Q uante rei
Fiant ministri. nostra tu cepta ocule
Ser. Haud sũ monẽd⁹: ista nostro ĩ pectore
Fides timorq3: sed magis claudit fides.

Chorus loquitur

Tandem regia nobilis:
Antiqui genus inachi:
Fratrum composuit minas:

Tecet adhuc non simus aggressi. ¶ Fides. beniuolentia quare te amo. ¶ Claudit. idest occultat.
Andem. Inducit̃ chorus ex materia tractata Atreus deliberauerat reuocare fratrẽ unde ibi cho rus gaudet de pace nõ reuelãs secreta: nã semp bonis fauet & malis é cõtarius Ideo ibi laudat ociũ & traquillitatẽ: quare uere nõ sunt reges qui in huiusmodi anxietatibus uersant̃. Scribit̃ iãbico gliconico coriambico. primus pes é spõdeus secũdus coriãbicus: tertius pirrichius. tãdem est spõdeus. regiano. co riãbus bilis pirrichius. alii faciũt primũ spõdeũ duos sequẽtes dactylos. tãdẽ post multas iiurias frẽs cõpo suerũt pacẽ. nã hoc intellectũ é agãmẽnone & menelao missis ad fedus. ¶ Regia. domus regalis appositi ue genus antiq Inachi nõ qd̃ tãtalus fuerit de genere Inachi: sed quantũ ad domũ & locum ubi regnauit

Inachus. ¶ Quis.hæc uerba ad atreũ & thyeſtem uel generaliter ad oés: quicũq; contẽditis ĩter uos ne
ſcitis quid ſit regnũ & regnare. ¶ Furor.inſania. ¶ Exagitat.ĩpellit. ¶ Dare.ad dandũ ut donat habere.i.
ad habendum. ¶ Artiũ.nam antiquitus reges habitabant arces. ¶ Regẽ.nolite credere neq; coronam
neq; diuitias facere regẽ ſed ſolam animi trãquillitatẽ. ¶ Tyrie.purpure:tyros ciuitas infenicia ubi tinge
batur purpura. ¶ Nota.i.diadema regis. ¶ Nõ auro.non celſa palacia fulgentia auro:ſupple faciũt regẽ
¶ Rex eſt. Vere dicendus eſt rex qui nulli pertur
bationi ſeruit quod ſolũ bono contingit:non ti
metis.ut inqt Horatius Integer uite ſceleriſq; pu
rus nõ eget mauris iaculis nec arcu:grophe ſagit
ta. ¶ Diri.qui non hẽt cupiditatem malam in aĩo.
¶ Ambitio cupiditas honoris q non curat digni
tates uulgi q; miſerrimũ eſt.ut ĩquit Marcus tulli
us:primo officiorum. ¶ Impotens quæ neſcit ha
bere modum. ¶ Vulgi præcipitis.celeriter ſe mo
uentis:& inconſiderate omnia agentis. ¶ Occi
dens.omne auꝝ quod foditur in hiſpania. ¶ Ta
gus fluuius eſt hiſpanie,ducens harenas aureas.
¶ Alueo.leto fluminis. ¶ Claro propter ſplendo
rem auri. ¶ Lybicis.africanis:lybia pars africe fer
tiliſſima. Vnde dicebatur horreũ romanorum.
¶ Ferués propter calorẽm. ¶ Quem.Iſte qui nec
diuitiis mouebitur nec minis uere rex erit appel
landus:conſcius enim ſibi nihil mali feciſſe nihil ti
met. Obliqui.non recte tendentis: nam fulmen
eſt ignitum:& ignis de natura leuis aſcẽdit & uẽti
impetu deſcẽdit iõ loca altiora petit. ¶ Eurus.uen
tus orientalis.ſ. mouebit. ¶ Aut timor.i. fluctus.
¶ Rapidus.ĩpetuoſus.ſ.quẽ nõ mouebit. ¶ Adrie
maris qd' ſeparat græciã ab Italia ab Andria urbe
dictũ quæ illic fuerat olĩ colonia tuſcorũ. ¶ Quẽ
nõ lancea:Is qui nõ mouet impetu maris nec ali
quo terribili dignus ẽ appellari rex. ¶ Calibs.en
ſis ex calibe factus:a populis ĩ ſeptẽtriõe ſic dictus
¶ Strictus.nudatus. ¶ Qui tuto.methaphorice q
ẽ in loco tuto & uidet oĩa picula ſub ſe nihil timet
¶ Fato. morti deſtinate perfata nõ timet mortẽ
ſed oĩa inferiora uirtute ſua putat. ¶ Occurrit.ua
dit libẽter cum opus ẽ ad mortẽ quod ꝓprium ẽ
fortis & magnanimi. ¶ Queriť.lamẽtatur. ¶ Re
ges.ſnĩa bona quãuis uenirẽt cõtra me oés reges
nõ faciẽt quim hoc ſit uerũ qd' ſolũ bona & recta
mens regẽ faciat. ¶ Cõueniãt.coadunẽtur. ¶ Da
chas.prima breui populi ſunt in ripa danubi ulte
riori in ſeptẽtrione.dacus prĩa ꝓducta ſine.h. po
puli ſunt ſeptentrionis ſed remotiores de quibus
ſtatius deiectos uertice dacos. ¶ Qui rubri. licet
cõueniant oés oriẽtales habitãtes iuxta mare ru
brũ qd' dicitur eritreũ a noſtris rubrũ ab arenaꝝ
colore.teſte ſolino. ¶ Lucidum:quod ibi naſcũtur
gẽme. ¶ Late.lõge. ¶ Sanguineũ.rubeum. ¶ Aut
qui.quãuis cõueniant caſpii qui ſunt in aſia borea
les maioriq; armenie contermini ubi ſunt porte
caſpie hoc ẽ uia quædã mõtes caſpios interſecans
quæ teſte Solino pãditur itinere manufacto lon
go octo millibus paſſuũ cuius latitudo uix ẽ plau
ſtro permeabilis illic caſpium mare. ¶ Recludũt.apperiunt. ¶ luga caſpia.i.mõtes caſpios. ¶ Sarmatis q
ſunt teſte Herodoto.li.hiſtoriarũ quarto populi ex ꝓfundo paludis meotidos incipiẽtes regionẽ uerſus
boream itinere dierũ quindecim Incolunt exilẽ & tenuem terrã hos dixit Plinius li.vi.naturalis hiſtorie
eſſe medorũ ſobolem:& prius li.iiii.dixerat ſauromatas ſcytharũ Gentes græci uocãt quas ſarmatas ro
mani dicũt:hos per lentulum ꝓhibere danubio ſatis auguſto fuit.ut Florus li.iiii. inquit hii nihil præter
niues raraſq; ſiluas habent quibus eſt tanta barbaries ut pacem non intelligãt. ¶ Certet. pugnet & con
ueniat

Quis uos exagitat furor:
Alternum dare ſanguinem:
Et ſceptrum ſcelere aggredi:
Neſcitis cupidi artium:
Quo regnum iaceat loco.
Regem non faciunt opes:
Non ueſtis tyrie color:
Non frontis nota regiæ:
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt qui poſuit metus:
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens
Et nunq; ſtabilis fauor
Vulgi præcipitis mouẽt.
Non quicquid fodit occidens:
Aut unda tagus aurea
Claro deuehit alueo.
Non quicquid lybicis terit
Feruens area meſſibus.
Quem non concutiet cadens
Obliqui uia fulminis.
Non eurus rapiens mare:
Aut ſæuo rapidus freto
Ventoſi tumor adriæ.
Quem non lancea militis.
Non ſtrictus calibs domuit.
Qui tuto poſitus loco:
Infra ſe uidet omnia.
Occurritq; ſuo libens
Fato:nec queritur mori.
Reges conueniant licet:
Qui ſparſos agitant dachas
Qui rubri uada littoris:
Et gemmis mare lucidum
Late ſanguineum tenẽt:
Aut qui caſpia fortibus:
Recludũt iuga ſarmatiſ. Certet danubiũ ꝛ

ueniat contra. ¶ Qui pedes. sine naui quãdo est congelatus danubius qui teste Plinio .li.iiii.na.histo. Oritur in germania iugis montis norie ex aduerso oppidi gallorũ scauri qui uersus septẽtrionẽ per innumeras lapsus gentes immẽso aquarũ actu & sinistris germanos linquẽs: & a dextris theutonicos cũ primum in illiricũ uenit mutato noĩe hister dicit & longissimo pacto cursu septẽq; diuisus hostis secũdũ solinum: uel sex secundũ plinĩ in mare ponticũ defluit. ¶ Seres sunt teste solino in collectaneis: & plinio in .vi. na. histo. Populi asie scytice mites & quieti inter se re liquorũ mortaliũ coetus fugiunt adeo q; ceteraq; gentium cõmercia abnant: arbores apd hos nõ solum folia: sed lanã etiam ꝓferunt quæ ab eis denominata sericũ appellatur: ut Vir. primo georgicorũ. Velleraq; ut foliis depectũt ternui seres. unde ibi dixit uellere nobiles. ideſt serico famosi. ¶ Quocũq; loco: quare ut diximus sunt incogniti. ¶ Nil ullis: quãdo sola mens facit regnũ non est opus ullis armis ad optinendũ illud. ¶ In ertibus. ignauis quæ sunt signa timentiũ. ¶ Parthus teste lustino parthia pars fuerat oriẽtalis scythie ex illis locis ueniẽtes in assyriẽ exules & illã occupantes de suo noĩe parthiã uocauere: nã ut dixit parthi lingua scythica dicũtur q apud nos exules uocitantur: hii equitare & sagitare magna industria docent liberos: ineuntq; pugnas admirabili ardore: sed diu pugnare nõ ualentes in fugã uersi uictoriã ex ipa fuga reportãt dicente Vir. tertio geor. Fidentẽq; fuga parthum uersisq; sagitis. ¶ Ingerit mittit. ¶ Admotis adductis nõ est opus hẽre machinas & bõbardas ad habendũ istud regnũ mentis. ¶ Sternere demolliri. ¶ Rotantibus mittẽtibus cũ quadam rotatione rex est q nõ habet metum: nec spẽ. nec ambitionẽ: & cupiditatẽ is mihi uidetur rex. ¶ Stet quicunq; est concessio: sequatur quicunq; regna & imperia. Ego autẽ uitã tranquillam sectabor. ¶ Culmine summitate. ¶ Lubrico instabili & mutabili: quare regna nõ diu durant: cum hẽant multas insidias. ¶ Obscuro humili. ¶ Perfruat usq; ad finẽ. ¶ Vtero leui. dulci pace. ¶ Etas. s. mea tranquilla. ¶ Nota nullis quiritibus gustata nullis principibus q semp anxii sunt ¶ Fluat eat. ¶ Per tacitum: ut de me nõ multa dicantur: ut solet dici de maximis uiris. ¶ Sic cum hoc mõ cum trãducero uitã quietã moriar senex que nõ faciunt isti reges qui quasi oẽs moriuntur iuuenes: ut luue. ad genẽ; cereris sine cede & uulnere pauci: descendunt reges: & sicca morte tyrãni. ¶ Strepitu quare nõ hẽbo potentiã. ¶ Plebeius de numero plebis. ¶ Illi mors ista est notabilis sñia: dolent maxime non potẽtes qui tot diuitias relinqt: nec se ipsos cognouerũt: unde dixit. ¶ Notus omnibus propter potẽtiã. ¶ Ignotus sibi quare seipsum nõ cognouit q̃si ebrius fœlici fortuna.

Audet qui pedes ingredi:
Et quocunque loco iacent
Feres uellere nobiles.
Mens regnum bona possidet.
Nil ullis opus est equis:
Nil armis: & inertibus
Telis quæ procul ingerit
Parthus, cum simulat fugas
Admotis nihil est opus:
Vrbes sternere machinis:
Longe saxa rotantibus
Rex est qui metuit nihil:
Hoc regnum sibi quisque dat.
Stet quicunque uolet potens
Aulæ culmine lubrico.
Me ducis saturet quies.
Obscuro positus loco:
Leni perfruar ocio.
Nullis nota quiritibus:
Aetas per tacitum fluat.
Sic cum transierint mei
Nullo cum strepitũ dies.
Plebeius moriar senex.
Illi mors grauis incubat.
Qui notus nimis omnibus:
Ignotus moritur sibi.

Actus tertiꝰ. Thyestes & Phylisthenes.

Thyestes loquitur.

O Ptata patrie tecta & argolicas opes
Miserisque summum ac maximum exulibus bonum
Tactum soli natalis & ꝓmos deos:
Si sunt tamen dii: cerno: cyclopum sacras
Turres labore maius humano decus.

O Ptata patrie. Hic est principium tertii actus in quo agitur reditus thyestis & falsa simulatio pacis. unde quasi præsagies malum Thyestes cũ esset propinquus patrie penituit eum uenisse & intra se hæc dicit quamuis exules nil aliud desiderent uidere nisi patriam: tamen nescio quomodo retrahor quominus uadam: quam rem filius cognoscens hortatur patrem: ut uadat. ¶ Optata quæ sunt mihi diu desiderata iam uideo argos iam uenient ciues mihi obuiam. ¶ Summũ bonum. secundum uarias hominum opiniones uarii fines bonorum habentur infirmus sanitatem pro summo bono habet ita exul patriam. ¶ Tactum appositio est. ¶ Natalis soli: terræ in qua natus sum. ¶ Deos patrios templa. ¶ Si tamen sunt: quare hic fiunt tanta scelera: ut credam deos ibi habitare non posse. ¶ Cyclopum hii ministri uulcani fuerunt in sicilia & iouis fulmina fabricare dicebantur. Illis omnia edificia præclara tribuebantur facta fuisse. sic & Virgilius de arce inferni cyclopum educta caminis. ¶ Decus ornamentum quare turres sunt excellentiores quam possent hoies fecere. ¶ Celebrata iuue-

ni.ſ.mihi. Video locū in quo quando iuuenis eram ſolebam me exarcere curſu. ¶ Stadia loca ad curren
dum deputata: ſtadiū eſt octaua pars unius miliaris: aliquādo locus per qué curritur uel eqs uel pedibus:
uel curribus. ¶ Nobilis dum uictoriā hēbam. ¶ Palmam. arbor quæ nititur contra pondus ut aulus geli
us refert: ideo pro uictoria ponitur: ut hic. ¶ Curru: patris mei pelopis qui hūerat uelociſſimos equos a
neptuno. ¶ Argos populus. ¶ Frequés in magna turba. ¶ Atreus. frater meus ueniet quoq; mihi obui
am quem nullo mō uellem uidere. ¶ Repete re
uertere potius in exiliū iter ſiluas quam pati aſpe
ctū fratris. ¶ Saltus loca ubi ſunt paſcua & arbo
res dēſe: unde Collumella ſaltuarios appellat qui
habent cuſtodiā paſcuorū & ruris. ¶ Clarus hic ī
eo loco ſilueſtri nō eſt ſplendor regni qui te deci
piat. ¶ Falſo: falaci quare nihil é tam fragile &mu
tabile quam cōditio regni quæ multos decipit &
alicit ſplēdore ſuo claro. ¶ Oculos auferat. ſ. a re
cto propter cupiditaté. Sunt. n. oculi: ut uult Mar
cus tullius tanquā feneſtre cordis p quos oēs ap
petitus: & paſſiones mouētur. ¶ Cum quo. ſ. ho
mine. ¶ Cōſidera: cum quo datur tibi regnū: qua
ſi cū fratre ſcelerato qui tandé te perdet. ¶ Spe
ctabilis. ſ. nitor ille regni. ¶ Modo inter: dū in ſil
uis eſſem fortis animi ſui: Nūc quando deberé le
tari: q; in patriā redeo & ad pacé ſum triſtis q; mi
hi malū præſagiū puto. ¶ Heret. dubitat. ¶ Stu
pet quaſi inſenſatus uultū uerſat: qd' eſt hoīs cogi
tantis. ¶ Incerto indubio utrū ꝓcedat uel retro
uadat. ¶ Quid aīe pendes heſitas Thyeſtes dicit
cōſidera quō uadis nō é fidendum fratri inimico
& regno in quo multi ſunt inſidiatores. ¶ Conſi
lium deliberationé. ¶ Tam facile: ita aptū. ¶ Re
bus ī certiſſimis figura é appoſitio. ¶ Iam uicta. ſ.
per patientiā & aſſuetudinē: nā ut dicit tullius. Lō
gus dolor obduc: t calū. ¶ Erūnas miſerias corpis
quæ iā ſunt bene collocate quare melius é ſic ma
nere q̄ ire ad tanta ꝑicula in regno: ita ſeſe flectit:
ut diſcedat. qd' uidens filius inquit pater quid uiſa
patria fugis. ¶ Subducis remoues. ¶ Sinū tractū
ab illo qui eſt ſub arbore: & cū uidet poma caden
tia p̄parat ſinū: ut illa excipiat hoc eſt gremiū ſuū.
¶ Tantis bonis ut é frui regno: uides q; frater de
poſita ira rediit ad gratiā: teq; reſtituit in regnum
¶ Componit methaphorice: uult ut oēs de fami
lia ſint ſimul. ¶ Teq; reſtituit tibi: hoc eſt in priſti
no ſtatu. ¶ Cauſam timoris interrogas cur time
am: neſcio cām: uellē ire: ſed animus uidetur recu
ſare. ¶ Exigis: petis: aliquādo expellere. ¶ Labāt
deficiūt & tremunt. ¶ Alio in aliā partem. ¶ Re
fert retro portat. ¶ Vince pater ſupera iſtū timo
rem & cōſideraq; euades tantis ꝑiculis incolumis
¶ Reducé reſtitutum ꝓprie qui euaſerunt de ali
quo malo reduces dicūtur. ¶ Mori ſi poſſum re
gnare poſſum ét mori: melius é exul mori quam
iſto mō regnare. ¶ Nulla. ſ. ē poteſtas nihil cupe
re. ¶ Mihi crede: hæc eſt aurea ſnīa dicit thyeſtes
regnū non cape duos quod Lucanus teſtat Nulla
fides regni ſociis: oīsq; poteſtas impatiens cōſor
tis erit nūc petit: ut ſibi experto utrāq; fortunam
filius credat qd' regnum ſemper miſerū ſit. ¶ Ma
gna res magne: ſicut regna. ¶ Falſis laudatur re
gnū qd' pulchrū nomé uidetur. ſed ſub ſe multas
habet miſerias. ¶ Dura: ſicut eſt exilium & pauptas quæ dicuntur dura & amara: fruſtra timentur: quare
nō ſunt ita magna ut creditur: qd' probat exemplo ſui ipſius qui dum excelſus. i. rex fuit ſemper timebat
mortem:

Celebrata iuueni ſtadia: per quæ nobilis
Palmam paterno non ſemel curru tuli
Occurret argos populus: occurret frequēs
Sed nēpe & atreus: repete ſilueſtres fugas
Saltuſq; denſos potius: & mixtam feris
Similemq; uitam: clarus hic regni nitor
Fulgore nō eſt, qui oculos falſo auferat:
Cū quo datur ſpectabilis: & tādem aſpice
Modo inter illa quæ putant cuncti aſpera
Fortis fui: lætuſq; nunc contra in mētus
Reuoluor: animus heret: & retro cupit
Corpus referre: moueo nolentem gradū:
Phi. Pigro. qd hoc ē: genitor īceſſu ſtupet:
Vultumq; uerſat: ſeq; in certo tenet:
Thy. Quid aīe pendes: qd ue cōſiliū diu
Tam facile torques: rebus in certiſſimis
Fratri atq; regno credis: ac metuis mala
Iam uicta: iam manſueta: & erumnas fugis
Bene collocatas: eſſe iam miſerum iuuat:
Deflecte, greſſum: dum licet: teque eripe.
Phi. Quæ cā cogit genitor a patria gradū
Referre uiſa: cur bonis tantis ſinum
Subducis: ira frater abiecta redit,
Partēque regni reddit, & laceræ domus
Componit artus: teque reſtituit tibi.
Thi. Cām timoris ipſe quā ignoro exigis:
Nil timendum uideo: ſed timeo tamen.
Placet ire: pigris mēbra ſed genib⁹ labant.
Alioque quā quo nitor abductus feror.
Sic concitatam remige & uento ratem:
Aeſtus reſiſtens remigi & uelo refert.
Phi. Vīce q̄cquid obſtat: & mentē īpedit:
Reducēque quāta premia expectant uide
Patēr potes regnare. Thy. cū poſſiꝫ mori
Phi. ſūma ē ptās. Thy. nulla: ſi cupias nil.
Phi. Gnatis relinques.
Thy. Nō capit regnū duos
Phi. Miſer eē mauult: eē q̄ fœlix pōt:
thy. Mihi crede falſis magna nōib⁹ placēt
Fruſtra timentur dura: cum excelſus ſtetit

Nunq̃ pauere deſtiti: atque ipſum mei
Ferrum timere lateris:o quãtum bonũ eſt
Obſtare nulli:capere ſecuras dapes:
Humi iacentem ſcelera nõ intrant caſſam
Tutuſque menſa capitur anguſta cibus:
Venenum auro bibitur:expertus loquor
Malam bonæ præferre fortunam licet.
Non uertice alti montis impoſitam domũ:
Et eminentem:ciuitas humilis tremit.
Nec fulget altis ſplẽdidum tectis ebur:
Somnoſque non defendit excubitor meos.
Non piſcamur claſſibus:& retro mare
Iacta fugam⁹ mole:nec uentrẽ improbum
Alimus tributo gentium:nullus mihi
Vltra getas metitur:& parthos ager.
Nõ thure colimur:nec noſtre expulſo ioue
Ornantur aræ:nulla culminibus meis:
Impoſita mutat ſilua:nec fumant manu
Succenſa multa ſtagna:nec ſomno dies
Baccho nox ducenda peruigili datur.
Sed non timetur,tuta ſine dolo eſt domus.
Rebuſque paruis alta præſtatur quies.
Immane regnum eſt poſſe ſine regno pati:
Phi.Nec abnuendũ ſi dat imperium deus.
thi.nec appetẽdũ.phy.fer ut regnes rogat
Thy.Rogat,timẽdũ ẽ.errat hic aliqs dol⁹
Phi.redire pietas:unde ſũmota eſt ſolet:
Reparatque uires iuſtus amiſſas amor.
Thy.amat thyeſtẽ frater:æthereas prius
Perfundet arctos pontus:& ſiculi rapax
Conſiſtet æſtus unda:& ionio ſeges
Matura pelago ſurget:& lucem dabit
Nox atra terris:ante cũ flãmis aquæ:
Cum morte uita.cum mari uentus fidem
Fœduſq3 iũget.Phi.quã tãtũ fraudẽ times
Thy.Oẽm,timori quẽ meo ſtatuã modũ
Quãtũ põt tantũ odit.Phi.In te quid põt
thy.pro me iã nihil metuo:uos facitis mihi
Atrea timẽdũ. Phi.Decipi captus times:
Serum eſt cauendi tẽpus in mediis malis.
Eatur:unum genitor hoc hortamen eſt.
thy.ego uos ſequor nõ duco.Phi.reſpiciat
Bene cogitata:ipge nõ dubio gradu. ¶deus

P Atreus & thieſtes.atreus loquitur.

P Lagis tenetur cluſa diſpoſitis fera
Et ipſũ & una generis inuiſi indolẽ
Iunctam parenti cerno,iam tuto in loco
mortem:etiã ab illis quos habebat ad cuſtodiendũ unde dicit mei lateris hoc ẽ illoꝝ qui latus meum ſtipabãt quod fit circa reges: Dum autem fui in exilio nihil timui. ¶ Humi iacentur: dicit hoc quare reges habitant arces ꝓpter timorem.Pauper autem debilem caſulam. ¶ Scelera in domo paupis non ſunt ea ſcelera quæ apud principes fiunt:ut Lucanus.Exeat aula qui uult eſſe pius: uirtus & ſumma poteſtas nõ coeunt. ¶ Venenũ auro bibitur:niſi principes & diuites toxicantur: ut Iuue.Nonaconita bibũtur:fictilibus: tũc illa time cum pocula ſumas:gemata. ¶ Expertus. mihi eſt credendũ qui rex & miſer fui. ¶ Non uertice deſcribit q̃ ſint comoda ĩ parua fortũa per cõtrariũ enumeratq; per negationẽ illa quæ ſunt ĩ regno: unde melius eſt ꝑferre malam fortunam bone in q̃ ſunt tot miſerie. ¶ Iacta mole poſitis fundamẽtis in medio mari qd̃ fecerũt multi romani. ¶ Fugamus.quare dũ edificamus mare ipm uidetur recedere. ¶ Nõ thure tãte ſunt inſolẽtie principes ut diis equalẽ poteſtatem habere uelint. ¶ Nulla nõ in culminibus domorũ habemus ortos qui pẽſiles uocãtur:ut fuerunt orti babilonii. ¶ Nec fumant non habemus balnea intra tecta noſtra:uel melius non exſiccauimus ſtagna:ut fecit hercules per ignẽ. ¶ Multa manu multitudĩe famulorum. ¶ Sed nõ timetur monſtrat conditionẽ uite pauperis q̃ caret omni ſuſpitione. ¶ In mane magnũ ¶ Pati poſſe uiuere. ¶ Ethereas prius per cõparationem mõſtrat thyeſtes ſe nõ poſſe a mari a fratre ab ipoſſibili argumẽto. ¶ Pontus mare. ¶ Perfundet laurabit. ¶ Arctos urſam maiorẽ & minorem quæ ſunt in parte cæli eleuata ſup nos q̃ occidere nõ dicuntur:quemadmodũ alie itelle in mari. ¶ Siculi eſtus illius freti:qd̃ eſt inter ſiciliam & italiam ubi caribdis & ſcylla pericula ſunt. ¶ Conſiſtet quieſcet. ¶ Vos facitis:nõ timeo fratrẽ propter me:ſed propter uos filios meos:nã carior ſolet eſſe filius patri ſeipſo. ¶ Serũ eſt tardum: cauẽdum eſt anteq̃ ingrediamur mala nam in medio periculo fugere non poſſumus:ut Iuuenalis annuante tuba galeatum ſero dueli pœnitet. reſpiciat ſecundet.

P Lagis.Iam cognita eſt deliberatio thyeſtis cum filiis ut uadat ſecuro aĩo ad accipiendum regnum illum autem uenientem uidens atreus frater intra ſe dicit propter licentiam quã habebat:ut in fratrem ſeuire poſſet iam mihi capta eſt fera quæ protinus erit dilaniãda:ſed uix poſſum me cõtinere quin impetum faciam in fratrem quem tanto odio proſequor:demum deliberat diſimulare irã: ut atrocius ſæuire poſſit. ¶ Plagis diſpoſitis diſtentis retibus. ¶ Fera ipſe thyeſtes. ¶ Vna ſimul. ¶ Indolẽ filios ipſius qui patrem ſuum uultu referunt:indoles enim ſignum uirtutis qd̃ apparet in adoleſcẽte. ¶ In tuto,in ptãte mea:qre prĩo dubitabã poſſe hére eũ:

¶ Totus quidē.cum filiis. ¶ Vix tempero: quasi nō possum continere me:quin manus in eum iniciam. ¶ Frenos:uix pōt frenari:trāslatio sumpta ē ab equo. ¶ Sic cū adaptat pulchrā similitudinē: quēadmodū canes uenatici uisa fera uix possunt retineri quin impetum faciant: sic atreus uix seipsum temperabat. ¶ Vestigat per uestigia seqtur. ¶ Vmber canis uenaticus de umbria quæ pars ē italie:ubi est urbinū ciuitas. ¶ Sagax acutus ad inuestigandū:unde sagus & saga dicitur & præsagire diuinare. ¶ Loro fune qd' & copula dicitur latine. ¶ Scrutatur inquirit. ¶ Presso in terrā inclinato. ¶ Suem.aprū. ¶ Paret obtemperat. ¶ Tacito dum a longe sentit ferā non clamat:sed quando ꝓpe est uellet ipsam inuadere. ¶ Dominū uenatorem mostratem. ¶ Tegi disimulari. ¶ Tamē tegatur occultetur q̄uis sit difficile:ut possim facere magis scelus. ¶ Aspice facta deliberatione uertit se ad fratrem tali mō. ¶ Grauis tristis. ¶ Squalore situ & pedore: & a squamis dicitur. ¶ Iaceat inculta sit. Præstetur fides faciamus ipsum credere ꝙ amē ipm:& dictis istis uerbis occurrit illi cōplexum ferens:unde thyestes uisa pietate fratris: fatendo scelus suum ueniam petit. ¶ Pietas tua: amor fraternus qué in me demonstras facit cām meam inexcusabilē quare peius est peccare in bonum q̄ in malum hominem ꝙ uoluit tullius nulli esse nocendū:nisi lacessitus iniuria. Lachrimis nō alia compatione utar:nisi ꝙ lachrimis ueniam petam. ¶ Erasus.pœnitus depositus Obsides hos filios meos do tibi pignus pacis. A genibus atreus uidens fratrem supplicem eū erigit iubetq; meliora. ¶ Sperare parce oculis quare offendis aspectum meum hiis uestibus habere regnum maiorem laus dare regnum q̄ si retinerem.nam eē regere ē casu non uirtute:sed quando quis donat: illud est magni animi. ¶ Rependēt:tractum est ab antiquis qui pecunias pendebant:unde etiam pēdere pœnas dicitur. ¶ Notam.insigne coronā & diadema non conuenit mihi ꝙ habeam regis insignia. Infausta infœlix. Latere iacere quasi unus de plœbe. Effluant.s.dona fortune. Vetas prohibes mihi tātum honorem & gloriam ꝙ dicar restituisse tibi regnum. Fratrem scilicet me. Peracta perfecta resta mea quæ erit si recuso regnum quod dicatur me potuisse habere regnum. & noluisse. Impositi scilicet a te mihi uolo nomine & re habeas iura mecum:ut sis super arma & leges.

Versantur odia:uenit in nostras manus
Tandem thyestes.uenit & totus quidē.
Vix tēpero animo:uix dolor frenos capit.
Sic cum feras uestigat & longo sagax
Loro tenetur umber:ac presso uias
Scrutatur ore:dum procul lento suem
Odore sentit:paret:& tacito locum
Rostro pererrat:preda cum propior fuit.
Ceruice tota pugnat:& gestu uocat.
Dominum morātem:seq3 retinenti eripit:
Cum sperat ira sanguinem nescit tegi.
Tamen tegatur.aspice ut multo grauis
Squalore uultus obruat mæstos coma.
Quam fœda iaceat barba,præstetur fides.
Fratrem iuuat uidere:complexus mihi
Redde expetitos:quicquid irarum fuit
Transierit:ex hoc sanguis & pietas die
Colantur:animis odia damnata excidant.
Thy.Diluere possē cūcta:nisi talis fores.
Sed fateor atreu:fateor amisi omnia
Quæ credidisti:pessimam causam meam
Hodierna pietas fecit:est prorsus nocens:
Quicunq3 uisus tā bono fratri est nocens.
Lachrimis agēdū ē:supplicē prim⁹ uides.
He te præcātur pedibus iunctæ manus:
Ponatur omnis ira:& ex animo timor
Erasus abeat.obsides fidei accipe:
Hos īnocētes frater.atre.agenibus man⁹.
Aufer:meosq3 potius amplexus pete.
Vos quoq3 senum p̄sidia:tot iuuenes meo
Pendete collo:squalidam uestem exue.
Oculisq3 nostris parce & ornatus cape
Quales mei sunt:letusq3 frater imperii
Capesse partem:maior hæc laus est mea:
Fratri paternum reddere incolumi decus:
Habere regnum casus est,uirtus dare.
Thy.Dii paria frater prætia pro tātis tibi:
Meritis repēdent:regiam capitis notam
Squalor recusat,uester & septrum manus
Infausta refugit:liceat in media mihi
Latere turba.atre.recipit hoc regnū duos:
Thy.Meū eē credo:qcquid ē frater tuū.
Atre.Quis ī fluētis dona fortune abnuit:
Thy.Exptus ē qcunq3:quā facile affluāt
Atre.Fratrem potiri ingenti gloria uetas.
Thy.Iam tua pacta gloria est:restat mea
Respuere certum est regna consiliū mihi:

¶ Vincula

Atre. Meã relinquã: niſi tuã partẽ accipis
Thy. Accipio: regni nomẽ ipſi efferã
Sed iura & arma ſeruient mecum tibi:
Atre. impoſita capiti uícla uenerãdo gere:
Ego deſtinatas uictimas ſuperis dabo.

¶ Chorus loquitur.

Credat hoc quiſquã: ferus ille, & aer-
Nec potẽs mẽtis, truculẽtus atreus.
Fratris aſpectus ſtupefactus heſit
Nulla uis maior pietate uera eſt:
Iurgia externis inimica durant:
Quos amor uetus tenuit tenebit.
Ira cum magnis agitata cauſis
Gratiã rupit: cecinitq3 bellum:
Cum leues frenis ſonuere turmæ:
Fulſit hinc illinc agitatus enſis.
Quem mouet crebro furibundus ictu
Sanguinem mauors cupiens recentem
Opprimit ferrum: manibuſq3 uinctis:
Ducit ad pacem pietas negantes
Otium tanto ſubitum tumultu
Quis deus fecit: modo per mycenas:
Arma ciuilis crepuere belli.
Pallidæ matres tenuere natos:
Vxor armato timuit marito:
Cum manum inuitus ſequeretur enſis
Sordidus: pacis uicio quietæ.
Ille labentes renouare muros:
Hic ſitu quaſſas ſtabilire turres:
Ferreis portas cohibere clauſtris
Ille certabat: pauiduſq3 nimis
Anxiæ noctis uigil incubabat:
Peior eſt bello timor ipſe belli.
Iam minæ ferri cecidere ſæui
Iam ſilet murmur graue claſſicorum:
Iam tacet ſtridor litui ſtrepentis:
Alta pax urbis reuocata lætæ eſt
Sic ubi ex alto tumuere fluctus
Brutium pontum feriente choro.
Scylla cauernis reſonat pulſatis.
Ac mare in totum timuere nautæ.
Quod rapax hauſit remouit carybdis.
Et ferus cyclops metuit parentem:
Rupe feruentis reſidens in ætnæ:
Ne ſuperfuſis uioletur undis.
Ignis æternis reſonans caminis.
Et putat mergi ſua poſſe pauper
Regna laertes ithaca tremente.

¶ Vincula diadema accipe inſignia regis. ego uero interea ſacrificabo diis immortalibus uoras uictimas.

Credat. uiſum eſt quemadmodũ thyeſtes reuerſus eſt in regnum: ibiq3 chorus laudat pacẽ inter fratres: dicitq3 quod pene eſt impoſſibileq3 ius ſanguinis: & natura non cogat ad cõcordiam neceſſitudine coniũctos: perſiſtitq3 in cõparatione maris q3 ceſſantibus uentis tranquillum efficitur: ita nuper atreus parabat tantum bellũ uiſo fratre totam iram depoſuit. ¶ Credat. quaſi dicta eſt incredibile. ¶ Impotens ita inſanus: quod non uideat quid faciat. ¶ Ocium miratẽ: unde facta ſit tam ſubita pax cũ eſſet tantus apparatus belli. ¶ Sordidus rubiginoſus quare diu nõ fuerat exercitatus. ¶ Inuitus difficulter euaginabatur cum rubiginoſus eſſet. ¶ Ille alius. ¶ Cadentes labentes muros reficiebat. ¶ Situ a ſino quando relinquuntur & deſeruntur aliqua loca naſcitur mucor qui ſitus dicitur. ¶ Cohibere. ſtringere & claudere. ¶ Vigil cuſtodiam nocturnã faciens. ¶ Claſſicorum ſonorum: tube qui dantur militibus ad bellũ Litui tuba eſt retorta: aliquando baculus augurum quo templum in aere deſignabãt. ¶ Alta magna q3 iam uidebatur fundata & ſtabilita. ¶ Sic ubi. adaptatio comparationis: quando uidemus crebreſcere uentos omne mare turbatur: ceſſantibus autem illis fit tranquillitas. ¶ Chorus. ſine aſpiratiõe prima producta uẽtus eſt qui & caurus dicitur. ¶ Brutium. populi calabrie ſunt brutii ad fretum ſiculum ut ſcribit Plinius. ¶ Hauſit. euomit & ad ſe traxit. ¶ Fœrus cyclops. poliphemus fuit neptũi filius ex thoſa filia phorci unum in media fronte habens oculum eo dicente apud Ouidium li. xiii. methamor. unum eſt in media lumen mihi fronte: ſed inſtar ingẽtis clipei qui greges mungebat & ſolus ab antro lapidem tollebat quẽ uiginti boum paria mouere nequiſſent: hic habitauit æthnam montem in medio ſicilie perpetuo incendio clarum: unde dicit quod dubitabat ne pater ſuus neptunus mitteret aquas uſq3 in ethnam qui longe eſt a mari. ¶ Feruentis ſemper ardẽtis: ut diximus quare ibi ſũt uene ſulphuree. ¶ Laertes. pr̃ ulixis q regnauit ĩ inſula itaca. de q̃ pli. li. iiii. ante leucada achaiã poſita eſt in q̃ mons ẽ ueritos timebat ne mergeret.

¶ Si ſuæ. quemadmodum ceſſantibus uentis trã/quillitas redit: ita ueniente pietate totum bellum cecidit inter fratres. ¶ Mitius tranquillius. ¶ Strata. equalia: unde maris equales ſunt quãdo eſt pactum ita per mare tũc parue nauicule nauigabãt qd' uix magne naues ſecare prius audebãt. ¶ Cyclades. inſule in mari egeo de qbus ſupra diximus ¶ Nulla ſors. adiũgit notabile dictum quod nihil ſit certi & firmi ĩ uita iſta: unde chorus monet ne quis ſuperbiat in ſorte humana que nullomodo ẽ durabilis. ¶ Nulla ſors longa. nulla conditio uitæ perpetua quod uoluit naſo in triſtibus ludit in humanis diuina potẽtia rebus: & certã præſens uix habet hora fidem. ¶ Diadema. dieo circũligo pãnus eſt ligatus capiti ſub corona. ¶ Nixe genu. inclinate & inflexe ad uenerationem. ¶ Nutum. uolũtatem: nutum ſignũ capitis appellamus. ¶ Medus. regio eſt in aſia contermina aſſyrie & perſie: atq; mari hyrcano media cognominata a medo medee filio. ¶ Indus. india regio eſt oriẽtalis aſie terminus ut omnes teſtãtur ab indo flumine nomen aſſumpſit itaq; ab oriente incipiẽs uſq; ad aſiam ex occidentali parte protenditur: ex meridiana uſq; ad indicum mare. ex ſeptentrione uſq; ad caucaſum. ¶ Dace. populi extremi in ſeptentrione. ¶ Anxius. qui habet regnum perpetuis curis urgetur. ¶ Mouentes. oĩa perturbantes. ut Virg. auri ſacra fames quid nõ mortalia pectora cogis. ¶ Mobiles. incertos. ¶ Rerum ſtatus ſui: ille qui potens eſt timet ne gradu ſuo deiiciatur. ¶ Dubium. nõ ſumus certi quid in futurũ habituri ſumus. ¶ Vos. monet principes ut ſeipſos cognoſcãt: nec uelint ſuperbire quare neſciũt quid poſſit accidere illis: ſubicitq; uerba digna lõga memoria. ¶ Lapſis. iacẽtibus clotho una ex tribus parcis miſcet & permutat omnia: Nunc unus proſperam fortunam modo aduerſam habet. ¶ Stare perſeuerare. ¶ Rotat uoluit unde fortuna dicit' ĩ rota. ¶ Fatũ oẽm cõditionẽ hoĩs. ¶ Turbine. nolubilitate.

Si ſuæ uẽtis cecidere uires.
Mitius ſtagno pelagus recumbit.
Alta quæ nauis timuit ſecare
Hinc & hinc fuſis ſpacioſa uelis.
Strata: ludenti patuere cymbæ.
Et uacat merſos numerare piſces:
Hic ubi ingenti modo ſub procella
Cyclades pontum timuere motæ:
Nulla ſors longa eſt: dolor ac uoluptas.
Inuicem cædunt breuior uoluptas.
Ima permutat breuis hora ſummis:
Ille qui donat diadema fronti:
Q uem genu nixæ tremuere gentes.
Cuius ad nutum poſuere bella
Medus & phabi proprioris indus.
Et dace parthis equitem minanti
Anxius ſceptrum tenet: & mouentes
Cuncta diuitias metuitq; caſus
Mobiles rerum, dubiumq; tempus:
Vos quibus rector maris atq; terræ.
Ius dedit magnum necis atq; uitæ
Ponite inflatos tumidoſq; uultus.
Q uicquid a uobis minor extimeſcit:
Maior hoc uobis dominus minatur:
Omne ſub regno grauiore regnum eſt.
Q uem dies uidit ueniens ſuperbum:
Hunc dies uidit fugiens iacentem
Nemo confidat nimium ſecundis.
Nemo deſperet meliora lapſis.
Miſcet hæc illis prohibetq; clotho
Stare fortunam: rotat omne fatum.
Nemo tam diuos habuit fauentes
Craſtinum ut poſſet ſibi polliceri.
Res deus noſtras celeri citatas
Turbine uerſat.

Q Vis me. Pricipium ẽ quarti actus in quo tractabit' mors filiorũ thyeſtis: iſta quæ tantũ ſunt ſcelerata nõ aguntur in ſcena ſed ea nuncius narrat: primoq; facit attẽtos ob tantã crudelitatem: dicẽs qd' uellet aſportari in aliquẽ locum deſertũ ne uideret tanta flagitia: dicit ſum ne in græcia au. inter gentes barbaras qui dicũtur comedere carnes humanas. ¶ Eripiat. ne uideam tantũ ſcelus. ¶ Sparte. micene: lacedemon quoq; dicitur urbs quæ fuit ſub impio atrei. ¶ Impios. atreũ & thyeſtem fratres crudeles. ¶ Chorintus urbs fuit achaie ſuper iſthmon in medio maris ionii & egei cõſtructa quæ ephira uocata eſt unde dicit p̃mens fauces: loca illa anguſta: hoc eſt iſthmõ. ¶ Gemini maris. ſ. ionii & egei ¶ Hiſter. maximus eſt fluuiorũ europe alio noĩe danubius qui uerſus ſeptentrionẽ per innumeras gentes defluit. ¶ Alanis. fugiẽs per alanos populos ſcythie crudeliſſimos. ¶ Hircania tellus eſt in aſia ſcytharũ regio ut plinius li. xvi. teſtatur q̃ panteris & pardis & maxĩe tigribus abundat. ¶ Scythe ſeptentrionalis ſunt Europe populi nõ habẽ/

Vis me per auras turbo p̃cipitẽ uehet
Atraq; nube ĩuoluet: ut tantum nefas
Eripiat oculis. o domus pelopi quoq;
Et tãtalo pudẽda. Cho. Q uid portas noui:
Nũ. quæ nã iſta regio ẽ: ſpte & argos ĩpios
Sortita fratres. & maris gemini premens,
Fauces corinthus: an feris hiſter fugam
Præbens alanis: an ſub æterna niue
Hyrcana tellus: an uagi paſſim ſcythæ:
Cho. quis hic nefãdi ẽ cõſcius mõſtri loc9
Effare: & illud pande quodcũq; eſt malũ.

Nun. Si

Nun. Si steterit aius: si metu corpus rigens
Remittet artus. heret in uultu trucis
Imago facti. ferte me insane procul
Illo procellæ ferte quo fertur dies
Hic captus. cho aios grauius icertos tenes
Quid sit qd horres effer: auctorem idica.
Non quæro quis sit: sed uter. effare ocius.
Nũ. In arce summa pelopis pars ẽ domus
Cõuersa ad austros: cuius extremum latus
Aequale monti crescit: atq3 urbem premit
Et contumacem regibus populum suis
Habet sub ictu: fulget hic turbe capax
Immane tectum: cuius auratas trabes
Variis columnę nobiles maculis ferunt.
Post ista uulgo nota quæ populi colunt
In multa diues spacia discedit domus.
Arcana in imo regia secessu patet.
Alta uetustum ualle compescens nemus
Penetrale regni: nulla quæ lætos solet
Præbere ramos arbor, aut ferro coli.
Sed taxus & cupressus: & nigra ilice
Obscura nutat silua: quam super eminens
Despectat alte quercus, & uincit nemus.
Hinc auspicari regna tantalide solent.
Hinc petere lassis rebus & dubiis opem.
Affixa inherent dona: uocales tube
Fracti currus. spolia myrtoi maris:
Victæq3 falsis axibus pendent rotæ:
Et omne gẽtis facinus: hoc phrygius loco
Fixus tiaras pelopis. hic præda hostium
Et de triumpho picta barbarico chlamys.
Fons stat sub umbra tristis: & nigra piger
Hæret palude: talis est dire stygis
Deformis unda quæ facit cœlo fidem.
Hic nocte tota gemere ferales deos
Fama est: cathenis lucus excussis sonat
Vlulantq3 manes: quicqd audire est metꝰ:
Illic uidetur: errat antiquis uetus
Emissa bustis turba: & insultant loco
Maiora notis monstra: quin tota solet
Micare flammis silua: & excelse trabes
Ardent sine igne: sæpe latratu nemus
Trino remugit: sæpe simulacris domus
Attonita magnis: nec dies ꝯdat metum
Nox propria luco est: & superstitio inferũ
In luce media regnat: hinc orantibus
Responsa dantur certa: cum ingenti sono
Laxantur adyto fata: & immugit specus.

tes certas domos: ideo uagi & instabiles. ¶ Si steterit. si potero narrare: dicam sed sum totus attonitus. ¶ Hæret. adhuc uideor uidere illud scelus tam ingens. ideo insane magne procelle exporta te me ne uideam ista. ¶ In arce. interrogatus erat nuncius a choro ut narraret hoc scelus quod ipse uiderat: respondet & primo describit locum ubi factum fuit. ¶ In arce. ubi solebãt habitare reges. ¶ Ad austros. ad meridiem. ¶ Extremum: ultima pars. ¶ Crescit. eleuata & ita alta sicut mõs. ¶ Præmit sub se tenet. ¶ Sub ictu. ut possit percutere ex hoc loco eleuato. ¶ Cõtumacem rebellem. ¶ Immane. magnum in hac parte est atriũ & porticus maxima in q̃ solent conuenire populi ad loquendum regibus. ¶ Ferunt. sustinent colũne marmoris numidici & uariis maculis distincte. ¶ Post nota. ultra hæc loca omnibus patentia alius est secretior solis regibus cõcessus. ¶ Patet. est ampla: nõ quod omnes ingrediãtur. ¶ Compescens circundans. ¶ Penetrale. loca secretiora ubi tenebantur dii domestici: uult facere omnia conuenientia ad scelus: non sunt arbores fructuose sed horribiles quales solent dari mortuis. ¶ Letos. quæ ferãt leticiam. ¶ Coli. ut solent fructifere sed sunt taxus & cupressus: taxus arbores tante infœlicitatis ut qui sub ea somnũ ceperit moriatur. ut refert Plinius cupressus datur sacris mortuorum eius nature ut semel eradicata nũq̃ pululet. ¶ Nigra ilice. q̃ est ex genere quercus. ¶ Vincit. s. altitudine sua. ¶ Hinc ab hac arbore solent reges tantalide petere responsa: ad hanc arborem erant suspensa trophea & monumenta regum. ¶ Tube uocales. sonore. ¶ Mirtoi. supius hystoriã enarrauimus de pelope qui uictoriã de hypodomia habuit. ¶ Tiaras. uel hæc tiara dicit gestamen capitis quod solebant portare lydi & frigii: pelops enim de frigia fuerat. ¶ Chlamis. uestis militaris picta acu: quod inuentum est phrygium inde phrygiones dicuntur qui uestes argẽto & pictura distingũt. ¶ Fons stat. præterea sub hac quercu est fons tristis & niger nõ currẽs talis ut est stix palus infernalis per quã iurant dei: unde dicit quæ facit cœlo fidem. s. per iuramentũ. ¶ Ferales deos infernales. ¶ Excussis. audiuntur ibi strepitus cathenarum. ¶ Manes. anime mortuorum. ¶ Videtur. scilicet oculis. ¶ Bustis. sepulchris. ¶ Notis. imaginibus cognitis: horribiliora sunt ibi mõstra quam unquã audiuimus in mundo. ¶ Sedat. tollit licet sit medius dies uidentur talia monstra. ¶ Inferum. oro inferorum. ¶ Laxantur. aperiuntur.

¶ Succusso. cõmoto. ¶ Dubia. in quam partem ca
deret. ¶ Atrum apparuit stella quæ transcurrens
per cœlum reliquit caudam nigram ĩ signo mor-
tis. ¶ Constat sibi. non perdit animum: sed mina-
batur diis. ¶ lãq; post hec omnia parata sine ulla
mora assiluit aras ut occideret pueros: primo du-
bitans quem prius occideret: & facit similitudinẽ
de tigri quæ inter duos iuuẽcos dubitat in quem
prius debeat irruere: ita faciebat atreus demum
decreuit incipere ab illo qui habebat nomen aui
tantali. ¶ Capita. pueros illos. ¶ Deuota. destina
ta. ¶ Ire. uindicte: sue. ¶ Perfunctus. qui fecerat.
¶ Iubatus. fecit Atreus sicut leo in medio armen
ti quãdo prosternit animalia maiora fessus uadit
ad minora. ¶ Iubatus: qui habet iubas crines pen
dentes a collo. ¶ Armenia. uersus orientem. ¶ In
cubat. instat. ¶ Rictus. rostrum aspersum sangui-
ne: licet amplius non famescat: tamen non cessat
a cede. ¶ Exegit. pertransiuit. ¶ Vtrumq; scilicet
pectoris & tergi: q're gladius penetrauerat ad ali-
am partem. & ita erant duo foramina. ¶ O seuũ.
exclamat chorus audiens tantam crudelitatẽ: sed
respondet nũcius q; sunt multo peiora: q; illos la-
cerauit & coqt: ut daret comedẽdos fratri Thye-
sti: apparuerũt multa ꝓdigia uidebatur ignis nol-
le coquere illos: fumus non ascendebat sed difun
debatur per totam domũ: sol obscuratus é. ¶ Na-
tura recipit. quasi dicat nihil peius posset dici nec
fieri. ¶ Gradus. principium non finis. ¶ Licet.
multo melius fuisset qđ dedisset comedẽdos fœ-
ris. ¶ Pabulũ. appositio é. ¶ Sub hoc regno atrei.

Vocem deo soluente: quo postq̃ furens
Intrauit atreus, liberos fratris trahens.
Ornantur aræ: quis queat digne eloqui:
Post terga iuuenũ nobiles reuocat manꝰ.
Et mœsta uitta capita purpurea ligat.
Non thura desinit: nõ sacer bacchi liquor.
Tangens ue falsa mictimam culter mola:
Seruatur omnis ordo: ne tantum nefas
nõ rite fiat. cho. quis manũ ferro admouet
Nũ. Ipse est sacerdos: ipse funesta prece
Letale carmen ore uiolento canit.
Stat ipse ad aras: ipse deuotos neci
Contrectat: & cõponit: & ferro admouet.
Attendit ipse, nulla pars sacri perit.
Lucus tremiscit: tota succusso solo
Nutauit aula, dubia quo pondus daret.
Ac fluctuanti similis e leuo æthere
Atrum cucurrit limitem sidus trahens.
Libata in ignes una mutato fluunt
Cruenta baccho: regium capiti decus
Bis terq3 lapsum est: fleuit in tẽplis ebur.
Mouere cunctos monstra: sed solus sibi
Immotus atreus constat. atq3 ultro deos
Terret minantes. iamq3 dimissa mora
Assiluit aris: toruum & obliquũ intuens.
Ieiuna siluis qualis in gangeticis:
Inter iuuencos tigris errauit duos.
Vtriusq3 prædæ cupida: quo primos ferat
Incerta morsus: flectit huc rictus suos
Illo reflectit: & famem dubiam tenet.
Sic dirus atreus capita deuota impiæ
Speculatur iræ: quem primo mactet sibi
Dubitat. secũda deinde quẽ cæde ĩmolet.
Nec interest: sed dubitat: & tantum scelus
Iuuat ordĩare. cho. quẽ tamẽ ferro occupat
Nũ. Primus locus ne deesse pietatẽ putes
Auo dicatur: tantalus prima hostia est.
Cho. Q uo iuuẽis aĩo: quo tulit uultu necẽ?
Nũ. Stetit sui securus: & non est preces
Perire frustra passus: at illi ferus
In uulnere ensem abscõdit: & penitꝰ pmẽs
Iugilo manum commisit. educto stetit
Ferro cadauer. Cunq3 dubitasset diu
Hac parte an illa caderet: in patruũ cadit:
Tunc ille ad aras philistenẽ sæuus trahit.
Addicitq3 fratri. colla percussa amputat.
Ceruice cæsa truncus in pronum ruit.
Q uerulũ cucurrit murmure ĩcerto caput:

¶ Est uotum

Cho. quid deíde gemía cæde pfunct⁹ facit:
Puero ne parcit: an ſcelus ſceleri ingerit:
Nũ. Silua iubatus qualis armenia leo
In cæde multa uictor armento incubat:
Cruore rictus madidus. & pulſa fame
Nõ ponit iras: hinc & hinc tauros pmens.
Vitulis minatur dente iam laſſo piger:
Non aliter atræus ſæuit atq; ira tumet.
Fĕrumq; gemina cæde perfuſum tenens.
Oblitus in quem rueret infeſta manu
Exigit ultra corpus: at pueri ſtatim
Pectore receptus enſis in tergo extitit.
Cadit ille: & aras ſanguine extinguens ſuo:
Per utrũq; uuln⁹ moritur. cho. o ſæuũ ſcel⁹
Nũ. Exhorruiſtis: hactenus nõ ſtat nefas:
Plus eſt. cho. an ultra maius aut atrotius
Natura recipit. Nũ. ſceleris hũc finẽ putas
Grad⁹ẽ. cho. quid ultra potuit: obiecit feris
Lanianda forſan corpora atq; igne arcuit
Nũ. Vtinã arcuiſſet: ne tegat functos hum⁹:
Nec ſoluat ignis auidus. epulandos licet.
Ferisq; triſte pabulum ſæuis trahat.
Votum ẽ: ſub hoc quod eẽ ſuppliciũ ſolet:
Pater in ſepultos ſpectet: o nullo ſcelus
Credibile ĩ æuo: quodq; poſteritas neget.
Erepta uiuis exta pectoribus tremunt
Spirantq; uenæ: corq; adhuc patidũ ſalit.
At ille fibras tractat: ac fata inſpicit.
Et adhuc calẽtes uiſcerum uenas notat:
Poſtq̃ hoſtie placuere, ſecurus uacat
Iam fratris epulis: ipſe diuiſi ſecat
In membra corpus: amputat trunco tenus
Humeros patentes & lacertorum moras:
Denudat artus durus atq; oſſa amputat.
Tantum ora ſeruat: & datas fidei manus.
Hæc uerubus hærent uiſcera: & lẽtis data
Stillant caminis: illa flammatus latex
O uerente aheno iactat impoſitas dapes
Tranſiliit ignis hincq; trepidantes focos
Bis ter regeſtus & pati iuſſus moram
Inuitus ardet: ſtridet in uerubus iecur.
Nec facile dicã copora an flamme gemãt.
Gemuẽre. piceus ignis in fumos abit.
Et ipſe fumus triſtis ac nebula grauis
Non rectus exit: ſeq; in excelſum leuat
Ipſos penates nubẽ deformi obſidet.
O phœbe patiens fugeris retro licet:
Medioq; ruptum merſeris cœlo diem.

¶ Eſt uotum. ſolent timere alii ne ſepeliantur ſed ibi poteſt optari: quare maius facinus eſt factum. ¶ Supplicium. ſ. relinquere inſepultos eſt uotũ deſideriũ ſub hoc atreo. ¶ Exta. interiora: ecce magnũ ſcelus quod uiuis adhuc pueris ille pertractabat illis inteſtina quaſi notare & conſiderare uellet tanq̃ extipitia. ¶ Vacat. rimatis interioribus puerorum ſecurus & intrepidus preparat corpus illorum ad comedendum fratri. ¶ Moras. ea quibus brachia coniungũtur tergo: tantum ſeruauit ora & manus in fidem datas: nam Thyeſtes dederat filios tanq̃ obſides fratri. ¶ Hæc. partem aſſauit partem eliſſauit. ¶ Latex inflamatus. aqua calida. ¶ Querente. lamentãte: quare uidebaẽ murmure queri. ¶ Tranſiliit. uidebaẽ recedere. ¶ Stridet. quaſi gemitum faciens. ¶ Piceus niger. ¶ Rectus. in altum ſicut ſolet. ¶ O phœbe. o ſol qui obſcuratus es. ¶ Patiens. quare toleraſti hec mala.

¶Pater. Thyestes comedit filios suos ore funesto & miserando. ¶ Vnguento. solebant unguentari aquis odoriferis discumbentes. ¶ Grauis. plenus. ¶ Peribit. quare postea scies. ¶ Verterit. quãuis sol occiderit & nox tegat ista scelera: tamen detegentur. ¶ Obuiũ. cũ deberet ire ad occidentẽ iuit ad orientem: ideo obuius sibi: nam facta est nox ab oriente. ¶ Obruat. abscondat. ¶ Nouis. quales non sunt solite. ¶ Alieno. tempore lucis. ¶ Patefient. quate scies filios comedisse.

Q Vo terrarum. scribitur chorus hic uersu anapestico de quo diximus supra turbine magno Dolens querit q̃re sol fugerit & uices rerũ mutentur: & ne redeat chaos cum nox uenerit in meridie timet ne sit finis mundi. ¶ Sol patens. quare oĩa calore suo in terris generantur & superis dat lucem. ¶ Decus. sidera q̃ sunt ornamenta noctis. ¶ Qua fugit. quare illa obscuratur ueniente sole. ¶ Flexura. inclinatio rotæ euntis ad occasum. ¶ Hesperie hispane: quare ultima terrarum ẽ hispania uersus occidentem. ¶ Emeritos. qui cõpleuerint cursum suum. ¶ Nundum. solebant antiqui diuidere tẽpus per uigilias sicut nos per horas: quattuor ĩ die. & nocte quattuor uigilias habebãt. omnibus tribus horis mutabantur. & sic erãt duodecim hore noctis & duodecim diei. ¶ Bucina. tertia' uigilia quæ per bucinam dabatur sicut nunc per campanam. ¶ Nunquid. interrogatiue uidisti gigantes qui uelint renouare bella contra deos. ¶ Carcere ditis. plutonis ubi dicuntur esse ligati. ¶ Tytius. gigas. ¶ Sautius. uulneratus. ¶ Typheus. gigas positus sub æthna nunc explicuit latus suum: ut surgeret: ¶ Phlegreos. pugnaturi gigãtes cõtra deos olim congregati sunt ĩ phlegra ualle thesaliæ ubi posuerunt tres montes unum supra alium pelion ossam & pindum. ¶ Thresa ablatiui casus de thracia. ¶ Solite cõsuete: ut prĩo dies postea nox sit. ¶ Genitrix aurora q̃ solebat eẽ ministra solis & fernabat equos suos quãdo recedebant ab oriente nũc stupet. ¶ Roscida plena rore: quare tũc cadit ros. ¶ Deo soli. ¶ Eoos oriẽtales. Lumina ingressum suum: quare de aurora solẽt egredi equi: ut faciãt diẽ nunc ingrediuntur: ut faciant noctem. ¶ Tingere dicitur sol stabulari & occidere in occeano.

Sero occidisti laniat gnatos patèr:
Artusq3 mandit ore funesto suos:
Nitet fluente madidus unguẽto coma:
Grauisq3 uino, sæpe præclusæ cibum
Tenuere fauces: in malis hoc unum tuis
Bonũ est thyesta: quod mala ignoras tua:
Sibi hoc peribit: uerterit currus licet
Sed ipse titan obuium ducens iter:
Tenebrisq3 facinus obruat tetrum nouis:
Nox missa ab ortu tempore alieno grauis.
Tamen uidẽdum est: tota patefiant mala.

¶ Chorus loquitur.

Q Vo terrarum superumq3 parens
Cuius ad ortus noctis opacæ
Decus omne fugit: quo uertis iter:
Medioq3 diem perdis olympo:
Cur phœbe tuos rapis aspectus:
Nundum seræ nuncius horæ:
Nocturna uocat lumina uesper.
Nundum hesperiæ flexura rotæ
Iubet emeritos soluere currus.
Nundum in noctem uergente die
Tertia misit buccina signum.
Stupet ad subitæ tempora cœnæ
Nundum fessis bobus arator.
Quid te æthereo pepulit cursu:
Quæ causa tuos limite certo
Deiecit equos: nunquid aperto
Carcere ditis: uicti tentant
Bella gigantes: nunquid Tytius
Pectore fesso renouat ueteres
Sautius iras: num reiecto
Latus explicuit monte thyphœus:
Nunquid struitur uia phlegreos:
Alta per hostes: & thessalicum
Thressa premitur pelion ossa
Solite mundi periere uices:
Nil occasus: nil ortus erit.
Stupet eoos assueta deo
Tradere frenos: genitrix primæ
Roscida lucis: peruersa sui
Lumina regni: nescit fessos
Tingere currus: nec fumantes
Sudore iubas mergere ponto.
Ipse insueto nouus hospitio
Sol auroram uidet occiduus:
Tenebrasq3 iubet surgere. nundum
Nocte parata non succedunt

¶ Sed quicqd

¶ Sed quicquid uenit in desperationem si sit nox quare apparerēt sidera uel luna: sed dubitat ne sit finis mundi. ¶ Tegat occultet & cōfundat omnia elementa. ¶ Picti. propter stellas. ¶ Vaga. stellarū aliq̄ sunt fixe aliq̄ errantes: iō dicit uaga. ¶ Dux astrorū sol appellat. ¶ Notas signa. ¶ Brume quādo dies sunt brevissimi. ¶ Nō phœbeis nō erit āplius luna quæ cōpleat cursum i uiginti nouē diebus. ¶ Obuia opposita. quare fumit lumen a sole. ¶ Timores quādo ē nox obscura hoies timent ire. ¶ Vincet. nā luna citius pagit cursum suū q̄ sol iō uincet frem. Habenas cursum. ¶ Curuo limite p cursum zodiaci qui ē circulus flexus. ¶ Ibit. āplius nō erit ordo in cœlo: sed oīa cōfundent. ¶ Hic qui cœlū ē rotundū quinq̄ zonis diuisum q̄ Virg. in geor. recte describit has intersecat zodiacus p trāuersum ferens signa hoc ē planetas unde circulus ipse appellatur signifer. Hic incipit denumerare signa zodiaci aries q̄ principium ē anni: & hic dicit fabulose fuisse qui hellē & phrisum adamātis filios ultra hellespontū trāsfretasse. ¶ Vela quare tpe ueris naute incipiūt navigare. ¶ Ibit in undas cadet de zodiaco in mare. ¶ Hic taurus hic ē quē diximus in hercule furēte pp ioue positū inter astra qđ in boue sit fabulose cōuersus. septē stellas hēt in fronte q̄ subucule appellant. ¶ Prefert hyadas stellas qnq̄ q̄ filie athlātis fuisse dicūtur in cœlū trāslate in ore tauri collocate fuerūt dicēte oui. li. vi. fastorū postera lux hyades taurinæ cornua frontis: euocat & multa terra madescit a qua: nā cū oriūtur & occidunt tē pestates & pluuias faciūt. ¶ Geminos hi fuisse dicūtur fratres castor & pollux. ¶ Curui cācri: cancrum inter astra locatū fabule aiūt: quoniā hercule aliis auxilianté & hydriā de fronte nerayda auferenté saliēs in pede pcusserit. aliter iunonis beneficio inter astra locatus cācer: q̄ cū hercules cōtra hydram lerneā cōstitisset: & ex palude pedem eius mordicus arripuisset: ab eo interfectus é: p̄pterea a iunone inter duodecī signa cōstitutū fuisse. ¶ Leo. leonē aiunt in astra collocatū qđ dominus ferarū & princeps existimat: nōnulli hoc āplius dicunt pp memoriā herculis q̄ leonē ingētem inermis dicit peremisse. ¶ Virgo hic ad aspectum bootis cōstituta ē inter leonē & librā: hanc fabulose hesiodus dicit filiā fuisse iouis & themidis iustā uocatā: ab aliis astre quæ prius terras habitasse dicitur & ob scelera hoīum ad cœlū fugisse: unde dicit terras relictas q̄ iterū per cōfusionē rerū cadet in terras q̄s ipsa reliquerat. ¶ Scorpio a ioue inter astra locatū uolūt: qđ orion cū uenaret: & in eo exercitatissimū se eē cōfideret dixisse ēt diane & latone se oīa q̄ ex terra oriūtur interficere ualere quare terrā p̄mota scorpionē misisse: qui eū iterficere monstrat: ioue aūt utriusq̄ animum admiratū: scorpionē iter astra collocasse: ut spes eius hoībus documentū eēt: ne qs eorū aliqua re sibi cōsideret: dianā aūt pp studiū orionis petisse a ioue: ut illi idē beneficiū daret petēti: qđ terre ultro tribuisset: itaq̄ eū cōstitutū: ut cū scorpius exoriatur occidit orion: scorpius autem propter magnitudinem membrorum in duo signa diuiditur quare effigiem nostri librā dixere q̄ scorpius facit cū chellis suis: & reliquo corpore aliud signū. ¶ Et q̄ neruo hemonio. i. thesalico chiron cētaurus q̄ inter ceteros cētauros iustissimus asclepiū & achillē nutrisse existimabat. pietate igit̄ &. diligētia effecit: ut inter astra numerarent: apud hūc hercules cū diuerteret & simul cū chirone sedēs sagitas cōsideraret. ferē unā earū decidisse supra pedē chironis: & ita eū iterfecisse. alii aute dicūt centaurū miratū: q̄ tā breuibus sagitis tā magna corpa centaurorū interfecerit ipm cōtendere arcū conatum. Itaq̄ ex eius manu sagitā plapsam in pedē eius incidisse pro q̄re iupiter eius misertus iter astra cōstituit. ¶ Spicula: sagitam suā cadēdo. nā sagitis usum fuisse uolūt pp̄terea in formā sagitarii formarū

Astra: nec ullo micat igne polus
Nec luna graues digerit umbras:
Sed quicquid idest: utinam nox sit
Trepidant trepidant pectora magno
Percussa metu: ne fatali:
Cuncta ruinam quassata labent
Iterumq̄ deos hominesq̄ præmat:
Deforme chaos: iterum terras
Et mare, & ignes, & uaga picti
Sidera mundi natura tegat.
Non æternæ facis ex ortu:
Dux astrorum sæcula ducens
Dabit æstatis brumeq̄ notas:
Non phœbeis: obuia flammis:
Demet nocti luna timores
Vincetq̄ sui fratris habenas
Curuo breuius limite currens.
Ibit in unum congesta sinum: turba deorū
Hic qui sacris peruius astra:
Secat, obliquo tramite zonas:
Flectens longos signifer annos.
Lapsa uidebit sydera labens.
Hic qui nundum uere benigno:
Reddit zephyro uela tepenti:
Aries, præceps ibit in undas.
Per quas pauidam uexerat hellen,
Hic qui nitido taurus cornu:
Perfert hyadas: secum geminos
Trahet & curui brachia cancri.
Leo flammiferis æstibus ardens:
Iterum e cœlo cadet herculeus:
Cadet in terras uirgo relictas.
Iusteq̄ cadent pondera libræ.
Secumq̄ trahent scorpion acrem.
Et qui neruo tenæt hæmonio:

¶ Pigram.post sagitarium sequitur capricornus ad occasum spectans:& totus in zodiaco circulo deformatus cauda toto corpore medius diuiditur ab hyemali circulo suppositus aquarii manu sinistra:occidit ꝑceps:exoritur aũt directus.Huius effigies similis é egipani qué iupiter qd' cum eo erat nutritus in sideribus esse uoluit.ut caprá nutricé:de qua ante diximus. Hic ét dicitur cũ iupiter titanas oppugnaret primus obiecisse hostibus timorem'qui paniscos appellatur: ut ait erat osthenes. Habet cornua capre in capite:& est forma humana: habet pedes caprinos:unde egloceros appellatur:egos capra dicit': ceras cornu'quare habet cornua caprina.quando sol est in capricorno est solstitiũ hyemale:in cancro estiuale. ¶ Pigram quæ facit homies pigros. ¶ Quisquis est:dicit ad aquariũ qui pedes habet ĩ hyemali circulo defixos:manũ sinistrá usq; ad capricorni tergus porrigés:dextrá iubá pegasi prope coniungés spectat ad ortũ qui cum ita sit figuratus:necesse est corpe ꝓpe resupinato uideri.Effusio aquæ ꝓuenit ad eũ piscem qui solitarius figuratur aquariũ plures ganymedé esse dixerũt qué iupiter ꝓp pulchritudinem corporis ereptũ paré tibus deoꝝ ministrũ fecisse existimat'.Itaq; ostenditur:ut aquã aliquãdo infundens.Egesias aũt dicit dencalioné fuisse quo regnãte fuit diluuiũ.Vnde dicit ibi.Quisquis es uel Ganymedes:uel dencalion. ¶ Pisces:horum alter notius alter boreus appellatur:iõ q; unus eoꝝ qui borus dicitur inter equinoctialé & estiuũ circulũ sub andromede brachio collocatur:& articũ polũ spectans cõstituit'. Alter aũt est in zodiaco circulo extremo sub scapulis nõ lõge ab eqnoctiali circulo colocatus spectás ad occasum.unde dicit.¶ Vltima: quare sunt ultimi in zodiaco. ¶ Monstra.& in summa oía cõfundentur simul quecunq; monstra sunt in cœlo: ¶ Gurges mare. ¶ Condens: abscõdens merget illa signa quæ nũq; occidũt supra nos. ¶ Lubricus anguis hic é inter ambas arctos maximus flexuoso corpe qui utrãq; arturũ semicingit hũc fœreci des dicit iter astra collocarũ:eo q; tũ nuberet a iue iuno diis offerẽtibus munera:terra quoq; obiulit aurea mala cũ ramis:quibus in deorũ orto q erat apud athlanté plantatis:ut his quotidie uirgines letarẽtur:custos constitutus é orti hepidũ & ab hercule interfectus:ut hént fabule & a iunone inter sidera collocatus. ¶ Fluminis é serpés reuolutus in modum fluminis:& iter sinus habet ãbas ursas. ¶ Cynosura.ursa minor de q̃ Luc. te regnis cynosura subit:tu sica ꝓfundo mergære plaustra putas. ¶ Frigida quare ad polum borealé posita é ¶ Arctophilax dicitur arctos siue urse philax.i. custos:ut Ci.li.ii.de nat.deo. Referens uersus aratti ait arctophilax uulgo q dicitur esse bootes:hũc arcadé calistonis filiũ fuisse dicũt:iõ booté appellatũ:ga arctio q̃ plaustrũ dicta fuit agitare dicit'.unde ibi dicit custos sui plaustri.i.urse. ¶ Tardus.piger. ¶ Nõ ita bilis nunq̃ occidés ursa fiet nũc mobilis quare ruet de gradu suo:& oía miscent'. ¶ Nos qritur q; iste populus solus sit pp quẽ tanta mala eueniant. ¶ In nos pp mala nostra. ¶ Abeãt nimis é uitæ cupidus q non uult mori oĩbus aliis morientibus:itaq; nõ oportet ut lamentamur.

Pennata senex spicula chiron.
Rupto perdet spicula neruo.
Pigram referens hyemem gelidus:
Cadet egloceros frangetq3 tuam
Q uisquis es urnam tecum excedent
Vltima cœli sydera pisces.
Monstraq3 nunquam perfusa mari:
Merget condens omnia gurges.
Et qui medias diuidit ursas:
Fluminis instar lubricus anguis.
Magnoq3 minor iuncta draconi:
Frigida duro cynosura gelu.
Custosq3 sui tardus plaustri.
Iam non stabilis ruet arctophylax.
Nos e tanto uisi populo
Digni:premeret quos euersor
Cardine mundus:
In nos ætas ultima uenit:
O nos dura sorte creatos:
Seu perdidimus solem miseri;
Siue expulimus.
Abeant quæstus:discede timor.
Vitæ est auidus:quisquis non uult
Mundo secum pereunte mori.
Actus quintus. Atreus solus loquitur.
O Qualis astris gradior:& cũctos sup
Altũ supbo uertice attigens cœlũ.
Nunc decora regni teneo:nũc soliũ patris.
Dimitto superos:summa uotorum attigi.
Bene est:abũde est:iam satis etiã est mihi:
Sed cur satis sit:pergam & implebo patrẽ:
Funere suorum:ne quid obstaret pudor:

O Qualis.hic é initiũ quĩti actus ubi atreus sibi cõgratulat' fecisse uindictã de frẽ:& thyestes cognoscet se comedisse filios. Sic ergo loqtur secũ atreus uideor:ut tangã astra uertice. ¶ Nunc decora. uideor nũc habere regnũ antea nõ uidebar rex cũ paterer tot iniurias. ¶ Soliũ sedes est regia. ¶ Dimitto supos nolo ãplius fatigare deos uotis meis:quare satis feci aĩo meo & uindictæ. ¶ Mihi hét ephasim :qsi mihi q cupio crudelissima satis factũ é:postea emẽdat se & dicit adhuc uolo q; bibat sanguiné suorũ & cognoscat se comedisse filios:nõ relinquã ipm ãplius in tãta leticia ĩ cõuiuio. ¶ Obstaret:securus erat ĩ tãta eclipsi atreus:ridẽsq; deos dicit dies recessit:hoc é facte fũt tenebre ne pudor ĩpediret ad qd piá scelus. nã de nocte nõ solemꝰ tãtũ uerecũdari q̃tũ de die:ut diẽ oui. Lux inimica puellis q̃ solét de facili uerecũdari.

¶ Perge.

Dies receſſit:perge dum cœlum uocat.
Vtinam quidem tenere fugientes deos
Poſſem,& coactos trahere:ut ultricẽ dapẽ
Omnes uiderent:q̃ ſatis eſt uideat pater:
Etiam die nolente:diſcutiam tibi
Tenebras:miſerie ſub quibus latitant tuæ,
Nimis diu conuiua ſecuro iaces:
Hilariq3 uultu:iam ſatis mẽſis datum eſt:
Satiſq3 baccho:ſobrio tanta ad mala
Opus eſt thieſte:turba famularis fores
Templi relaxa.feſta patefiat domus:
Libet uidere capita natorum intuens
Quos det colores:uerba quæ ꝓmus dolor
Effundat:aut ut ſpiritu expulſo ſtupens:
Corpus rigeſcat:fructꝰ hic operis mei eſt:
Miſerum uidere nolo.ſed dum fit miſer
Aperta multa tecta collucent face:
Reſupinus ipſe purpura atq3 auro incubat
Vino grauatum fulciens leua caput.
Eructat omem cœlitum excelſiſſimum
Regumq3 regem:uota tranſcendit mea.
Statur eſt:capaci ducit argento merum.
Ne pãrce potu:reſtat etiam nunc cruor
Tot hoſtiarum:ueteris hinc bacchi color
Abſcõdet:hoc hoc mẽſa claudatur ſypho
Mixtum ſuorum ſanguine:genitor bibat.
Meum bibiſſet:ecce iam cantus ciet.
Feſtaſq3 uoces:nec ſatis menti imperat.

Solus thyeſtes loquitur.

PEctora longis hebetata malis
Iam ſolicitas ponite curas
Fugiat mœror:fugiatq3 pauor.
Fugiat trepidi comes exilii
Triſtis ægeſtas:rebuſq3 grauis
Pudor afflictis:magis unde cadas
Quam quod refert:magnum ex alto
Culmine lapſum.ſtabilem in plano
Figere greſſum magnum ingenti:
Strage malorum preſſum:fracti
Pondera regni:non inflexa:
Ceruice pati:nec degenerem
Victumq3 mali:rectum impoſitas
Ferre ruinas:ſed iam ſeui
Nubila fati pelle ac miſeri
Temporis omnes dimitte moras
Redeant uultus ad leta boni.
Veterem ex animo mitte thyeſtem.
Proprium hoc miſeros ſequitur ui.ium:

¶ Perge.exortatur ſeipſum. ¶ Fugientes. qui uidentur fugere pp tenebras. ¶ Diſcutiam. ueniẽs dicit hæc uerba:expellam tenebras luminibus:ut uideat miſeriã ſuam. ¶ Sobrio.nolo ipſum ebriũ: ſed ſobrium:ut cognoſcat malum ſuũ: & poſſit uehementius dolere. ¶ Turba.iubet famulos aperire portam:ut capita filiorum & manu patri oſtẽdat. ¶ Laxa aperi. ¶ Intuens. uolo uidere quãdo pater intuebitur capita filiorum quos colores habebit uel paleſcet:uel rubeſcet. ¶ Rigeſcat congelabitur:cũ ſanguis in magno dolore cũrat ad præcordia. ¶ Aperta atreus uidet a longe fratrem & inter ſe loquitur oĩa iſta. ¶ Incubat ſedet ornatus purpura. ¶ Fultiens ſuſtẽtans. ¶ Eructat.nam uidetur oſtendere ſuperbiam ſuam qua uidetur ſibi eſſe deum & regem regum. ¶ Vota fecit pluſquã deſiderabam uolebam:ut guſtaret corpora filiorum:ſed ipſe comedit ad ſaturitatem. ¶ Ducit bibit. ¶ Ne parce dicit ad eũ atreus ſed thyeſtes nõ audit. ¶ Potu caſus datiui:noli timere q̃ tibi deficiet. ¶ Hoſtiarum filiorum tuorũ. ¶ Veteris miſcebo ſanguinẽ cũ uino ne ipſe cognoſcat. ¶ Claudatur finiatur. ¶ Scyfo poculo. ¶ Meum bibiſſet occurrit ſibi atreus uis facere tantam crudelitatẽ ita quare bibiſſet meũ & ego uolo q̃ bibat ſuum. ¶ Ecce dat locum ſequenti ſcene: quare thyeſtes ebrius cantabat. ¶ Menti imparat.ideſt non ſatis compos mentis ſue.

PEctora.ſcribitur uerſu dimetro anapeſtico:ut ſupra turbine magno. Hic eſt cantus thyeſtis qui erat in cõuiuio: & repræhẽdit ſeipſum:q̃ nõ poterat lætari: quãuis eſſet in regno: unde neſcit cauſam & loquitur per modum dialogi intra ſe. ¶ Pectora loquit ad pectus ſuum. ¶ Hebetata.indurata pp longam cõſuetudinem malorum. ¶ Refert pluris mometi eſt. ¶ Quam quo ſupple iterum cadas quãdo homo habet malam fortunã:non tantum dolet q̃tũ ſi fuerit in alto ſtatu & ad infimum ueniat. Culmine ſtatu:magna res eſt & difficilis tollerare æquo aĩo malam fortunam cum ceciderit ab alto. ¶ Plano contrarium culminis:ſnĩa eſt quando quis laplus ẽ de ſublimi gradu:eſt magnum ideſt difficile poſſe pati. ¶ Preſſum grauatum. ¶ Strage malorum ingenti cumulo malorũ. ¶ Nõ inflexa a ſimili de uno qui habet pondus in collo: opus ẽ:ut ſe inclinet:ita eſt neceſſe hominem deiectũ a ſtatu ſuo dolere. ¶ Nec de generem ẽ quaſi eadẽ ſententia:ẽ impoſſibile q̃ nõ ſit dimiſſus. ¶ Sed iam nunc non ſunt iſte cauſe in me propterea deberẽ lætari. ¶ Nubila triſtia. Veterem thyeſtem uultũ & triſticiam quã habebas in exilio. ¶ Proprium quando unus ſolitus eſt pati multa aduerſa: & ſi illi rideat fortuna:timet tũ ſemp cadere i aduerſis.

¶ Vetas:quare nõ dimittis me gaudere dolor cuius causam non satis cognosco. ¶ Vernæ rosæ.q̃ solent tempore ueris florere:erat consuetudo antiquorum:ut coronati discũberent:& unguentati quibusdam præciosis aquis. ¶ Stetit crines stãt erecti propter timorem. ¶ Libet ex tristicia ẽ mihi impetus lacerandi uestes. ¶ Infaustos miseros. ¶ Saturas tinctas colore purpure. ¶ Fœra.crudelis & est similitudo a tẽpestate futura nautis. ¶ Instat cito uentura. Quos tibi repræhẽdit seipsum dicens q̃ non opus ẽ timere:uel si timendum est: frustra fieri cũ iam sit in potestate frs. ¶ Magna uoluptas nescit an ille lachrime ꝓcedant ex timore uel ex uoluptate ingenti quæ quandoq̃ facit lachrymas.

Festum.Ingreditur atreus locũ ĩ quo erat thyestes exhortaturq̃ eũ ad letãdum & bibendum:dicens q̃ nũc sibi uidetur uere habere regnũ:ille aũt respondet q̃ satis satur est & letus dũ uideat filios suos:atreus ait uidebis q̃ primum porrigitq̃ illi sanguinem ad bibendum:& cum thyestes leuaret paterã manu uisum est sibi ferre ingens onus:postea atreus iussit portare capita filioꝝ illiq̃ dixit hic sunt filii quos maxime desiderabas:uide & satiare aspectu. Pari concordi. ¶ Saties.satietas satis bibi & comedi. ¶ Fœlici.ſ.mihi. Cumulus augmẽtatio. ¶ Hic eẽ ingenium pœte dicit unum:& intelligit aliud: noli habere ullam curam:sunt in loco turo & incomplexu tuo:uult dicere q̃ habet eos in uentre:quare comedit ipsos. ¶ Ora.sed postea quare uis uidere ora & faciem eorum:ostendam tibi. ¶ Turba.quare omnes dederat epulandos. ¶ Nunc in hoc mentitur:quare non erant in conuiuio cum filiis suis. ¶ Meis.ſ.natis colunt sunt in una mẽsa. ¶ Acientur.euocabuntur:sed interim accipe hoc poculum simulq̃ bibamus. ¶ Gentile quod fuit gẽtis nostre. ¶ Paternis.sed prius uolo libare diis nostris:quando in fundere diis libatio dicebatur: bibam postea:sed dum haberet ĩ manu pateram ponderabat nimis:nec illam sustinere poterat.

Nũquam rebus credere lætis.
Redeat fœlix fortuna licet:
Tamen afflictos gaudere piget.
Quid me reuocas festumq̃ uetas?
Celebrare diem?quid flere iubes?
Nulla surgens dolor ex causa:
Quis me prohibet flore decenti
Vincere comam?prohibet & prohibet.
Vernæ capiti fluxere rosæ:
Pingui madidus crinis amomo:
Inter subitos stetit horrores.
Imber uultu nolente cadit.
Venit in medias uoces gemitus:
Mœror lachrymas amat assuetas
Flendi miseris dira cupido est:
Libet infaustos mittere questus:
Libet & tyrio saturas ostro:
Rumpere uestes:ululare libet.
Mittit luctus signa futuri
Mens ante sui præfaga mali.
Instat nautis fera tempestas:
Cum sine uento tranquilla tument.
Quos tibi uultus?quos ue tumultus?
Fingis demens?credula præsta
Pectora fratri:iam quicquid id est:
Vel sine causa:uel sero times.
Nolo infœlix sed uagus intra
Terror aberrat:subditos fundunt
Oculi fletus:nec causa subest
Dolor an metus est:an habet lachrymas
Magna uoluptas.

Atreus & Thyestes. Atreus loquitur.

Festum diem germane cõsensu pari
Celebrem?hic ẽ q̃ sceptra firmet mea
Solidamq̃ pacis alliget certę fidẽ.
thy.saties dapis me,nec min?bacchi tenet.
Augere cumulus hic uoluptatem potest.
Sic cum meis fœlici:gaudere datur.
Atre.Hic eẽ gnatos crede:ĩ ãplexu patris
Hic sunt eruntq̃:nulla pars prolis tuæ
Tibi subtrahetur:ora quæ exoptas dabo
Totumq̃ turba iam sua implebo patrem:
Satiaberis:ne metue:nunc mixti meis:
Iocunda mensæ sacra iuuenilis colunt:
Sed acientur poculum infuso cape
Gẽtile baccho. Thy.capio fraternæ dapis
Donum:paternis uina libenter deis
Tũc hauriãtur:sed qd hoc:nõ uult manus

¶ Admotus.

Parere:crescit pondus:& dextram grauat:
Admotus ipsis bacchus a labris fugit:
Circaq3 rictus ore decepto effluit:
Et ipsa trepido mensa subsiluit solo:
Vix lucet ignis ipse:quin æther grauis
Inter diem noctemq3 desertus stupet:
Quid hoc magis magisq3 cõcussi labant:
Conuexa cæli:spissior densis coit
Caligo tenebris:noxq3 se in noctẽ abdidit
Fugit omne sidus:quicquid ẽ fratri precor
Gnatisq3 parcat:omnis in uile hoc caput
Abeat procella:redde iam gnatos mihi
Atre.reddã & tibi illos null9 eripiet dies:
Thy.quis hic tumult9 uiscera exagitat mea
Quid tremit intus:sentio impatiens onus
Meũq3 cũ gemitu non meo,pectus gemit.
Adeste gnati:genitor infœlix uocat:
Adeste uisis fugiet hic nobis dolor:
Vnde obloquũtur.atre.expedi ãplex9 pater
Venere:gnatos ecquid agnoscis tuos?
Thy.Agnosco fratrẽ,sustines tantũ nefas
Gestare tellus:non ad infernam styga
Te nosq3 mergis:rupta & ingenti uia:
Ad chaos inane regna cum rege arripis?
Non tota ab imo tecta conuellens solo
Vertis mycenas:stare circa tantalum:
Auosque nostros:siquis intra tartara est:
Vterque iam debuimus:hinc compagibus
Et hinc reuulsis:nunc tuam ĩmani sinu
Dimitte uallem:nosque defossos tege
Acheronte toto noxie supra caput
Anime uagentur nostrum:& ardẽti freto:
Phlegeton arenas igneus totas agens:
Exitia supra nostra uiolentus fluat.
Immota tellus pondus ignauum iaces:
Fugite superi:
Atre.Recipe hosce citius:liberis tãdẽ tuis
Diu expetitis nulla per fratrem est mora
Fruere:osculare:diuide amplexus tribus:
thy.hoc fœdus:hæc ẽ gratia:hæc ẽ frĩs fides
Sic odia ponis:non peto incolumes patri
Natos ut habeam.scelere quod saluo dari
Odioq3 possit:frater hoc fratrem rogo:
Sepelire liceat:redde quod cernas statim
Vri:te genitor nil habiturus rogo
Sed pditurus.Atre.Quicquid e natis tuis
Superest hẽbis:quodq3 nõ supereſt:habes
Thy.Vtrũ ne scæuis pabulũ alitibus iacẽt.

¶ Admotus bacchus uinũ dum appropinquo labris meis non uult intrare os meum. ¶ Decepto. quare cum uult bibere extra funditur. ¶ Rictus os.sed proprie de bestiis dicitur os acutũ. ¶ Trepido solo tremit terra & mẽsa. ¶ Ignis.quare erãt accense faces. ¶ Conuexa.quod est curuatum superius:ut celum. ¶ Coit densatur & obscuratur. ¶ Parcat.nõ fit in malum fratris mei:nec filiorũ meorum:de me autem nihil rogo. ¶ Vnde sentiebat murmur:unde hoc audio filios meos & non uideo. ¶ Ecquid.nũquid isti sunt filii tui. ¶ Agnosco.thyestes dicit non cognosco filios: sed fratrẽ crudelissimum: exclamatq3 ad tellurẽ ut se ipsum aperiat:absorbeatq3 ad inferos tãta scelera. ¶ Stiga.paludem inferni. ¶ Vertis.a fundamentis ut omnes descenderemus ad inferos. ¶ Vterq3 ego & frater. ¶ Si quis.si nostri maiores & mali puniunt apud inferos:nos debuimus puniri. ¶ Iaces. non moueris: tu sola terra nõ moueris cum iam sol & omnia sidera fugerunt tanta scelera. ¶ Recipe.gaudebat atreus de tanto dolore fratris petitq3 ut ora filiorum deosculetur Thyestes autem ignorans adhuc se comedisse illos: uidens tãtum capita eorum rogat atreum ut saltem sepeliãtur. ¶ Nulla.parenthesis est. ¶ Fratrem.s.me non impedio quin fruaris filiis tuis. ¶ Saluo.quare non perdendo odium potes hoc mihi dare. ¶ Genitor.scilicet ego. ¶ Perditurus illos comburendo. ¶ Habes. Atreus dixit libenter dabo qd̃ restat: nã quod non est tu habes:uult dicere.s.in uentre.

¶ Sine exitu: ſine uia ac exeundum. ¶ Luctatur. uult exire & non poteſt: da frater rogo te da illū gladiū quo occidiſti filios meos: quare habet multum mei ſanguinis & aperiam uetrem meum ut exeant. ¶ Negatur nō uis dare aperiam pugnis & planctu. ¶ Concuſſa. fracta. ¶ Illiſo. per uim immiſſo. ¶ Suſtine. dum ſe uerberaret: reprimit manum dicens quid facis uerberādo te quare etiam uerberas filios quos intus habes: parce ſaltē mortuis. ¶ Suſtine. reprime. ¶ Vmbris. animabus filiorum. ¶ Caucaſi. qui mons eſt indie ex eo lateræ quo ad ſeptentrionem eſt contermina ſcythie: ut teſtis eſt Plinius li. vi. naturalis hiſtorie ob qđ dicit Seruius montem eſſe ſcythæ. ¶ Henyochus. populus iuxta colcos ferus in monte caucaſo: iſti quāuis ſint crudeles: nunq̄ fecerūt nec audiuerūt tale nefas. ¶ Procuſtes. latro famoſiſſimus ī agro athenienſi hoſpites interficere ſolitus. ¶ Cecropiis. atheniēſibus a cecrope rege. ¶ Modus. finis ¶ Reponas uindicas te. ¶ Vbi. quādo. ¶ Hoc. ēt quod factum eſt parū mihi uidetur uoluiſſem feciſſe maius: debebam his uiuentibus dare tibi ſanguinem eorū. ¶ Verba. cupiditas uindictæ fecit me accelerare & dimittere multa crudeliora quæ uoluiſſem facere. ¶ Verba dare. eſt decipe. ¶ Aggeſſi. congregaui manibus meis ignem ut coquerentur. ¶ Melius pater. niſi acceleraſſem uindictam feciſſem te interficere filios tuos. ¶ In caſſum. in uanum: potuiſſem multa alia facere. ¶ Scidit. lacerauit comedendo. ¶ Neſciens. ignoranter. ¶ Vota. audite me: quare res ueſtra agitur: uolo facere pro uobis uota nō pro me quare credo deos omnes mihi infenſos: ſed rogabo pro elementis ne mutetur ordo nature. ¶ Proſpiciunt. habēt reſpectū in uos & ꝓ utilitate uſa. ¶ Tu ſumme. rogat louē ut inducat nubes obſcuriores q̄ ſint & uētos & fulmia q̄ cōburāt ipm & frēm & tecta nſa.

An belluis ſeruantur an paſcunt feras
Atre. epulacus es ipſe impia natos dape.
The. Hoc ē deos qđ puduit. hoc egit diē
Aduerſum in ort⁹. quas uoces miſer dabo
Q ueſtuſq3 quos: q̄ uerba ſufficient mihi:
Abciſa cerno capita & auulſas manus
Et rupta fractis cruribus ueſtigia.
Hoc eſt qđ auidus capere nō potuit pater.
Voluuntur intus uiſcera: & clauſum nefas
Sine exitu luctatur: & querit uiam:
Da frater enſem: ſanguis multum mei
Habet ille: ferro liberis demus uiam.
Negatur enſis: pectora illiſo ſonent
Concuſſa planctu: ſuſtine infœlix manum
Parcamus umbris. tale quis uidit nefas:
Q uis inhoſpitalis caucaſi rupem aſperam
Henyochus habitās: qſue cēropiis metus
Terris procuſtes. genitor an natos premo
Premorq3 natis: ſceleris ē aliquis modus.
Atre. ſceleri mod⁹ debetur ubi facias ſcel⁹
Nō ubi reponas: hoc quoq3 ē exiguū mihi
Ex uulnere ipſo calidum ſanguinem in tua
Diffundere ora debui: ut uiuentium
Biberes cruorem: uerba ſunt iræ data
Dum ꝓpero: ferro uulnera impreſſo dedi
Cecidi ad aras: cede uotiua focos
Placaui: artus & corpora exaīa amputans.
In parua carpſi fruſt⁹a: & hæc feruentibus
Demerſi ahenis: illa lentis ignibus
Stillare iuſſi membra neruoſq3 abſcidi
Viuentibus: graciliq3 traiecto ueru
Mugire uibras uidi: & aggeſſi manu mea
Ipſe flammas: omnia hæc melius pater
Feciſſe potuit: cecidit in caſſum dolor.
Scidit ore natos impio ſed neſciens:
Sed neſciētes. Thy. Clauſa littorib⁹ uagis
Audite maria. uoſq3 audite hoc ſcelus
Q uocunq3 difugiſtis. audite inferi
Audite terræ noxq3 tartarea grauis
Et atra nube uocibus noſtris uaca.
Tibi ſum relictus: ſola tu miſerum uides.
Tu quoq3 ſine aſtris: uota nō faciā ī proba.
Pro me nihil precabor. & quid iam poteſt
Pro me eſſe: uobis uota proſpiciunt mea.
Tu ſumme cœli rector æthereæ potens
Dominator aulæ: nubibus totum horridis
Conuolue mundū: bella uentorum undiq3
Cōmiſce, & omni in parte uiolentū intona:

¶ Minore.

¶ Minore.fulmine.ſed mitte talia qualia miſiſti in gigantes. ¶ Tergemina moles.magnitudo illoꝝ triũ montium ſuper impoſitoꝝ a gigantibus uidelicet oſſan:pelion:& olympũ. ¶ Pares.ita magni ſicut montes. ¶ Torque.cũ impetu mitte. ¶ Amiſſum.perditũ. ¶ Fulminibus.quæ faciãt claritaté in tantis tenebris. ¶ Cauſa.ſi dubitares quẽ deberes punire me tamen ꝓtinus puta hére malam cãm:& fulmine triſulco pete dicit. Triſulcũ fulmen qđ tres habet angulos uel tres poteſtates:ſcindit:cõburit & afflat. ¶ Nũc credo.nunc puto filios meos eſſe natos ex me &. ¶ Reddo fidẽ thoris.ãplius nõ curo nec credo qꝫ cõcubueris cũ uxore mea poſtq̃ feciſt uindictam. ¶ Natos paréti:appoſuiſti.ſ.comedẽdos. ¶ Quid cõiugales.tu nõ uocas deos nuptiarũ quos tu exoraſti. ¶ Penſat.cõpenſat unũ cũ alio. ¶ Scio.quare lamẽtaris ꝑueni te: uolebas facere mihi qꝫ feci tibi dare filios meos mihi comedẽdos. ¶ Tangit. mouet & dat tibi pœnam. ¶ Quod hauſeris.i.comederis. ¶ Adiuuante matre.uxore mea quã ſtupraſti. ¶ Leto.morte. ¶ Tuos putaſti.credo feciſſes ſimile mihi niſi putaſſes illos eé filios tuos. Liberis tuis.atreus dicit nõ trado te puniendũ diis: ſed filiis tuis quos habes in uétre:& te cruciét.

Manuq3 non tecta qua & ĩmeritas domos
Telo petis minore:ſed qua montium
Tergemina moles cecidit:& qui mõtibus
Stabant pares gygãtes hæc arma expedi:
Igneſq3 torque:uindica amiſſum diem.
Iaculare flammas:lumen ereptum polo
Fulminibus exple:cauſa ne dubites diu
Vtriuſq3 mala ſit:ſi minus:mala ſit mea.
Me pete triſulco telo:flammeam facem
Per pectus hoc tranſmitte:ſi natus pater
Humare & igni tradere extremo uolo.
Ego ſum cremandus:ſi nihil ſupos mouet.
Nullumq3 telis impios numen petit.
Aeterna nox permaneat & tenebris tegat
Immenſa longis ſcelera:nihil titan queror.
Si pſeueras Atre.Nũc meas laudo manus
Nũc parta uera eſt palma.perdideraſ ſcelꝰ
Niſi ſic doleres:liberos naſci mihi
Nunc credo:caſtis nunc fidem reddo toris
Thy.qđ liberi meruere.atre qđ fuerãt tui.
thy.natos penti.atre.fateor.& qđ me iuuat
Certos. Thy.Piorũ preſides teſtor deos.
atre.qđ cõiugales.thy.ſcelere qs pẽſat ſcelꝰ
Atre.Scio qđ q̃raris ſcelere ꝓpto doles.
Nec qđ nefandas hauſeris tangit dapes.
Quod non pararis:fuerat hic aĩus tibi:
Inſtruere ſimiles inſcio fratri cibos.
Et adiuuante liberos matre aggredi.
Similiq3 leto ſternere:hoc unũ obſtitit
Tuos putaſti. Thy. Vĩdices adierũt dii:
His puniendum uota te tradunt mea.
Atre. Te puniendum liberis trado tuis.

¶ Thebais tertia tragœdia incipit.

Qact9 ꝑm9 edip9 & antigõe.edi.loqtur.

CEci parentis regimen ac feſſi unicũ
Patris leuamen nata:quã tãti ẽ mihi

Eci parentis. Titulus huius tragœdie eſt thebais.œdipus thebarũ rex fuit.laii filius:& iocaſte: quẽ cum prægnans mater utero gereret:de futura prole cõſuluiſſe Apollinẽ pater dicitur. Cũq3 reſponſum ab eo accepiſſet:mori eũ manu naſcituri infantis oportere:natum cuſtodi armentorũ ſuorum necãdum tradidit:qui dũ etati cõpatitur:& ſimul regi obtẽperare cõtendit:ꝓforatis infantis pedibus:& trãſmiſſo uimine ſuſpendit ad arboré: q̃ſi mox ĩ edia moriturũ. Seneca ait.me deo teſte damnauit parens. Calidoq3 teneros trãſiit ferro pedes:Et ĩ alta nemora pabulum miſit feris. Sed cum forte ea tranſiẽs phorbas polypi regis corinthiorũ paſtor infantis uagitũ audiſſet:eo ex templo profectus: puerũ pedibus iam tumenté conciſis uinculis ſub ſtulit:& corinthio cuidam donauit:q eũ lætus accepit:& ad meropẽ polipi regis uxorem ꝓductũ: qđ liberis careret:dono illi dedit:hec eũ uiro pariter quaſi filium celitus miſſum educauit:& a pedum tumore uocauit:Oedipodẽ:noſtri ét Oedipum dicunt.hic cũ aliquando thebas perrexiſſet: cõperta ibi Sphinge eius enigma diſſoluit:ac mõſtrum interemit:unde obſcurarũ rerũ interpræs eſt dictus. Terentius.dauus ſum: nõ œdipus. Plautus.nã iſti quidẽ eraclide orationi œdipi opus eſt cõiectura:qui Sphingis enigma diſſoluit. Sphinx monſtroſum ethiopie aĩal eſt ꝺimiarum genere: fuſco pilo:mãmis in pectore geminis:ad hoĩs ſpeciem accedens ſolo pilo:& ſolitudine ferã aſſimilante:pœtę facié hére uirginis fingunt.pénas aſ ium:peds leonis. Diodorus.œdipus orta ĩter phocenſes ſeditione:ira accẽſus Laium parenté inſcius occidit. Sphinx belua biformis thebas eo tempore ueniſſe traditur:præpoſuiſſeq3 enigma: qđ non ſolueret:periret. Inde plæriq3 ob rẽ ambiguam ac per obſcuram interempti:ſoluenti locaſte connubium:& thebarum regnum ꝓpoſitum præmiũ erat:præter œdipum ſoluere potuit nemo.id erat huiuſmodi Quod nã animal bipes:idem tripes:ac quadrupes foret:cæteris ambigentibus œdipus hominem eſſe aſſeruit:qđ infans quattuor pœdibus obrepat:& annis confirmatus duobus incedat:ſenior tribus: quoniam ſcipione quaſi tertio pede utatur. Sphinx ſuo iudicio uicta ex editiore loco ſeſe præcipité dedit œdipus locatã neſcius matré eſſe ſiquidem ab oĩbus polypi Corinthiorum regis filius putabatur: duxit uxorem Et thebarum imperium adeptus é. auſonius illa etiam thalamos per tertia enigmata quærens:

Qui bipes:& quadrupes foret & tripes oĩa solus:terruit aoniam uolucris Leo: Virgo triformis. Sphinx uolucris pẽnis pedibus:fera:frõte puella. Oedipus susceptis quattuor filiis: demũ cognoscens se patrem interfecisse:& matris thoros iniuisse:regnũ relinquẽs filiis:se ipsum execauit:ppetuisq; tenebris se ipsum damnauit:filii aũt etheocles & polynices alternis annis regnare statuentes fœdus statuerunt: polynices primo anno exulans ad rastrũ regem argiuoꝝ adiuit:uxorẽq; eius filiam argiã duxit: cum in regnũ thebarũ redire uellet a fratre etheocle qui primis annis regnabat. repellebatur:unde facto maxio bello fratres se mutuis uulneribus interfecerunt. unde ibi introducit iocasta mater quæ uult illos pacare desuadendo polynici filio ne uellet ire cõtra patriã:& hæc erit materia huius tragœdie. In primo actu introducuntur œdipus & antigone quæ patri cæco ducatũ præstabat disputantes inuicẽ: rogat filiã ut deserat ipsum:quare potius uult mori q̃ uiuere. In secũdo dicetur bellum ortum inter fratres. In tertio filia quæ rogat iocastã matrẽ ut uelit sedare fratres. Quarto persuasio matris iocaste ad polynicem ne uellet suscipe arma aduersus patriã. Et nõ sunt plura:ideo ista tragœdia imꝑfecta ẽ. quare nõ sunt ꝑfecti actus & desunt chori. ¶ Nata. antigone appositiue regimen & leuamen:solent fabule incipere a medio ista incipit a recessu. ¶ Tanti. p̃cii sum cõtentus genuisse te ét de matre mea. ¶ Vel sic. s. turpiter. ¶ In recta. qd opus ẽ ut amplius regas me uellã p̃cipitari. ¶ Labi. cadere. ¶ Viã. melius ibo in præcipitiũ ut moriar si me dimittis. ¶ Solus. sine duce. ¶ Leuet teras. quæ sunt grauate aspectu meo. ¶ Quantulũ. nimiũ est quod me obcecaui ut nõ uiderem diem consciũ. ¶ Meæ noxe. culpe & sceleris:sed alii uident me. ¶ Hinc. quare tenebat eũ filia. ¶ Prærupta. alta:ubi nõ ẽ uia facilis. ¶ Protendit. porrigit. ¶ Cytheron. mons ꝑpe thebas. ¶ Qua. scilicet parte. ¶ Acteon. nepos cadmi a diana mutatus in ceruum:& a canibus suis laceratus:ut plane scribit Ouidius. ¶ Qua. s. pte Pentheus laceratus fuit a matre agaue ut diximus supra. ¶ Mater. scilicet agaue. ¶ Exigit. duxit. ¶ Sorores. s. bacchantes. ¶ Instinctas. furiatas deo baccho. ¶ Malo. s. suo cum occidisset filium quẽ putabat aprum. ¶ Caput. s. penthei. ¶ Vibrante tirso. cõcutiente hasta inuoluta pampinis qua utebãtur in sacrificiis bacchi. ¶ Vel qua cucurrit. alia ẽ fabula: Lycus thebarum rex cum prius antiopam uxorẽ hẽret quæ a ioue cõuerso in formã satyri grauidata fuerat ab illo tanquã adultera derelicta ẽ:& dircem superduxit quæ semel in suspitionem adducta ne cum antiope lycus concubuisset antiopam ipsam carcerari fecit quæ instante partus tempore & a gente loue uincula rupit: Ac in monte cytherone pariẽs natos exposuit:quos pastor inueniens:pro suis educauit. Sed tractu temporis a matre recogniti & in ultionem iniuriarum inducti lycum interfecerunt: & thebanorum regno occupato Dircem nouercam in domitorum taurorum cauda distrahendam alligarunt:qui cum usque ad locum limpidissimi fontis illam traxissent:fingunt poetæ in fui nominis fontem conuersam fuisse. Quare dixit Ouidius in ibin Per quæ feros montes tauro rapiente traharis. Vt tracta est coniunx imperiosa lyci. ¶ Vel qua. uel ibo illuc. ¶ Zeti iuuentus. luuenes qui erant cum zetho. ¶ Inuisum. odiosum quare nouerca & pellex matris erat. ¶ Tauri. ubi sunt macule sanguinis qui ostendit uiam per quã iuit ille taurus qui lacerauit dircẽ per illas spinas. ¶ Vel qua alta maria. uel ibo ad illa saxa quæ scyronia uocantur a quibus. ¶ Ino cũ melicerte filio sese proiecit in mare: quæ cadmi: & hermionis filia fuit:& cum athamanti aeoli filio nupsisset:eiq; learchum:& melicertem peperisset:uidẽs ab insano patre learchum occisum sese pre timore cum melicerte e scyronis saxo præcipitem dedit:Sed ambo in marinos deos a neptuno sunt conuersi:illa in leucotheã filius in palemonẽ. Ouidius. leucothea que deum cũ matre palemona dixit Latini leucotheam nuncuparunt albumam:siue albam deam: palemonem uero portunum. ¶ Præmit. sub se tenet. ¶ Alto uertice. impendente mari. ¶ Suum. quod iam factum erat:fugiebat filium mortuum & ibat ad interficiendum alium. ¶ Nouum. mergẽs alium meli certam. ¶ Fœlices. fuerũt isti fortunati qui habuerũt matres tales: uoluissem habuisse matrem quæ me infantem quoq; interfecisset quare non cõmisissem tanta scelera. ¶ Bonas. secũdum intentionem suam. ¶ Est alius. ¶ Est locus qui me reposcit ad mortem: olim in citherone expositus fuerã infans ut ibi perirem: nunc

Genuisse uel sic: desere infaustum patrem
In recta quid de flectis errantem gradum
Permitte labi: melius inueniam uiam
Q uã q̃ro solus: q̃ me ab hac uita extrahat
Et hoc nefandi capitis aspectu leuet
Cælum atq; terras. quãtulũ hac egi manu:
Non uideo noxæ conscium nostræ diem:
Sed uideor: hinc iã solue inherentẽ manũ:
Et patere cæcum qua uolet ferri pedem.
Ibo ibo qua prærupta protendit iuga
Meus citheron: qua peragrati celer
Per saxa montis iacuit acteon: suis
Noua præda canibus: qua p obscurũ nemo
Siluamq; opacæ uallis: instructas deo
Egit sorores mater: & gaudens malo
Vibrante thyrso pretulit fixum caput:
Vel qua cucurrit corpus inuisum trahens
Zethi iuuentus: qua per horrentes rubos
Tauri ferocis sanguis ostendit fugas
Vel qua: alta maria uertice ímenso premit
Inoq; præceps qua scelus fugiens suum
Nouumq; faciens mater insiluit freto
Mersura natũ seq;: felices quibus
Fortuna melior tam bonas matres dedit:

Est alius istis noster in siluis locus
Qui me reposcit: hunc petam cursu icito.
Non hesitabit gressus: huc omni duce
Spoliatus ibo: quid moror: sedes meas
Mortem cytheron redde: & hospitiū mihi
Illud meum restitue: ut expirem senex
Vbi debui infans: recipe supplicium uetus
Semper cruente: sæue, crudelis, ferox,
Cum occidis & cum parcis. olim iam tuum
Est hoc cadauer: perage mandatum patris
Iam & matris: animus gestit antiqua exeq
Supplicia: quid nata. pestifero tenes
Amore uictum? quid tenes? genitor uocat.
Sequor sequor: iam parce: sanguinē genus
Insigne regni, laius rapti furit.
Et ecce manes manibus infestis petit
Foditq3 uultus: nata genitorem uides?
Ego uideo: tandem spiritum inimicum exue
Desertor anime fortis in partem tui:
Omitte pœnas languidas longæ moræ
Mortēq3 totam recipe, quid segnis traho?
Quid uiuo? nullū iā facere possum scelus:
Possum miser: prædico, discede a patre:
Discede uir: go: timeo post matrem omnia:
An. Vis nulla genitor a tuo nostrā manū
Corpore resoluet: nemo me comitem tui
Eripiet unq̄. Labdaci domum claram
Opulenta ferro regna petant germani.
Pars magna patris optimo e regno mea ē
Pater ipse: non hunc auferet frater mihi
Thebana rapto sceptra qui regno tenet:
Non hic cateruas alter argolicas agens.
Noui reuulso iupiter mundo tonet
Mediumq3 nostros fulmen in nexus cadat
Manū hāc remittā: phibeas genitor licet.
Regam abnuētem: dirigam inuitū gradū.
In plana tendis, uado: prerupta expetis,
Non obsto, sed precedo: quouis utere
Duce e duobus: omnis eligatur uia:
Perire sine me non potes, mecum potes.
Hic alta rupes arduo surgit iugo:
Spectatq3 longe spatia subiecti maris.
Vis hanc petamus: nudus hic pēdet silex:
Hic scissa tellus faucibus rupis hiat.
Vis hanc petamus: hic rapax torrens cadit
Parteſq3 lapsi montis exesas rotat.
In hunc ruamus, dum prior quo uis eo.
Non deprecor, non hortor, extingui cupis,

rem: nūc aūt senex ibidem moriar. ¶ Noster: ubi fui expositus. ¶ Incito. ueloci. ¶ Cytherō. redde mōtem appositiue sedes meas ī quibus expositus eram ut deberem mori ille est hospitium meū mihi destinatum fac ut ibi moriar saltē senex ubi debebā mori infans. ¶ Semper crudelis. dādo mortem ut atheoni & dando uitam ut feciſti mihi qui postea cōmisi multa scelera. ¶ Perage. perfice qđ olim mandauit uterq3 parens ut ibi deberem mori. ¶ Animus gestit. cupiebat œdipus mori ī loco iam sibi ab infantia destinato: sed filia eū retinet: dicit se uidere patrem laium qui ad mortem instigabat: dixitq3 filie discedat quod dubitat eā uiolare quemadmodum matrem. ¶ Sequor. ex fantasia uidens patrē loquitur: pater meus furit contra me quod concubui cum matre & confusum ē genus nostrum. & adhuc cum insignibus sanguinolentis quare interfeci eū. ¶ Petit. inuadit. ¶ Manes. umbram meā: & animam: loquitur de se tāq̄ esset mortuus. ¶ Nata. uides patrem meum ego qui sum cecus uideo: & hoc erat ex fantasia. ¶ Tā dem. deliberatus mori dixit hec uerba o anīe fac me cito mori. ¶ Desertor. his est qui imperatorē in exercitu deserit ita anime inceperas me desere re postea restitisti: nam cecaui me & ita ī partē ceperam mori: nunc aūt in totum desere me. ¶ In partem. ſ. per obcecationem. ¶ Omitte. exue istū spiritum & oēs moras tolle languide uite. ¶ Mortem totā. quare cecitas ē pars mortis fac me cito mori in totum. ¶ Nullum. diceres forsam nō potes amplius peccare: īmo dico tibi possum adhuc facere scelus: ideo desere me filia ne te uiolēm: ut matrem meam. ¶ Vis nulla. respōdet filia q̄ nūq̄ poterit discedere a patre: dicēs habeāt fratres regnum: ego nihil uolo nisi patrē: hec mea pars erit regni quā nullus potenta me eripere. ¶ Labdaci. aui nostri qui pater lai fuit. ¶ Pater. ipe. ſ. pars erit mea regni. ¶ Argolicas. polinices parauerat sibi exercitū ex copiis adrasti soceri sui regis argiuoꝝ contra fratrem etheoclē. ¶ Agēs. ducens. ¶ Nexus. dum sum coniuncta tecum. ¶ Remittam. retraham hanc manum si iupiter fulminet in medium tui & mei. ¶ Prohibeas. etiam si non uelis ueniam tecum siue per plana siue per abrupta montium. ¶ Non obsto. nō impedio uade quouis p̄cedam te. ¶ Quo. aduerbium in quemcunq3 locum uis semper ero tibi dux. ¶ De duabus. rebus an uelis uiuere an mori nō te deserā: demōstratq3 duas uias ad aliq̄ p̄cipitia, ut si uelit, mori ipsa prius faciet iter si uelit uiuer̄ se uicturā secū dixit. ¶ Nō dp̄cor: nō suadeo neq3 disuadeo reliquo tibi hāc electionē

¶ Antecedo.ſ.ad mortem.¶ Vnde.miratur œdipus ex eo ſcelerato potuiſſe naſci tã piam filiã dicitq; illud eſſe ad maiorem pœnam ſuam qđ per eam nõ detur ſibi mori ſed diuſtius uiuere in tantis malis. ¶ Specimen ornamentum tante pietatis. ¶ Credis.quaſi dicat nõ:nam aliquis pius non potuit naſci ex me. ¶ Noui.eſt parentheſis. ¶ Leges nouas.q; ex malo non generatur bonũ: quod ſi factum eſt ad meam pœnam fuit. ¶ Infontem. potius q̃ generem pium fluuius curet in contrarium ad fontem & principiũ ſui:& ita ab impoſſibili arguit. ¶ Pii erimus.de domo mea erunt boni ut habeant pœnas & miſerias. ¶ Vnica.uertit ſermonem ad filiam:ſi uis patrem tuum ſaluũ dimitte me mori melius eſt quod moriar quã uiuã:execaui me propter ſcelus in matrem: nũc interficiã me propter ſcelus patris a me interempti. ¶ Oedipode mihi. & declinatur œdipodes œdipode uel œdipus œdipi. ¶ Mitte illa tenebat manum patris uolentis ſe interficere unde dicit uirgo animoſa credis prodeſſe mihi ſed noces. ¶ Extendis prolongas mihi longam mortem quare quotidie morior per tanta mala:& hoc eſt me occidere. ¶ Honeſta mente. ſubhoneſta pietate noces mihi quare trahis patrem. ¶ Inſepultum.nam reputat ſe tanq̃ cadauer q; potius pietatis eſſet ſepelire.¶ Qui cogit.impius eſt qui cogit aliquẽ mori:ſic etiam uiuere nolentem ſeruare eſt impium: nam cõtrariorum ẽ diſciplina eadem. ¶ Inæquo in equali crimẽ. ¶ Nec tamen in æquo dicit ẽ peius qui facit uiuere uolentem mori q̃ qui facit mori nolentem mori. ¶ Alterũ.ſ.uetare mori.¶ Regnum & ſi deſerui ſponte regnum thebanum:remanſit apud me arbitriũ mei corporis. ¶ Enſem ſ.quo occidi patrem qui ubicunq; ſit faciet ſcelus: quem cum ſciret eſſe apud filios iratus contra illos dicit illum eſſe relinquẽdum:ut ſe mutuis uulneribus interficiẽt:petitq; ut potius paret ſibi ingentem ſtruem lignorum ut ſe comburere queat ¶ Aggerem magnum cumulum. ¶ Soluam. aperiam.¶ Iſmenus fluuius thebanus:enumerat multa loca in quibus poteſt ſeipſum p̃cipitare: demũ ſubiũgit ut eum ducat ad locũ ubi ſteterat ſphinx quæ præponebat enigmata: Vnde dicit necteus dolos in pricipio de hac diximus. ¶ Vacet.uacua ſit quare amplius non erat ſphinx. unde loco illius uult ſuffici. ¶ Siſte firma.& fac ſtare. ¶ Inſidens cum datiuo & accuſatiuo iungitur.

Votumq; genitor maximũ eſt mors tibi.
Si moreris antecedo:ſi uis ſequor.
Sed flecte mentẽ:pectus antiquũ aduoca.
Victaſq; magno pectore erumnas doma.
Reſiſte,tantis in malis uinci malum eſt.
Edi.unde ĩ nefãda ſpecimẽ egregiũ domo?
Vnde iſta generi uirgo diſſimilis ſuo?
Fortuna credis aliquis eſt ex me pius?
Non eſſet unq̃ fata bene noui mea)
Niſi ut noceret.ipſa ſe in leges nouas
Natura uertẽt:regeret in fontem citas
Reuolutus undas amnis.& noctẽ afferet
Phœbea lampas:heſperus faciet diem.
Vt ad miſerias aliquid accedat meas:
Pii quoq; erimus.unica œdipode eſt ſalus
Non eſſe ſaluum.liceat ulciſci patrem
Adhuc inultum.dextra quid ceſſas iners
Exigere pœnas,quicquid exactũ eſt adhuc
Matri dediſti.mitte genitoris manum
Animoſa uirgo:funus extendis meum.
Longaſq; uiui ducis exequias patris:
Aliquando terra corpus iniuſtum tege
Peccas honeſta mente:pietatem uocas:
Patrem inſepultũ trahere.qui cogit mori
Nolentẽ:ĩ æquo ẽ:quiq; ꝑperantẽ ĩpedit.
Occidere eſt uetare cupientem mori:
Nec tamen in æquo:alterum grauius reor.
Malo impari:quã eripi mortem mihi:
Deſiſte cepto uirgo:ius uitæ ac necis:
Meæ pœnes me eſt:regna deſerui libens:
Et regnum mei retineo:ſi fida es comes:
Enſem parenti trade:ſed notum nece
Enſem paterna:tardis:an nati tenent
Cum regno &illũ:faciet ubicũq; eſt ſcelus.
Ibi ſit:relinquo:natus hunc habeat meus:
Sed uterq; potius:flamas & uaſtum agerẽ
Componẽ,in altos ipſe me immittã rogos.
Erectam ad ignes funebrẽ aſcẽdã ſtruem:
Pectuſq; ſoluam durũ:& in cineres dabo:
Hoc quicqd in me uiuit: ubi ſæuũ ẽ mare.
Duc.ubi ſit altis præruptum ſaxis iugũ:
Vbi torua rapidus ducat hiſmenos uada:
Duc ubi fere ſint:ubi fretũ:ubi ꝑceps locus
Si dux es:illuc ire morituro placet:
Vbi ſedit alta rupe ſemifero dolos
ſphynx ore nectẽs:dirige huc greſſu pedẽ
Hic ſiſte patrem:dira ne ſedes uacet:
Monſtrũ repone maius:hoc ſaxũ inſidẽs:

¶ Obſcura.

¶ Obscura.enigmata quomodo generauit mihi mater filios & fratres:& sibi filios:& nepotes. ¶ Quisquis omnes aduertant huc mentē. ¶ Assyrio cadmo.qui uenit de assyria ubi regnauit agenor pater eius & thœbas condidit. ¶ Scindis aras. ¶ Eurotem fluuius est ꝓpe lacedemonē. ¶ Serpente ubi erat serpēs q socios cadmi interficiebat de his oībus locis & historiis plene diximus in hercule furente. ¶ Fratre gemino.castore & poluce qui ibi nati sunt ex ioue & leda. ¶ Helin.hec ciuitas est archadie in peloponeſſo prope pisam. ¶ Boetios.nā thœbe in boetia erāt ¶ Seua amplificat grauitatem obscuritatis sue:dicēs quod sphinx nō proposuit obscurius enigma quā ipse ꝓponit. ¶ Lues appellat sphingem luem luctificā. ¶ Modis cecis obscuris uersibus. ¶ Inextricabile.insolubile. ¶ Aui.auus pater patris & pater matris correlatiuū:aui est nepos & neptis: unde meneceus pater fuit iocaste: œdipus gener & nepos inquātū filius filie eius: gener inquantū q̄ habet ipsam iocastā pro coniuge cuius ipse erat filius. ¶ Riualis.dicitur his qui eādē amat quā alius quasi potans eodē riuo:nam amauit iocastā uxorem patris sui. ¶ Liberū per syncopā filioꝝ suoꝝ: & est frater quare genuit eos de matre. ¶ Auia filiorū meoꝝ.nam & ipe filius eius erā. ¶ Viro marito datiui casus. ¶ Nepotes sibi iocaste respectu mei ipsius patris:filii quia nati de ipso. ¶ Ego herebo ego qui sciui ĩterptari enigmata sphingi dubitabo exponere tam dira mōstra. ¶ Quid pdis. conuertit se ad filiam:& ē intelligendū q̄ filia adhuc instabat:ne seipsum interficeret: unde ipse dicit quid opus é:ut pdas uerba tua placet mihi mori:ideo frustra queris flectere pectus meū. ¶ Mollire.per geminum.ll.actiuū est. ¶ Sedet placet: & fixum é. ¶ Luctantem pugnantē. ¶ Petere.ire ad tenebras:posset dicere filia satis ē pater quod cecus es:respondet hoc nō sufficit sceleri meo:uolo ire in profundū tartari: ubi sit ꝓpetua obscuritas. ¶ Nox alta obscuritas oculorū meoꝝ. ¶ Ferrum negabis.si nō uoles dare ferrū quo me occidā.Inueniam aliam uiā. ¶ Inseri.poni. ¶ Lætum mortem. ¶ Proficiet.quasi dicat nihil: quemadmodū. ¶ Nemo nō unusquisq̄ pōt eripere uitam homini:ita nemo pōt prohibere: quod testatur portia apud martialem.Coniugis audisset fatū cum portia bruti:& subtracta sibi q̄reret arma dolor:nundum scitis ait mortem non posse negari:crediderām satis hoc edocuisse patrem.dixit & ardentes auido bibit ore fauillas i nūc & ferrum turba mo lesta nega. ¶ Aditus uie. ¶ Nil quæro.s.q̄ tradas ferrum quate etiam manus mea nuda poterit me interficere. ¶ Dolore.si habebis magnum dolorem de sceleribus tuis habebis magnum impetū ad ulciscendum. ¶ Destino non propono nec dicam frāge caput nec magis unum locum q̄ alium quare totus sum malus. ¶ Exige sume. ¶ Quaꝑ quam partem uoles. ¶ Capax.quod potuit continere tanta scelera. ¶ Nuda aperias & extrahe uiscera. ¶ Incitatis.magno impetu factis. ¶ Dirige. scilicet o dextra. ¶ Quo in eam partem in quam soles scilicet in oculos quos iam incepisti fodere: & uade per eam partem usq̄ ad cerebrum. ¶ Irriga.cruenta. ¶ Vulnera oculorum fac crudescere illa uulnera. ¶ Hac per hanc partem. ¶ Inexpugnabilem quæ non potest uinci per mortem.

Obscura nostræ fortunæ uerba loquar:
Quæ nemo soluat:quisquis assyrio loca
Possessa regi scindis:& cadmi nemus:
Serpente notum sacro,quo dirce latet
Supplex ad aras:quisquis eurotem bibis.
Spartemq3 fratre nobilem gemino colis.
Quicunq3 helin:parnasum:& boetios
Colonus agros uberis tondes soli.
Aduerte mentem:sæua thebarum lues
Luctifica cecis uerba committens modis:
Quid simile posuit:quid tam ĩextricabile:
Aui gener:patrisq3 riualis sui.
Fraterq3 suorum liberum:& fratrū parens
Vno auia partu liberos peperit uiro:
At sibi nepotes:mōstra quis tāta explicet:
Ego ipse uicte spolia qui sphyngis tuli:
Herebo:fati tardus interpres mei
Quid perdis ultra uerba?quid pectus ferū
Mollire tentas præcibus?hoc animo sedet
Effundere hanc cum morte luctantem diu
Aiam,& tenebras petere,nā sceleri hæc meo
Parum alta nox est:tartaro condi iuuat:
Et si quid ultra tartarum est:tandem libet
Q̄d oli oportet:morte,phiberi haud queo:
Ferrum negabis:noxias lapso uias
Cludes:& exarctis colla laqueis inseri,
Prohibetis has quæ ferunt lœtū auferes.
Quid ista tandem cum proficiet tua:
Vbiq3 mors est:optime hoc cauit deus:
Eripere uitam nemo non homini potest:
At nemo mortē:mille ad hāc adit? patēt:
Nil quæro:dextra noster & nuda solet
Bene animus uti dextra nunc toto impetu:
Toto dolore.uiribus totis ueni
Non destino unum uulneri nostro locum
Totus nocēs sum:qua uoles mortē exige:
Effringere corpus.corq3 tot scelerū capax
Euelle:totos uiscerum nuda sinus.
Fractum incitatis ictibus guttur sonet
Lacere ue fixis unguibus uene fluant.
Aut dirige iras quo soles:hæc uulnera
Resciſſa multo sanguine ac tabe irriga:
Hac extrahe aiam durā in expugnabilē:

¶ Et tu parens. conuertit sermonem ad manes lai patris: patris dicens quod me cecaui non uide tur satis pro tanto scelere: ueni & adiuua me: ut effodiam mihi cerebrum. & mẽbratim moriar. ¶ Arbiter iudex uel presens ad uidendum. ¶ Infe rias. sacra quæ mortuis dantur. ¶ Preme inculca. ¶ Inertem. pigram & dubitãtem me interimere. ¶ Introrsus. bene intra cerebrũ. ¶ Timida quãdo obcecaui me manus mea erat ignaua: nunc ueni & adiuua me: ne iterum sit timida. ¶ Libauit. atti git. ¶ Hausta. quã solum hausit oculos. ¶ Hæret. adhuc animus uidẽ uidere pigram manum cum obcecauit oculos. ¶ Audies. uenies ergo pater: & uidebis q̃ non mentior. ¶ Verum non mendacẽ. ¶ Minus hæc uerba dicit ad seipsum œdipe tu ex traxisti lumina minus audacter tu offerebas prõ pte oculos: sed manus nolebat extrahere. ¶ Per age. perfice. ¶ Pauca rogat antigõe patrem ut au diat præces eius placidus. dicens nõ rogo te ut re ducem ad regnum: sed ut equo animo feras ista: quod proprium est fortitudinis & patientie: nam non posse pati aduersa est ignaui hominis. ¶ Ha bitum conditionem. ¶ Flore per translationem in statu. ¶ At ut. sed peto ut uelis ferre æquo ani mo miserias. ¶ Fractas. diminutas propter lõgitu dinem temporis: ut dicit Cicero q̃ nullus est tan tus dolor qui ipsa die non minuatur. ¶ Remisso non ita intento. ¶ Roboris. fortitudinis. ¶ Sub dolore deprimi a dolore. ¶ Dare terga. trãslatio a fugiẽtibus. ¶ Vitam. ea quæ accidunt in uita ad uersa. nam fortitudinis est obstare malis. ¶ Qui fata. ille qui abiecit bõa istius uitæ: & sua mala ag grauauit: nõ uideo q̃ occidere se debeat: nõ bene conuenit q̃ tanquã fortis contemnat bona: & ac cipiat mala: postea uelle mori: ut fugiat illa. ¶ Fata nõ curauit morte & spernit aduersa piecit. ¶ Bõa imperiũ & gloriã. ¶ Onerauit. auxit illa q̃ sibi acci debant mala. ¶ Nullo. nulla re. ¶ Vtrũq̃. s. petere & desiderare mortem ẽ hominis timidi. ¶ Loco in tuto: ille q̃ habuit omnia mala quæ amplius nõ possint crescere iam est in tuto quare scit se nihil peius posse habere: quare non est optandum mo ri tibi. Quis iam probat q̃ non habet causam ali quam q̃ debet mori: dicens quare sic quærit ma la q̃ ipse sibi neq̃ dii maiora sibi posset dare: si uel let mori uideretur uelle fugere ea. ¶ Fac uelle pa rẽthesis est. ¶ Lã. nec tu si uelles posses aliquid ma ius malum tibi facere præter hoc quod existimas dignũ morte. ¶ Hoc. s. q̃ es dignus morte. ¶ Nõ es. quare peccasti per ignorantiam. ¶ Inuisis q̃uis dii fecerint te peccare: tamen es innocẽs. ¶ Effe rarit. fecerit te quasi ferum & bestialem. ¶ His se dibus supernis. ¶ Cares. uis forte mori ne uideas lucem iam cares quare cæcus es: & ne habites pa triam cum filiis & uxore iam omnibus istis priua tus es: nec plura tibi auferet mors. ¶ Tumultus. quare eras in regno habebas multos stipatores. ¶ Turba fortune. regni. abcessit a te. ¶ Iusta. idest

Et tu parens: ubicunq̃ pœnarũ arbiter
Astas mearum: nõ ego hoc tantum scelus
Vlla expiari credidi pœna satis
Vnq̃: nec ista morte contentus fui,
Nec mẽ redemi parte: membratim tibi:
Volui perire: debitum tandem exige:
Nunc soluo pœnas: tunc tibi inferias dedi:
Ades: atq̃ inertẽ dextrã introrsus preme.
Magisq̃ merge: timida tum paruo caput
Libauit haustu: uixq̃ cupientes sequi
Educit oculos: hæræt & nunc mihi
Ille aĩus: hæræt cum recusantem manum:
Presse re uultus audies uerum œdipum.
Minus eruisti lumina audacter tua
Q uã pstitisti: nunc manum cerebro ĩdue
Hac parte mortẽ perage: qua cœpit mori.
An. pauca o parẽs magnaĩe miserãda p̃cor
Vt uerba natæ mente placatã audias:
Nõ te ut reducã ueteris ad specimẽ mod?:
Habitumq̃ regni flore pollentis inclyto
Peto, at ut iras tempore, aut ipsa mora:
Fractas: remisso pectore ac placido feras,
Et hoc decebat roboris tanti uirum:
Non esse sub dolore: nec uictum malis:
Dare terga: non est ut putas uirtus pater
Timere uitam: sed malis ingentibus
Obstare: nec se uertere: ac retrodare.
Q ui fata proculcauit: ac uitæ bona:
Proiecit atq̃ abscidit: & casus suos
Onerauit: ipsi ceu uideo, nullo est opus:
Q uare ipse mortẽ cupiat: aut quare petat
Vtrumq̃ timidi ẽ uelle: contẽpsit mori:
Q ui nõ concupiscit: cuius haud ultra mala
Exire possint: loco in tuto est situs:
Q uis iam deorum: uelle fac, quicq̃ potest:
Malis tuis adiicere: iam neq̃ tu potes
Nisi hoc: ut esse te putes dignum nece:
Nõ es: nec ulla pectus hoc culpa attigit.
Et hoc magis te genitor insontem uoca
Q d̃ inocẽs es diis quoq̃ inuisis: quid est?
Q uod te efferarit: quod nouos suffixerit
Stimulos dolori: quid te ad infernas agit?
Sedes: quid ex his pellit: ut careas die:
Cares, ut altis nobilem muris domum
Patriamq̃ fugias? patria tibi uiuo perit:
Natos fugis: matremq̃: ab aspectu oĩum
Fortuna te summouit: & quicquid potest
Auferre cuiq̃ mors: tibi hoc uita abstulit:

mortem

Regni tumultus: turba fortune prior
Abſceſſit ante iuſta: quem genitor fugis?
Edi. Me fugio: fugio: ſcelerũ cõſcium oĩum
pect⁹ manũq3 hãc fugio: & hoc cœlũ & deos
Et dira fugio ſcelera quæ feci nocens:
Ego hoc ſolum frugifera quo ſurgit ceres
Præmo: has ego auras ore peſtifero traho,
Ego laticis hauſtu ſatior: haud ullo fruor
Almæ parentis munere: ego caſtã mãnum
Nefandus: inceſtificus: execrabilis:
Attrecto: ego ullos aure concipio ſonos
Per quos parentis nomẽ: aut nati audiam,
Vtinã quidẽ has reſcindere qui rem uias:
Manibuſq3 adactis omne quo uoces meãt.
Adituſq3 uerbis tramite anguſto patet
Eruere poſſem, nata: iam ſenſum tui
(Quæ pars meorũ criminũ es: ſi felix pater
Fugiſſem, inheret: ac recrudeſcit nefas
Subinde: & aures ĩgerunt: quicquid mihi:
Negaſtis oculi: cur caput tenebris graue?
Nõ mittor ad umbras ditis æternas: qd hic
Manes meos detines: quid terram grauo?
Mixtuſq3 ſuperis erro: quid reſtat mali?
Regnum: parentes: liberi: uirtus quoq3:
Et ingenii ſolertis eximium decus:
Periere, cuncta ſors mihi infeſta abſtulit.
Lachrimeq3 ſupãnt: has quoq3 eripui mihi.
Abſiſte: nullas animus admittit preces
Nouamq3 pœnam ſceleribus quærit parẽ:
Et eſſe par quæ poterit infanti quoq3
Decreta mors eſt: fata quis tam triſtia
Sortitus unquam: uideram nũdum diem:
Vteriq3 nundum ſolueram clauſi moras
Et iam timebar: protinus quoſdam editos
Nox occupauit: & noue luci abſtulit.
Mors me anteceſſit: aliquis intra uiſcera
Materna lætum præcoquis fati tulit:
Sed nunqd & peccauit: abſtruſum, abditũ:
Dubium an eſſem ſceleris nefandi reum
Deus egit: illo teſte damnauit parens:
Calidoq3 teneros tranſtulit ferro pedes.
Et in alta pabulum nemora miſit feris:
Auibuſq3 auidis: quas cytheron noxius:
Cruore ſepe regio tractas alit:
Sed quem deus damnauit: abiecit pater:
Mors quoq3 refugit: præſtitit delphis fidẽ
Genitorem adortus impia ſtraui nece:

mortem omnibus his priuatus es: qbus alii mo-
te ſolent priuari: iuſta appellamus exequas & ſacra
quæ dantur mortuis. ¶ Quem nõ fugis regnum
quod nõ hẽs: aut alia quæ diximus. ¶ Me fugio re
ſpondet œdipus fugio pectus meũ oneratũ cõſci
entia tot malor & cõſpectũ alior ne me uideant
nec debeo uiuere cũ oẽs cauſas uiuẽdi p̃diderim:
iõ diſcede filia & dimitte me mori: & arguit ſce-
lus ſuum a tpe dicens cum eſſẽm in uentre matris
iã ad ſcelera ſum deſtinatus: & per oraculũ apolli
nis ad morte iudicatus. ¶ Manum qua occidit pa
trem. ¶ Cœlũ. nolo eſſe odio diis & hoĩbus qui
dolẽt me uidere. ¶ Præmo calco: nõ ſum dignus
manere in terra quæ fructifera eſt: & dat fructus
oẽs. ¶ Laticis uini uel aque. ¶ Alme parentis. ter
re que oẽs alit. ¶ Fruor capio fructũ. ¶ Caſtam
manũ tango tuã manũ caſtam cũ ſim nefandus &
inceſtus. ¶ Atrecto tango. Ego audio nomen pa
tris: & mihi ſuccurrit q̃ patrẽ occidi: & nomen fi-
liorũ: & recordor q̃ filios de matre ſuſcepi q̃ oĩa
mihi ſunt ĩgratiſſima. ¶ Sonos uoces. legẽda ſunt
hæc interrogatiue. ¶ Vias. per q̃s audio. ¶ Ada-
ctis impulſis: utinam poſſem manibus meis oẽm
ſenſum auriũ euellere. ¶ Nata. ſi poſſem hoc fa-
cere: ut nõ audirem de te quare ẽt generata es ex
inceſtu. ¶ Inheret quotiẽs audio nomen patris &
filior recrudeſcunt ſcelera mea & renouanr: trã-
ſlatio ſumpta eſt a uulneribus qui quaſi ſanata ſunt
iterũ attretando lacerantur. ¶ Inge.rũt. ĩmittunt
quicquid oculi nõ uident: aures audiunt. ¶ Cur ca
put cur ergo nõ recedo de uita cũ ſim ita mihi: &
diis inuiſus. ¶ Quid manes meos aĩam meam: re
putat ſe mortuũ quãdo in hac uita nullã comodi-
tatẽ habet. ¶ Grauo quare non libenter fert me.
¶ Mixtus. q. d. ſum in numero mortuor & ſto cũ
ſuperis. ¶ Lachrime ſuperãt. reſtabãt fortuna re
linquerat oculũ: ut poſſem lachrimari: ſed mõ nõ
poſſum: quare euulſi mihi oculos. ¶ Abſiſte per
ſeuerabat adhuc filia prẽcibus: unde pater eã re-
pellit quare oĩno decreuit mori. ¶ Admittit reci
pit. ¶ Nouam pœnã inuſitatã: quẽadmodũ ſcele-
ra mea fuerant inuſitata: ſed puto nulla poterit re
periri ſatis par & equalis peccatis meis. ¶ Moras
nundũ natus erã. ¶ Protinus. naſcunr multi & ſta
tim moriunr: ſed ego ad mortẽ deſtinatus erã an
teq̃ natus. ¶ Nox mors. ¶ Precoquis. iter aggra-
uat p̃ cõpationẽ: aliq moriunr in uẽtre matris: ſed
nõ peccauerũt: ego ãt iudicatus ſum homicida ad
huc ĩ utero matris p̃cox dr fructus q ante tp̃s ma
tureſcit. iõ a ſimili dixit. ¶ Præcoqs fati. nimiũ ac-
celerati. ¶ Deus egit. tãq̃ actor dicit apollo me di-
gnũ morte cũ nũdũ natus eſſem. ¶ Dubius. cũ ne
ſcirẽt an eſſem uel nõ eſſem ĩ uẽtre mris. ¶ Parẽs.
pr laius dãnauit me illo apolline teſte & quam pri
mũ natus fui iuſſit me expõi feris primoq3 pfora-
uit mihi pedes ferro calido. ¶ Tractas inuitatas:
¶ Regio. cruore: q̃re ibi mortui ſunt acteon & pẽ
theus: ut diximꝰ. ¶ Sed quẽ. pater meus & apollo
uolebãt ut morerer mors noluit. ¶ Preſtitit. fecit
fidẽ. ¶ Delphis oraculo apollinis delfici q dixerat
me ĩterfectur patrẽ & ita feci. ¶ Adortꝰ agreſſus

¶Hoc.ſ.paricidium. ¶Redemit cõpenſauit quare ſaltem ſi fui crudelis in patrem amaui matrem cũ illã habuerim pro uxore & eſt hironia. ¶ proh indignatio exclamantis aperiens hironiã. ¶ Hymeneũ.nuptias noſtras.nam hymeneus deus nuptiarum habetur. ¶ Tedas faces que portabãtur ante ſpõſos cnius rei rõnem explicat plutarchus in problematis ſuis. ¶ Has quoq; q̃uis te pudeat œdipe loq pudenda tua uolo tamen ut narres ad pœnam tuam:nullus enim uellet dicere turpitudinem ſuã dic ergo œdipe:de ſe loqtur in tertia pſona. ¶ Ignotum.antea in auditũ. ¶ Nulla nõ ætas i.omnis:tantum é ſcelus qd' poſteri uix poterunt credere. ¶ Thoros accepi matré in uxoré in præmium paricidii:quemadmodũ debuiſſem puniri. ¶ Fœcunda.& ne aliquod ſcelus deeſſet: peperit etiã filios ex me. ¶ Si quod aliqd' quod poſſit addi:ego adiunxi quare feci filios ſceleratos. ¶ Abieci. depoſui regnũ: illudq; reliqui filiis qui multa mala facient. ¶ Sceptrũ.regnũ appoſitiue præcium paterne necis. ¶ Et hoc.ſ.ſceptrum. ¶ Alias manus.quare ſicut mee manus fuerũt armate cõtra patrem:ita filii armabunt ſuas alter contra alterum. ¶ Fatũ optime ſcio conditionem thebani quod nullus põt tenere illud ſine ſcelere. ¶ Sacro execrabili. ¶ Preſagit.prænidet:uideor diuinare mala futura. ¶ Paternus animus. ¶ Iacta tractũ é ab agricolis qui iaciunt ſemina:ut colligãt. ¶ Cladis malorũ futurorũ. ¶ Pacti quod factum fuerat inter frés ut alternis annis regnarét. ¶ Hic etheocles qui primis annis regnauit. ¶ Negat reddere dare imperium fratri polinici:ut erat cõuentũ inter eos. ¶ Ille.inuocat deos uiolatos qui fuerũt adducti in teſtimoniũ fœderis ſui. ¶ Icti percuſſi. & facti.habita conſuetudine ab antiquis qui pcutiendo porcam fœdus iungebant: quod teſtatur uirgilius. Poſito certamine reges: & tandem ceſa iungebãt fœdera porca. ¶ Argos.nam ipſe polinices argiã filiam adraſti uxorẽ duxerat cuius auxilio bellũ aduerſus fratrem parabat. ¶ Vt ſi quis. ſi dubitaret aliqs an eſſent filii mei illud bene apparet quare ſunt ſcelerati quemadmodum ego. ¶ Nemo.nõ ideſt omnis. ¶ Si nulla filia perſuadet patri:ut uiuat:ut auctoritas eius ꝓhibeat hæc mala quæ denunciauerat de filiis eius. ¶ Multis qui peribunt in bello. ¶ Illis neq; patris:neq; iuſti eſt ulla cura illis. ¶ Meis quod plus non poteſt dici quare opus eſt ut ſint ſceleſtiſſimi cum ſint filii mei. ¶ Certant cõtendunt inter ſe quis poſſit eẽ ſceleratior. ¶ Penſi.conſiderationis quod proprium eſt ire nihil conſiderare. ¶ Per nefas.cum ſint nati ex ſcelere nihil malum putant & omnia licere putant. ¶ Scio.præuideo mala futura quæ uolunt committere inter ſe:ideo mature & cito uolo mori:dum aliquis me ſceleratior nõ eſt. ¶ Fortuna. habet hoc ſolum quod cedo tibi.

Hoc alia pietas redemit:occidi patrem:
ſed matrẽ amaui: ꝓh loq hymeneũ pudet
Tedaſq; noſtras:has quoq; inuitum pati:
Te coge pœnas:facinus ignotum efferum
Inuſitatum effare:quod populi horreant
Quod eſſe factum nulla non ætas negat
Quod patricidã pudeat:in patrios thoros
Tuli paterno ſanguine aſperſas manus
Sceleriq; precium maius accepi ſcelus:
Leue ẽ paternũ ſcelus:in thalamos meos
Deducta mater ne parum ſcelerum foret
Fœcunda:nullum crimẽ hoc maius poteſt
Natura ferre.ſi quod etiam eſt:tamen
Quid facere poſſent? didim? abieci necis
Preciũ paterne ſceptrũ:& hoc iterũ man?
Armauit alias:optime regni mei
Fatum ipſe noui:nemo ſine ſacro feret
Illud cruore:magna preſagit mala
Paternus animus:iacta iam ſunt ſemina
Cladis future:ſpernitur pacti fides.
Hic occupato cedere imperio negat:
Ius ille & icti fœderis teſtes deos
Inuocat,& argos exul:atq; urbes mouet
Graias in arma:non leuis feſſis uenit
Ruina thebis.tela flammæ uulnera
Inſtant & iſtis:ſi quod eſt maius malum
Vt eſſe genitos nemo ex me non ſciat.
An.Si nulla genitor cã uiuendi tibi eſt
Hæc una abũde tibi ẽ:ut pater natos regas
Grauiter furentes:tu impii belli minas
Auertere unus:tuq; uecordes potes
Inhibere iuuenes:ciuibus pacem dare:
Patrie quietem:ſceleri leſo fidem:
Vitam;ſi tibi ipſe negas:multis negas
Ed.Illis parentis ullus aut equi eſt amor?
Auidis cruoris imperii armorum doli
Diris:ſceleſtis(breuiter ut dicam)meis:
Certant in omne facinus:& penſi nihil
Ducunt ubi illos iras præcipites agat.
Nefaſq; nullum:per nefas nati putant:
Non patris illos tangit afflicti pudor:
Non patria.regno pectus attonitum furit:
Scio quo ferantur:quanta moliri parent.
Ideoq; læti quero maturi uiam
Moriq; ꝓpero:dum in domo nemo ẽ mea
Nocentior me:gnata quid genibus meis
Fles aduoluta:qd præce ídomitũ domas:
Vnũ hoc habet fortuna quo poſſim capi:

¶Inuictus

Iunctus aliis sola tu affectus potes
Mollire duros: sola tu pietatem in domo
docere nostra. nihil graue aut miserũ ẽ mihi
Quod te sciam uoluisse: tu tantũ impera.
Hic œdipus ægea tranabit freta
Iubente te: flammasq3 quas siculo uomit
De monte tellus igneos soluens globos
Excipiet ore. seq3 serpenti offeret
Quæ seua furto nemoris herculeo furit:
Iubente te præbebit alitibus iecur:
Iubente te uel uiuet.

Actus. ii. Nũcius Edipꝰ Antigone Iocasta:

Nuncius loquitur

Regia stirpe edite:
thebæ pauẽtes arma fraterna: iuocãt
Rogantq3 tectis arceas patriis faces.
Non sunt minæ: iam ꝓrius accessit malũ.
Nam regna repetens frater & pactas uices
In bella cunctos greciæ populos agit.
Septena muros castra thebanos premunt.
Succurre prohibe pariter & bellũ & nefas.
Edi. Ego ille sum qui bella cõmitti uetem:
Et abstineri sanguine a caro manus
Doceam: magister iuris & amoris pii
Ego sum: meorũ exẽpla facinorũ appetũt:
Me nunc sequũtur: laudo & agnosco libẽs:
Exhortor aliqd ut patre hoc dignũ gerãt.
Agite o propago claram generosa indolẽ
Probate factis: gloriam ac laudes meas
Superate, & aliquid facite ꝓpter qd̃ patrẽ
Adhuc iuuet uixisse: facietis scio
Sic estis orti. scelere defungi haud leui
Haud usitato tanta nobilitas potest.
Ferte arma: facibus petite penetrales deos
Frugemq3 flamna metite natalis soli.
Miscete cuncta: rapite in exitium omnia:
Deicite passim mœnia: & in planum date:
Templis deos obruite: maculatos lares
Conflate, ab imo tota consĩdat domus,
Vrbs cõcremetur. primus a thalamis meis
Incipiat ignis: An. Mitte uiolentũ impetũ,
Dolores, ac te publica exorent mala.
Auctorq3 placide liberis pacis ueni.
Edi. Vides modeste deditum mẽti senem
Placideq3 amãtem pacis ad partes uocas.
Tumet animus ira: feruet ĩmensus dolor.
Maius q̃ casus, & iuuenum furor
Conatur: aliquid cupit. nõ satis est adhuc

¶ Inuictus aliis. qui non mouerer ab aliis. ¶ Domo. familia nostra: non est aliqs bonus de nostris nisi tu sola: ideo quicquid uis faciam quare puto facere bonum dũ satis facio tibi transibo mare egẽum & excipiam flamas montis ethne. ¶ Globos cumulos rotundos. ¶ Serpenti. quæ custodiebat mala hesperidum subrepta ab hercule. ¶ Iecur. ẽt si iusseris feram pœnam titii qui iecur pascẽdum uulturibus tradit: sustinebo omnes pœnas q̃s uolueris. ¶ Vel iuuet. scilicet œdipus & de se loquitur in tertia persona.

Regia stirpe. hic est principiũ secũdi actus Introducitur nuncius qui mittitur a patria thebana ad œdipum ut ipse componat filios nã polinices ueniebat cũ exercitu aduersus etheoclẽ. Quod audiens œdipus letatur: & exortatur filios absentes tanq̃ præsentes ad peius faciendum: antigone rogat patrẽ ut uelit componere filios si non propter se saltem propter populum thebanũ: ipse autem respondet ꝙ malus nõ põt esse auctor pacis: & ita hic actus habet letitiã patris & dolorem matris iocaste. ¶ Edite: œdipe genite. ¶ Inuocant. s. te ad auxiliũ. ¶ Nõ sunt mine. quæ solent esse de futuro sed. ¶ Propius. uicinius: quare iam polinices aderat. ¶ Vices. ut uicissim regnaret. ¶ Septena. quare septem duces fuerunt in auxilio polynicis. ¶ Ille sum. quasi dicat non sum sufficiens. ¶ Caro. fraterno. ¶ Pii. quasi dicat: non sum ille. nã rupi federa & iura pietatis: occidi patrẽ uiolaui matrẽ. & ita ut Quinti. ait qui uult dicere in aliũ debet esse liber omni culpa. ¶ Appetunt. do illis ueniam quare me imitantur. ¶ Agite. exortaẽ filios ad malum. ¶ Probate. ostendite ꝙ estis filii mei faciendo aliquod scelus maius q̃ fecerim. ¶ Penetrales. qui tenentur ĩ domo. ¶ Natalis soli terre in qua estis nati. ¶ Mette. non ferro: sed igne. ¶ Miscete. perturbate. ¶ Conflate. statuas deorum igne consumite: nam conflare proprie dicimus metalum liquefacere. ¶ Concidat. simul cadat. ¶ Mitte. antigone uidés paternum furorem: exortatur illũ ad quietẽ componẽdam. ¶ Publica. populi tui si non propter filios propter populum tuum debes cõponere fratres. ¶ Vides. respõdet œdipus sub hirõia. ¶ Partes. inuitas me ad illud quod non placet. ¶ Immẽsus. sine mensura. ¶ Feruet est accẽsus. ¶ Maius. uellẽ uidere maius malũ q̃ conant facerẽ filii mei.

¶ De more nostro.ut sp.aliquod inusitatū scelus faciamus. ¶ Deceat thoros.probet illos filios meos quare si nō essent mali non uiderētur filii mei. ¶ Sepe.abscōdam me post sepes & spinas:ut intelligam bella filiorum meoꝝ. ¶ Exese. corrose pp uetustatem. ¶ Abstrusum absconditum ut intelligam quid dicant trāseuntes. ¶ Aucupabor insidiose audiam. ¶ Rumoris uagi.fame incerte & cito currentis. ¶ Fœlix agaue.describitur dolor iocaste quæ uolens amplificare miseriam suam ostendit alias miseras matres in comparatiōe sui fuisse fœlices. ¶ Agaue.filia cadmi quæ filiū pentheum interfecit. ¶ Manu.nam hasta affixerat caput pēthei quod portabat manu ut supra diximus historiam. ¶ Menas.sacerdos bacchi furēs propterea parcendum erat illi ꝓpter insaniam. ¶ In partes dati.filii diuisi in diuersas partes. ¶ Fecit scelus.illa cōmisit unum scelus tantum.sed ego misera accumulaui multa scelera. ¶ Cucurrit. non egressa est ultra hoc scelus. ¶ Feci nocentes.fui cā ꝙ cœdi pus seipsum obcecauit. ¶ Deerat.restabat ad miserias meas etiam ut amarem hostem patrie polinicem filium meum. ¶ Bruma ter.iā sunt tres anni quibus polinices factus est exul: nūc regnū petit a fratre fretus auxilio soceri adrasti. ¶ Bruma. ultima pars hiemis q̄ sunt breuiores dies. ¶ Decubuit.recisa est. ¶ Isthmon terra est angusta inter egeum & ioniū. ¶ Generi.polinicis adrasti generi. ¶ Quid optem.ostendit difficultatē uoti sui:si quid opto pro polinice nocet etheocli & ecōuerso:quare nescio quid eligere debeam: tamen uideor magis diligere polynicem:cū natura compatitur semper misero. ¶ Sic petētis.s.cū armis. ¶ Regina. uenit nuncius ad reginam iocastā dicens dū consumis tempus lamentationibus filii tui cōgrediuntur paribus armis. Mota aquilla.uexillo moto ad pugnam seruat consuetudinem romanam qui aquillam portabant in uexillo. ¶ Caduca.thebana. ¶ Submittit.sursum mittit. ¶ Et si metuētes.hoc est generale qui sunt in timore: aliquādo fingunt se uidere quod non uident:ita dicit nunc uideor uidere uexilla ducum & arma fulgentia. ¶ Clarū aurea nota. nam quicūq; imperator habebat signum suum. ¶ I redde.o regina uade cito & cōpone filios tuos priusq̄ aggrediāt tātū bellū.

Ciuile bellum frater in fratrem ruat.
Nec hoc satis est.quod debet ut fiat nefas
De more nostro:quod meos deceat toros.
Date arma patri:nemo me ex his eruat
Siluis,latebo rupis exese cauo:
Aut sepe densa corpus abstrusum tegam:
Hinc aucupabor uerba rumoris uagi
Et sæua fratrum bella(quod possum)audiā
Io.Fœlix agaue facinus horrendum manu
Quod fecerat'gestauit:& spolium tulit
Cruenta nati mænas in partes dati
Fecit scelus:sed misera non ultra suum
Scelꝰ hoc cucurrit.hoc leue ē qđ sū nocēs.
Feci nocētes:hoc quoq3 etiā non leue est:
Peperi nocentes:deerat erumnis meis
Vt hostē amarē:bruma ter posuit niues:
Et tertia iam falce decubuit ceres:
Vt exul errat natus & patria caret.
Profugusq3 regū auxilia græcorū uocat:
Gener est adrasti:cuius imperio mare
Quđ cingit isthmō regitur:hinc gētes sūas
Septemq3 secum regna ad auxilium trahit
Generi qd optē q̄due decernā:haud scio.
Regnum reposcit.cā repetentis bona est.
Mala sic petentis:uota quæ faciam parens?
Vtrumq3 natum uideo:nil possum pie
Pietate salua facere:quodcunq3 alteri
Optabo nato:fiet alterius malo.
Sed utrunq3 quāuis diligam affectu pari:
Quo causa melior sorsq3 deterior trahit:
Inclinat animus semper infirmo fauens
Miseros magis fortuna conciliat suis.
Nū.Regina dum tu flebiles quæstus cies:
Terisq3 tempus:totā nudatis steterit
Acies in armis.graui iam bellum cient.
Aquilaq3 pugnam signifer mota uocat.
Septena reges bella dispositi parant:
Animoq3 pari cadmea proles subit:
Cursu citato miles hinc atq3 hinc ruit.
Vide ut atra nubes puluere abscondit diē:
Fumoq3 similes campus in cœlum erigat
Nebulas:equestri fracta quas tellus pede
Summittit.& si uera metuentes uident.
Infesta fulgent signa:surrectis adest
Frons prima telis:aurea clarum nota
Nomen ducum uexilla prescriptū ferunt.
I:redde amorē fratribus pacem omnibus.
Et impia arma matris oppositu impedi.

Perge

Actꝰ iii. Antigõe Ioca. & Nũ. An loqtur.

PErge o parẽs & cõcita celerẽ gradũ
Cõpesce tela: fratribus ferrũ excute
Inudũ ĩter enses pectꝰ ĩfestos tene
Aut solue bellũ mater: aut mater excipe.
Io. Ibo ibo & armis obuia opponam caput
Stabo inter arma: petere qui fratrẽ uolet.
Petat ante matrem: tela qui fuerit pius:
Rogante ponat matre: qui non est pius:
Incipiat a me: feruidos iuuenes anus
Tenebo: nullum teste me fiet nẽfas.
Aut si quod & me teste committi potest
Non fiet unum. An. Signa collatis micant
Vicina signis: clamor hostilis fremit.
Scelus ĩn ꝓpinquo ẽ. occupa mater ꝓceps.
Et ecce motus: fletibus credas meis.
Hic agmen armis segne compositis uenit:
Procedit acies tarda: sed properãt duces.
Io. Quis me ꝓcelle turbine insane uehẽs
Volucer per auras uentus æthereas aget:
Quæ sphinx: uel atra nube subtexens die
Stymphalis auidis prepetẽ pennis feret:
Aut quæ per altas aeris rapiet uias
Harpya sæui regis obseruans famẽ:
Et inter aties proiecit raptam duas
Nũ. Vadit furẽti similis aut etiam furit.
Sagitta qualis parthica uelox manu
Excussa fertur: qualis insano ratis
Premẽte uento rapitur: aut qualis cadit
Delapsa cælo stella: cum stringens polum
Rectam citatis ignibus rumpit uiam.
Attonita cursu fugit & binas statim
Deduxit acies. uicta materna præce
Hæsere bella: iamq3 in alternam necẽ
Illinc & hinc miscere cupientes manũ:
Vibrata tela continẽt dextra sua:
Paci fauetur: omnium ferrum latet.
Cessatq3 telum uibratum in fratrum manu:
Laniata canas mater ostendit comas:
Rogat abnuentes: irrigat fletu genas:
Negare matr iqui diu dubitat potest.

Actus. iiii. Iocasta & Polinices. Ioca. loqtur.

IN me arma & ignes uertite: ĩ me oĩs
Vna iuuẽtus. q̃q3 ab ĩachio uẽit cruat
Animosa uiro: quæq3 thebana ferox
Descendit arce. ciuis atq3 hostis simul:
Hunc petite uentrẽ qui dedit fratres uiro.
Mea mẽbra sparsim spargite ac diuellite:

PErge. cum antigone. audiuisset uerba nũ
cii uocãtis iocastã ad cõpositionem filio
rũ: exortatur ipsam ut cito uadat: & ĩter-
ponat se ĩter fratres quare si debẽt se oc-
cidere prius occidãt eã: & dũ loquitur uidet para-
ri exercitum. ¶ Cõcita. accelera. ¶ Excute. remo-
ue de manu. ¶ Excipe. ſ. ut prima occidaris. ¶ Te
ste presente. ¶ Vnũ. sed fient duo quare me quo-
que interficient. ¶ Signa. uexilla. ¶ Micant splen-
dent propter auꝝ. incitat antigone matrẽ ut cito
uadat. ¶ Collatis. cõiunctis iam partibus dicimus
collatis signis exercitus quãdo omnes pugnãt: nõ
aũt pars: & est pugna integra. ¶ Propinquo. ꝓxi-
mo iã appropinquat inuicem. ¶ Præceps. uelox.
¶ Occupa. preueni anteq̃ congrediantur. ¶ Flœ
tibus: quare non plorarem nisi uiderem periculũ.
¶ Hic agmen. exercitus tarde ueniunt quare ua-
dunt ad scelus sed duces hoc ẽ polinices & etheo-
cles accelerant tanq̃ cupidi sanguinis. ¶ Quis me
Iocasta optat portari prodigiose ut cito currat ad
filios. ¶ Insane. magne. ¶ Quæ sphinx. de hoc mõ
stro diximus supra. ¶ Stymphalis. de auibus stym
phalibus diximus in hercule furente. ¶ Subtexẽs.
quæ solet obscurare lucẽ solis. ¶ Prepetẽ. cito uo
lantem. ¶ Harpya. de hoc monstro similiter dixi
mus in hercule furente. ¶ Seui regis. phinei. regis
archadie qui cũ occidissẽt filios obcecatus ẽ & ad
pœnã eius misse sunt harpye quæ mensas eius ta-
ctu fedarent. ¶ Raptam. ſ. me iocastam. ¶ Duas
acies. ſ. polinicis & etheoclis. ¶ Vadit. nuncius de
clarat celeritatem iocaste: & quid ipsa egerit. ¶ Si
milis furẽti uidetur insana: imo etiam furit ex do
lore. ¶ Excussa. missa. ¶ Parthica. manu parthi ce
leriter sagittantis Stringẽs. leuiter percutiens: nã
uidetur signare cœlũ. ¶ Rectam. quare descendit
recta uia: & facit sulcum igneum. ¶ Deduxit. diui-
unxit. ¶ Hesere. cõstiterũt & firmata sunt. ¶ Lãq3
illi qui paulo ante cõcurrebant ad mortem mutu
am. ¶ Deposuerũt arma. ¶ Hinc & hinc. ex utra
que parte. ¶ Ferrũ latet. omnes deposuerunt ar-
ma. ¶ Laniata. dat locum sequenti scene & qd̃ ge
stum est declarat. ¶ Negare dubitat. qui dubius ẽ
an debeat negare matri pacẽ. ¶ Potest. ſ. negare.

IN me arma. hic ẽ. iiii. actus ubi iocasta lo
quitur ad utrũq3 exercitum quod in solã
ipsam iacula mittãt: cum ipsa sit cã huius
belli quod peperit tales filios: conuertit
deinde se ad polinicem & etheoclem ut deponãt
arma. ¶ Inachio. ab argis ubi regnauit Inachus id
est iuuentus quæ uenit ab argis & thebis uertite ĩ
me ignes. ¶ Diuellite. est histeron protheron
quando id quod debet sequi præcedit: & econ-
tra: histeron posterius: protheron prius.

ponitis. conuertit ſermonem ad filios primo ad utrũq; poſtea ſeparatim. ¶ An quaſi dicat debere tis citius q̃ dico depõere arma. ¶ Ex equo. ſimul & eodem tpe. ¶ Pie. ſine ſcelere. ¶ Error. ut auge at ſcelus qđ facturi ſunt diminuit ea quæ præteri ta ſunt: huc uſq; habuiſtis diſcordiam q; accidit ex mala origine ueſtra: & ẽ imputandũ fortune: qua re neſciebam œdipum filium meũ eſſe: ſed nunc uoluntarium facietis: cum frater contra frẽm ſe uiat. ¶ Maius. ſ. ſcelus oſtendam uobis. ſ. q; me oc cidatis. ¶ Parens. de ſe loquitur in tertia perſona. ¶ Mediã. ego mater pono me mediam inter uos ne poſſitis concurrere. ¶ Proinde. ergo ſi uultis. ¶ Bellum. refertur ad illud donate matri pacem. ¶ Tollite. remouete. ¶ Aut ſi uultis facere bellum tollite me quæ ſum mora belli. ¶ Cui. dubitat & rogare uult alteꝝ: ſed ad qđ incipiat neſcit ſi pri us cõplectar polinicẽ qui reuertitur: an etheoclẽ receſſurum: demũ ſtatuit prius oſculari polinicẽ. ¶ Si pacta. ſi uoluerunt ſeruare pacta alter etheo cles exulabit quẽadmodũ polinices: & ita ſum ſol licita & dubia qđ prius debeam complecti an po linicẽ reuertentẽ: an etheoclẽ diſcedentem. ¶ Al terna. facta uiciſſim ad utrũq; fratrem. ¶ Sic. niſi per diſcordiã. ¶ Iunge. demũ conuertit ſe ad po linicem. ¶ Trementẽ. quã iam uibrabas cõtra fra trem. ¶ Coire. cõiungere ſimul. ¶ Vinculo. ſ. ga lee: ſi uis ut te de oſculer depone galeã. ¶ Ora. ut uideam uultũ tuum. ¶ Quo uultus. dũ rogaret a matre circum aſpiciebat dubitans de fratre: unde mater dicit quo uertis uultũ: noli timere quare ſi frater debet occidẽ te prius occidet me q̃re ego ãplector te totã & tegã. ¶ Refers. uoluis. ¶ Acie. aſpectu. ¶ Obſeruas. multũ aſpicis. ¶ Affuſa. cir cum te poſita. ¶ Redde. iam depoſuerat gladium unde dicit mater iocaſta iterum ſuſcipe arma q̃re frater adeſt armatus. ¶ Capulo. manubrio enſis. ¶ Ingerat. inuoluat ſe in lorũ clipei. ¶ Dũ donec. ¶ Tu pone. uertit ſe mõ ad etheoclem: dicens tu qui primus negaſti regnum fratri & es cauſa belli prior depone arma. ¶ Si pacis. ſi ſtatuiſti omnino gerere bellum non peto pacẽ perpetuam: ſed in ducias ut uulgo dicũt treugam paruum ſpacium temporis ut uos poſſim cõplecti & oſculari. ¶ Su prema. ultima q̃re non amplius deoſculabor uos ſi bellum geratis. ¶ Prima. quare non multis ãnis non uidi eum. ¶ Vtrunq; non p me ſed pro utro que timeo. ¶ Qualibet mora. dicit q; ĩ faciẽdo ſce lere mora eſt bona. ¶ Optimum uinci. quare me lius eſt in tam ſcelerato bello uinci q̃ uincere: & ſupſtes tanto ſceleri eſſe. ¶ Patiare potius melius eſt pati damnum & mortem quã contra bonam famam & nomen uirtutis aliquid committere. ¶ Mater ego iocaſta de ſe loquitur ĩ tertia perſo na. ¶ Abiget. remouebit. ¶ Hinc ex utraq; parte.

Ego utrumq; peperi. ponitis ferrum otius:
An dico: & ex equo dextras matri date.
Date dum pie ſunt. error multos adhuc
Fecit nocentes. omne fortune fuit
Peccantis in nos crimẽ. hoc primum nefas
Inter ſcientes geritur in ueſtra manu eſt
Vtrum uelitis: ſancta ſi pietas placet.
Donate matri pacem. ſi placet ſcelus.
Maius paratũ eſt. mediã ſe opponit parẽs:
Proinde bellum tollite aut belli moram.
Cui ſolicita nunc mater alterna prece
Verba admouebo? miſera quẽ ãplectar p̃?
In utranq; partem adducor affectu pari.
Hic abfuit: ſed pacta ſi fratrum ualent:
Nunc alter aberit. ergo iam nunq̃ duos
Niſi ſic uidebo, iunge complexus prior
Tu qui tot labores totq; perpeſſus mala:
Longo parentem feſſus exilio uides.
Accede propius. clude uagina impium
Enſem: & trementẽ iãq; cupientẽ excute.
Haſtam ſolo defige: maternum tuo
Coire pectus pectori clipeus uetat.
Hunc quoq; repone: uinculo frontẽ exue:
Tegmen q̃ capitis triſte belligeri leua.
Et ora matri redde. quo uultus refers?
Acieq; pauida fratris obſeruas manum?
Affuſa totum corpus amplexu tegam:
Tuo cruori per meum fiet uia.
Quid dubius hæres: an times matris fidẽ?
Po. Timeo. nihil iam iura nature ualent:
Poſt iſta fratrum exẽpla: ne matri quidem
Fides habẽda ẽ. Io. Redde iã capulo manũ
Aſtringe galeam. leua ſe clipeo ingerat:
Dum frater eſt armatus, armatus mane.
Tu pone ferrum. cauſa qui ferri eſt prior:
Si pacis odium eſt: furere ſi bello placet.
Inducias te mater exiguas rogat:
Ferat ut reuerſo poſt fugam nato oſcula
Vel prima uel ſuprema: dum pacem peto:
Audite inermes: ille te, tu illum times:
Ego utrũq; . ſed p utroq; ad ſtrictũ abuti?
Recondere enſem: qualibet gaude mora.
Id gerere bellũ cupitis in quo eſt optimũ
Vinci. uereris fratris infeſti dolos:
Quotiens neceſſe eſt fallere aut falli a ſuis
Patiare potius ipſe q̃ facias ſcelus.
Sed ne uerere. mater inſidias & hinc
Et rurſus illinc abiget. exoro: an patri

¶ An patri.

Inuideo ueſtro:ueni ut arcerem nefas
An ut uiderē? propius hic ferrum abdidit,
Recliuis haſta: & arma defixa incubant.
Ante nunc preces nate maternas feram:
Sed ante lachrymas:teneo longo tempore
Petita uotis ora:te profugum ſolo
Patrio penates regis externi tegunt.
Te maria tot diuerſa tot caſus uagum
Egere:non te duxit in thalamos parens?
Comitata primos, nec ſua lætas manus
Ornauit edes:nec ſua lætas faces
Vitta reuinxit:dona non auro & graues
Gazas ſocer non arma non urbes dedit,
Dotale bellum ē.hoſtium es factus gener.
Patria remotus hoſpes alieni laris
Externa conſecutus.expulſus tuis.
Sine crimine exul:ne quid e fatis tibi
Deeſſet paterni?:hoc quoq3 ex illis habes
Erraſſe thalamis:nate poſt multos mihi
Remiſſe ſoles:nate ſolicitę metus
Et ſpes parenti?:cuius aſpectum deos
Semper rogaui:cum tuus reditus mihi
Tantum eſſet erepturus aduentu tuo
Quantum daturus:quādo pro te deſinam
Dixi timere:dixit irridens deus.
Ipſum timebi?:nempe ſi non bellū foret
Ego te carerem:nempe ſi tu non fores
Bello carerem:triſte conſpectus datur
Precium tui durumq3.ſed matri placet
Hinc mō redeāt arma:dum nullum nefas?
Mars sæuꝰ audet:hoc quoq3 ē magnū nefas:
Tam ppe fuiſſe:ſtupeo & exanguis tremo
Cum ſtare fratres hinc & hinc uideo duos
Sceleris ſubictu:mēbra quaſſantur metu.
Quam pœne mater maius aſpexi nefas.
Quā:quod miſer uidere nō potuit pater:
Licet timere facinoris tanti uicem
Videāq3 iam nil tale:ſum infelix tamen
Quod pœne uidi p decē mēſium graues:
Vteri labores:perq3 pietate inclytas
Præcor ſorores:& per irati ſibi
Genas parētis:ſcelere quas nullo nocens:
Erroris a ſe dura ſupplicia exigens:
Hauſit nefandas mœnibus patriis faces:
Auerte:ſigna bellici retro agminis
Flecte:ut recedas:magna ps ſceleris tamē
Veſtri peracta eſt:uidit hoſtili grege
Campos repleri patria:fulgentes procul

¶ An patri.interrogatiue. legendum uellem eſſe cæca ne uiderem ſcelera ueſtra quēadmodum eſt pater œdipus. ¶ Arcerem. repellerē. ¶ Hic ferrū.etheocles motus p̄cibus depoſuit arma. ¶ Recliuis.quādo haſta ē appoſita alicui loco ſtat inclinata. ¶ Incubant.hærent. ¶ Ad te. cōuertit modo præces ad polinicem dicēs iam te uideo nate quem tādiu uidere deſideraui. ¶ Penates.domus. ¶ Externi regis.adraſti. ¶ Tegūt.tenent. ¶ Non te.quando uolumus. inducere cōpaſſionem dicimus facta quæ nō debuiſſent fieri & non facta q̄ debent fieri:unde ibi oſtendit illud non eſſe factū qđ fieri debebat ut mater ſolet paraꝛ thalamos filio & alia exequi:cū duxit uxorem. ¶ Vitta.ut Plutarchus refert ſolebat faſcia candida appendi iter utrāq; ianuam qđ a ſe non factū queritur iocaſta. ¶ Vitta.faſcia. ¶ Reuincit.ligauit. ¶ Dona habuiſti uxorē filiam adraſti ſed ſocer nō dedit doté ut ſolet fieri urbes aut aurꝫ:ſed bellum:nā cum exercitu ſuo promiſit te reducere in regnū. ¶ Sine crimine.quare nihil mali commiſeras pp quod deberes exulare. ¶ Nequit.ut haberes oīa mala quem admodū pater tuus qui cum eſſet natus expoſitus fuit feris cū adhuc nihil mali feciſſet ita & tu ſine cā exulaſti. ¶ Thalamis.ex cōiugio patris. ¶ Remiſſe.reddite. ¶ Poſt multos ſoles.poſt multos dies. ¶ Metus.quare timebā ſp pro tene quid mali accideret. ¶ Tātum erepturus.rogabam deos ut redderent mihi cōſpectum tuū cum ille tantū mihi tolleret q̄tum daret:quare alter frater receſſurus erat in exiliū cum tu ueniſſes. ¶ Dicit. nūc eſt uerificatū oraculū dei qui mihi dixit quando uidebis timebis. ¶ Triſte.uideo te ſed nō quēadmodū deſiderabam. ¶ Matri placet.q̄uis ita ſit iuuat etiam te uidere modo tamē hac conditione ut recedat exercitus & nō uenias contra patriam. ¶ Redeant.reuertantur. ¶ Quam pene.quaſi uidi maius nefas quod nō poterat uidere œdipus: quare cæcus erat. ¶ Licet timere.q̄uis non uiderim tantum ſcelus ut fratres cōgrediantur: tamē poſſum iudicari infœlix quod prope fui ut uiderē. ¶ Per decem. rogat polinicem per labores quos ſuſcepit pro eo & per amorem quem habet i ſorores: & patrem ſuum cæcum: ut deponat arma. ¶ Sorores.antigonem & iſmenē gloriоſas amore parentum. ¶ Irati ſibi.ſibi inimici ſibimet quare exe cauit ſe. ¶ Nullo.ſcelere nulla culpa quare peccauerat per ignorantiam. ¶ Exigens. ſumens. ¶ Hauſit.euulſit. ¶ Grege.hoſtili turba hoſtium.

¶ Cadmea.thebana. ¶ Leui. agili. ¶ Excelsos ro
tis.sublimes in curribus:nam antiqui principes so
lebant pugnare in curru. ¶ Trabes.magnas faces.
¶ Cineri ad cinerē:ut combureretis nostras do/
mos. ¶ Fratres.s.uos.nā ceperatis conserere ma
nus:nisi me interposuissem:qui res ē etiam noua
thœbis ubi solita sunt fieri multa scelera. ¶ Faci/
nus est parenthesis. ¶ Soror.ismene & antigone.
¶ Debet sibi.in hoc obligatus ē sibi q̄ cæcus non
potuit uidere. ¶ Occurrat.uide patrē tuum qui er
roris sui:uoluit etiam pœnam sumere.quāto ma/
gis tu poteris iudicari dignus omni supplicio qui
scienter cōmittis tantum scelus. ¶ Ne p̄cor.argu/
it ab utilitate si patriā destruitis nō habebitis ubi
regnare possitis. ¶ Perdis.destruis. ¶ Nullā:dum
uis patriam esse tuam illam uis esse nullā. ¶ Quin
imo peius cum cā tua sit iusta & mereat fauorem
ab oībus in hoc solo habent te odio q̄ patriam ar
mis oppugnas. ¶ Solum terram patriam. ¶ Adu
stas sternis.i.sternis & comburis:ut illud uirgilia/
num submersas obrue pupes. ¶ Edis facis. ¶ Fu/
gam.quare omnes fugiunt. ¶ Sic.sicut tu. ¶ Ma/
nente regno.incolumi statu patrie. ¶ Vter.uel tu
uel frater. ¶ Petes.inuades interrogatiue ad rep̄/
hensionem. ¶ Poteris.ne tam crudelis ut uelis de
struere muros thebanos cōstructos ab amphiōe
sono cythare ut uoluit Vir.in bucolicis iussit tyri
os accedere mōtes. ¶ Quassare.cōcutere. ¶ Mo
les.ingentia saxa. ¶ Nulla manus.ita ordinat du/
cens tardū onus. ¶ Nulla manus.quare sine ope/
ra manuum edificata sunt illa mœnia sono cytha
re. ¶ Tardum.magnum & graue. ¶ Machina in
strumētū est quodcūq̄ ad faciendū aliqd:ut puta
ad trahendum sursum saxa. ¶ Duces.uerbum est.
¶ Equales senes quēadmodum pater quod indi/
gnum est. ¶ Coniugum.maritorum suoꝝ. ¶ Si/
nu.complexu per uim rapiātur ab amplexu uiro/
rum suoꝝ. ¶ Adulta.iam nubilis: quod miseran/
dum ē:ut uirgines mixte aliis captiuis ducant an/
cille nuribus argolicis. ¶ An & ipsa.forte & ego
capiar in hoc bello. ¶ Et uehar.i.educar captiua.
¶ Vinctas palmas.constructio est græca ponere
participium p̄teriti cum accusatiuo:si esset nomē
adiectiuum esset sinodoche. ¶ Potes.q.d.sustines.
ne tantum scelus. ¶ Admouere.appropinquare.
¶ Imperas.nundum regnas. ¶ Quid sceptra.qd
facies quando rex esses. ¶ Tumores superbiam.
¶ Refer.reuertere ad pietatem. ¶ Vt profugus.
respondet polinices matri:monstrans causse iniq
tatem:dic mater quid equi ē:ut ipse qui nihil pec/
caui semp sim exul &ff q fefellit fidē regnet i pria
Si uis q̄ discedā saltē demonstra locū ubi maneā.

Armis cateruas,uidit equitatu leui
Cadmea frangi prata:& excelsos rotis
Volitare proceres:igne flagrantes trabes
Fumare:cineriq3 petunt nostras domos:
Fratresq3 facinus qd nouum & thebis fuit?
In se ruentes:totus hoc exercitus:
Et populꝰ omnis:& utraq3 hæc uidit soror
Genitrixq3 uidit:nam pater debet sibi
Quod ista nō expectauit:occurrat tibi:
Nunc œdipus:quo iudice erroris quoq3
Pœne petuntur:ne precor ferro erue
Patriā:ac penates:neue q̄s regere expetis
Euerte thebas:quis tenet mentem furor?
Petendo patriam perdis:ut fiat tua
Vis esse nullam:quin tuæ causæ nocet
Ipsum hoc:quod armis infestis solum
Segetesq3 adustas sternis:& totos fugam
Edis per agros:nemo sic uastat sua:
Quæ corripi igne:quæ meti gladio iubes
Aliena credis:rex sit e uobis uter:
Manente regno quærite:hæc telis petes.
Flammisq3 tecta?poteris amphyonis
Quassare moles:nulla quas struxit manꝰ
Stridente tardum machina ducens onus
Sed cum uocatus uocis & cythere sono:
Per se ipse turres uenit in summas lapis.
hec saxa frāges uictor:hīc ne spolia auferes
Victosq3 duces patris æquales tui
Ab ipso matres coniugum raptas sinu:
Sætuus catena miles imposita trahet:
Vt adulta uirgo mixtam captiuo gregi:
Thebana nuribus munus argolicis eat.
An & ipsa palmas uictas post tergū datas
Mater triumphi præda fraterni uehar:
Potes ne ciues lætus exitio datos:
Videre passim:mœnibus caris potes
Hostē admouere:sanguine & flāma potes
Implere thebas:tam ferum & durum geris
Sæuum in iras pectus:& nūdum imperas.
Quid sceptra faciēt:pone uesanos præcor
Animi tumores:teq3 pietati refer
Po. Vt profugus errē semp:ut patria arceat
Opemq3 gentis hospes externæ sequar:
Quid paterer aliud si fefelissem fidem:
Si peierassem fraudis aliene dabo
Pœnas:at illē premium scelerum feret:
Iubes abire:matris imperio obsequor
Da quo reuertar:regia frater mea.

¶ Habitet.

¶ Habitet.indignatiue dicitur. ¶ Pensare.compensare & ꝑmutare regnum cum uili casa. ¶ Donū qui datus.sum tanꝙ donū uxori quare susceptus sum in domū suam. ¶ Feram.tolerabo. ¶ Arbitria.impia & uoluntatē uxoris fœlicis respectu sui quare ipsa est in domo ꝓpria. ¶ Dura.grauia. ¶ Thalami uxoris. ¶ Lixa tanꝙ mercenarius sequar socerū adrastū tanꝙ lixa qui est qui obsonia in exercitu parat qué nos coquū appellamus. ¶ Si regna.respōdet iocasta mater ꝙ si habes tantā uoluntatem regnandi:iuuāte adrasto poteris tibi cōparare regnū & enumerat aliqua loca opulētissima cōtra qui poterit gerere bellū. ¶ Vacare.carere:cū datiuo intentū ēé: cum ablto cum ꝓpositione ab cessare:cū ablto tantū carere. ¶ Peti.inuadi. ¶ Hinc.ex una ꝑte potes ire in ꝓuinciā lidiam quæ ē in asia:ubi est mons tinolus ibi é maxima copia uini:unde tinolus fertilis baccho. ¶ Iuga colles. ¶ Qua parte lata spacia ibi planities ampla & fructifera. ¶ Et qua.& ibi in lidia est pactolus qui ducit harenas aureas. ¶ Meandros.fluuius de quo diximus in hercule furente. ¶ Aquas errātes.quare nō habet rectū cursum:sed tortuose fluit. ¶ Lætis.fertilibus. ¶ Ebrus.fluuius trachū celeberrimus qui Aristotelis testimōio li.ii. meteororū ex monte pindo nascit. Seruius uero ex Oeagrio fluuio patre orphei.qui ēt ex eodem monte pindo nascit profluere dixit quod Virgi.tetigisse uidetur libro georgicoꝝ quarto cum ait. Oeagrius hebrus & quia odrissii montis niues cum plurimum augent. Frigidissimum etiā reddunt: quare dicit Virgilius in Galo. Si amore estuantes frigoribus mediis hebrū quæ bibamus nos:tūc quoqꝫ refrigerari nō posse:iuitque illo ꝓiectum Orphei caput & Lira. ¶ Rapidus.i.uelox. ¶ Secat.diuidit. ¶ Gargara.cacumina sunt montis ide:ide: quare de illis loquitur Virgi. Lucus in arce fuit summa. ¶ Cereris.ubi é magna copia fruméti. ¶ Xantus.fluuius é troianus ut Virg.li.v. Hectoreos amnes xantum'ac simoenta,uidebo. ¶ Diues solum pingué terram. ¶ Niuibus ideis.mons est & silua troianoꝝ in phrigia quā homerus li.viii.iliados ferarū parenté dixit:& locū continere qđ gargarum uocāt. Vnde etiam scamander & simois flumina maiora fama q̄ natura defluūt:ut scripsit Pōponius li.i.& etiam eodé nomine mōs alius iucrera dicente Ouidio lib.fastorū quinto.& creta nobilis ida. Vir.similiter lib.eneidos secūdo īquit Mons ideus ubi:unde quæ ab ida paratus formātur per æ dipthongum scribūtur:ut idæus. ¶ Fauces abydos hespontum mare abydus ciuitas est helespon ti ex latere asiatico de q̄ Vir.li.geor.primo ostriferi fauces.tantātur abydi & directe ex opposito ad sestū depositā iacet. ¶ Præmūt īstāt ubi mare helespontū strictū est ab uno latere abydos ꝙ alio sestos ciuitas per medium sunt fauces illius maris helesponti. ¶ Qua latus mare:ionium quod latium dicitur ab ionia usqꝫ siciliā & eius ptes esse uolūt adriaticum:archadicumqꝫ & epyroticū. ¶ Propior uicinior.s.terra. ¶ Latus quo extenditur lyciam prouinciā asie. ¶ Tutam securā propter multos portus. ¶ Hæc regna.in his locis poteris tibi parare regnū exercitu tuo. ¶ Socer adrastus. ¶ Patré œdipū crede adhuc istud regnū esse sub patre tuo qué non debes intestare ¶ Reditus iste.talis cū exercitu & scelere. ¶ Alieno crimine.psidia fratris etheoclis. ¶ Tuo quare destruēs:patriā tuam:ideo melius est quod tu uadas ad noua regna. ¶ Quin frater tuus etiā dabit tibi auxilium. ¶ Comitatus:sequens arma tua militabit tecū. ¶ Regna cū scelere notabilis ē snīa: melius é exultare sine scelere:quam tenere oīa regna cū culpa & crimine. ¶ Grauiora nūc belli.facit aliam suasioné ꝓp dubium euentum belli:quare credis uincere forte perdes:Dices habeo plures gentes: sed hoc non facit uictoriam quare ut testatur Marcus Tullius multotiens uidimus ingentes copias superari parua manu. Prætera animaduerte si habeas deos fauentes. Tamen non erit honesta uictoria: nec unquam letaberis.

Habitet superba: parua me abscōdat casa.
Hanc da:repulso liceat exiguo lare
Pensare regnum:coniugi donum datus
Arbitria thalami dura fœlicis feram:
Humiliſq3 socerū lixa dominantē sequar:
In seruitutem cadere de regno graue est.
Io.Si regna quæris:nec pōt sceptro manus
Vacare sœuo.multa quæ possunt peti:
In orbe toto quelibet tellus dabit.
Hinc nota baccho tinolos attollit iuga:
Qua latis terris spatia frugiferis iacent.
Et qua trahens pactolus opulenta uada
Inundat auro rura:nec lætis minus
Meandros aruis flectit errantes aquas:
Rapiduſq3 campos fertiles hebrus secat.
Hinc grata cereris gargara:& diues solum
Quod xantus ambit niuibus ideis tumēs
Hinc qua relinquit nomen ionii maris:
Fauces abydos sextos oppositę premunt:
Aut qua latus iam propior orienti dedit.
Tutamq3 crebris lytiam portubus uidet
Hæc regna ferro cāre:in hos populos ferat
Socer arma fortis:has paret sceptro tuo
Tradatq3 gentes:hoc adhuc regimē puta:
Tenere patrem:melius est exilium tibi
Quam reditus iste:crimine alieno exulas
Tuo redibis:melius usus uiribus:
noua regna nullo scelere maculata appetes
Quin ipse frater arma comitatus tua:
Tibi militabit:uade & id bellum gere
In quo pater materq3 pugnanti tibi
Fauere possint:regna cū scelere omnibus
Sunt exiliis grauiora:nunc belli mala

¶ Mars.deus belli qui ſemper dubius eſt. ¶ Impares. q̃uis una pars ſit fortior altera. ¶ Exequat.equales facit. ¶ Cæca.fortuna quæ nõ põt cognoſci:uel quæ nullũ cognoſcit:nam malis nõ merentibus p̃mium donat & bene merentes relinquit. ¶ Fac fauiſſe.ponamus per caſum q̃ uiceris & habeas deos fauentes. ¶ Ceſſere.dedere locũ. ¶ Et auerſi fugientes in aliã partem. ¶ Frangenda diminuenda quare non hẽbis letitiam pfectam. ¶ Admittit facit. ¶ Infœlix nũc exul. ¶ Lugebis ecce nõ poteris gaudere:nam interfecto fratre poſtea lugebis uictoriã tuam. ¶ Infauſtas infœlices. ¶ Parentes.ſ.tuos ne hẽant cãm lugendi. ¶ Ne metue dixerat polinices:ergo mater uis q̃ etheocles nullas hẽat pœnas malorũ ſuorũ: reſpõdet iocaſta illũ ſatis habiturũ ſupplicia: nam malis regibus & præſertim qui regnãt thœbis regnum eſt pœna qđ teſtatur Cicero in officiis cõmemorans ſupplicia dyoniſii ſyracuſani & aliorũ tyrãnorum:hoc ſi nõ credis cape exemplũ aui tui laĩ & patris œdipi: ſi nõ credis iſtis dicet tibi cadmus cõditor thebarũ qui mutatus eſt in ſerpentẽ: & eius filii & nepotes. ¶ Gereꝝ ſceptra.nullus unquã potuit regnare thœbis qui nõ paſſus ſit multa mala. ¶ Nec quiſquã aggrauat rem faciens argumentum a maiori ad minus: maiores habebãt regnum iuſte & affecti ſunt malis:quõ facient qui regnabunt cum ſcelere. ¶ Illa.ſ.ſceptra. ¶ Rupta. fide ut etheocles. ¶ Iſtos qui regnauerũt thœbis iam incipit eſſe miſer. ¶ Numero.ſ.fratrem inter iſtos. ¶ Et eſt tanti tante eſtimationis:ut uellẽ eẽ rex & mori:& dare pœnas ut dederũt illi. ¶ Turbe iocaſta.uidẽs filium obſtinatũ.reſpondet indignata dicẽs.Non habeo te pro filio:ſed in numero exulum. ¶ Aſcribo.adiũgo. ¶ Regna: habeas regnum dũmodo habeas odium tuorũ. ¶ Regnare.reſpõdet polinices hoc non curo mater:qui timent odiũ nõ uolunt regnare: dictũ eſt tyrãnice. ¶ Regis ille qui cõprimit odia & illos qui habent ip̃m odio:hic uerus eſt rex. ¶ Multa.imo melius ẽ haberi odio a ſuis q̃ amari:nã multotiens ꝓpter amorẽ ſuorũ ꝓhibetur rex facere multa quæ uellet crudeliter in ſuos ſubditos iratos ſibi. ¶ Qui uult:is qui amorẽ quærit timidus ẽ:nec audet punire ſuos. ¶ Languida timida. ¶ Inuiſa.iocaſta reſpondet q̃ qui timeꝫ a ſuis nõ põt diu regnare.ut teſtaꝫ Cicero Malus cuſtos eſt diuturnitatis metus:& ſi dices contrariũ reſpondebo q̃ eſt ſtandũ peritis in arte:qui regnauerũt ſciunt narrare cõditiones regni:ſed tu nõ regnaſti.unde eas nõ bene nouiſti melius diceres de ſtatu exulũ quare exulaſti. ¶ Diſpone guberna. ¶ Pro regno.polinices dicit filios patriam uxorẽ & deoſ poſſe ꝯburere dũmodo regnare poſſit. ¶ Quolibet præcio.cõterit quid uelit regnũ: dum regno eſt bonũ p̃ciũ: & ita iſta fabula remanet imperfecta nõ eſt quintus actus nec chori interpoſiti.

Te umbroſas. Hæc tragœdia q̃ ĩſcribitꝫ hyppolitus inter alias ſentẽtiis graubus uerbis excultis ornata ẽ. Argumẽtũ erit eiuſmodi hyppolitus theſei & hypollite amazonis uel ãtiope:ut ibi uult pœta filius fuit.q dũ cælibẽ ducens uitã ſeſe uenatu exerceret & cõſtanti aĩo ſperneret mulieres:a phœdra nouerca abſente patre amatus eſt:cuius turpi deſiderio:cũ obtẽperare noluiſſet:redeũte pr̃e adulterii ei crimen nouerca obiecit. Quãobrẽ Theſeus ĩ furorẽ

Propone:dubias martis incerti uices.
Licet omne tecum regiæ robur trahas:
Licet arma longe miles ac late explicet:
Fortuna belli ſemp ancipiti in loco eſt.
Quodcũq3 mars decreuit:exequat duos
Licet impares ſunt gladius & ſpes & metꝰ
Sors cæca uerſat:præmium incertum petit
Certum ſcelus:fauiſſe fac:uotis deos
Omnes tuis:ceſſere & auerſi fugam
Petiere ciues:clade funeſta iacens
Obtexit agros miles:exultes licet
Victorq3 fratris ſpolia deiecti geras:
Frangẽda palma ẽ:quale tu id bellũ putas
In quo execrandum uictor admittit nefas
Si gaudet:hunc quẽ uincere infœlix cupis
Cum uiceris lugebis:infauſtas agẽ
Omitte pugnas:libera patriam metu:
Luctu parentes.Po.Sceleris & fraudis ſuæ
Pœnas nefandus frater ut nullas ferat:
Io.Ne metue pœnas equidẽ ſoluet graues
Regnabit:hæc pœna eſt,ſi dubitas,auo
Patriq3 crede:cadmus hoc dicet tibi:
Cadmiq3 proles:ſceptra thebana fuit
Impune nulli gerere:nec quiſq̃ fide
Rupta tenebat illa:iam numeres licet
Fratrẽ ĩter iſtos Po.numero &eſt tãti mihi
Cum regibus iacere.Io.Turbe exulum
Aſcribo regna:dummodo inuiſus tuis.
Po.Regnare nõ uult:eẽ qui inuiſus timẽt
Simul iſta mundi conditor poſuit deus:
Odium atq3 regnum:regis & magni reor
Odia iſta,præmerẽ:multa dominãtẽ uetat
Amor ſuorum:plus in iratos licet.
Qui uult amari languida regnet manu
Io.Inuiſa nunq̃ imperia retinentur diu.
Præcepta melius imperii reges dabunt:
Exilia tu diſpone.Po.Pro regno uelim
Patriam,penates coniugem flammis dare:
Imperia præcio quolibet conſtant bene.
Quarta tragœdia q̃ Hyppolitꝰ ĩſcribitur

Actus primus Hyppolitus loqtur
Te umbroſas cingite ſyluas:
Summaq3 montis iuga cecropii

uerſus

uersus de filii nece cogitauit. qđ metuens Hyppolitus consẽso currũ fugam arripuit. Verũ dum phœce: quæ tum forte in littus exierant equoꝝ: ac rotaꝝ strepitu p̃terite sese in mare repente p̃cipitassent: exte riti equi currũ contentis habenis per scopulos: ac saxa traxere tãto ĩpetu: ut compagibus dissolutis in fœ licem iuuenẽ loris implicitum discerpserint. Vnde phœdra tacta dolore interemit se: & Theseus postea penitentia ductus multũ fleuit. Diuiditur argumentũ in quinq; actibus. In primo describunt mores hyp politi & phœdre. nã hyppolitus introducitur qui castus erat & remotus a mulieribus intẽtus uena tioni: unde ibi parãs uenationem: disponit socios & canes ad uenandũ. In secũdo actu ponitur attẽ tatio stupri a phœdra. In tertio reuersõ thœsei ab inferis cũ accusatione phedre. In quarto nuncius de morte hyppoliti. In quĩto mors phedre: & do lor thesei. uersus ẽ anapesticus & pindaricus: ut ui dimus in hercule furente. recipit spõdeũ & dactyl lum q̃re sunt equales in tpibus. ¶ Cecropi atheni enses a cecrope rege hos inuitat ad uenãdũ. ¶ Sũ ma iuga altiores colles: interdũ dicũtur trãstra na uium interdũ quo iunguntꝫ boues. ¶ Vagi dispsi: uel errantes. ¶ Lustrate. circum ite: inde dicũtur lustrationes urbis. ¶ Planta. pede. ¶ Qua. s. parte ¶ Carponeto: locus ĩ agro athico. ¶ Niue ryphea montes sunt ryphei in sythia a ꝑpetuo flatu uẽto rũ dicti: nã rypheo græce dr̃ qđ apd̃ nos flo. Vir. iii. ge. Gẽs effrẽa uiꝝ rypheo tõdit̃ euro ascẽdite mõtes ĩ qbus ẽ uix ducta p̃ uẽtos rypheos. ¶ Hac hac. per aliã p̃tẽ. ¶ Alnus arboris. ¶ Texit̃ densat̃. ¶ lacent. dicũtur loca plana iacere. sicut mõtes surgere. ¶ Zephirus. uentus tepidus spirãs in uere q̃ laxat & aperit terrã latine fauonius dicit̃. ¶ Meãder. fluuius de quo supra diximus: alius ẽ teste soli no qui chariã diuidit: hic ẽ ĩ agro atheniẽsi. Et ste rilis: alter ãt abũdans: & pingues terras hẽt. ¶ Eq̃ les. planicie camporũ. ¶ Piger. quare p̃ planitiẽ la bitur. ¶ Amne maligno. nõ copioso paucis aquis. ¶ Marathon. fuit ciuitas attice distans ab athenis passus circiter decẽ milia ubi ꝑfligatus fuit exerci tus darii p̃sarũ regis cũ centum milibus peditũ & x. milibus eq̃tum ab athenien̄sibus solũ. x. milibus armatis ducẽ miltiadis: ut latæ descripsit herodi tus. li. vii. ¶ Saltus. loca ubi sunt prata & arbores. ¶ Leuo ad manũ sinistrã. ¶ Comitate. sere cũ suis paruis fœtibus. ¶ Arcaná durus: alii uadant ad lo cum ubi mons acarná lapidosus qui ẽ i agro athy co: acarnania uero pars ẽ epiri teste plinio lib. iiii. Quã achelous fluuius ab etholia diuidit. ¶ Austa uentus meridianis: auster uẽtus tepidus & notus dicitur. ¶ Hymeti dulcis ꝑ mella: mõs ẽ teste pli. li. iiii. in attica regiõe qui teste Soliuo oĩum græcoꝝ montiũ obtinet principatũ & floribus semp uestitus Oui. vii. methamor. Vertit se de summo semp florentis hymeti: & iuuenalis de socrate sene loquens dulciq; se nex uicinus hymeto: ex eodẽ monte marmorũ cruste & trabes marmoree cauabantur: ut inquit ora ius in odis nõ ebur neq; aureũ mea reuidet in domo lacuuar: nõ trabes hymetie p̃munt colũnas: ultima reci fas aphrica. ¶ Calcet pedibus. ¶ Apidanas declinatur apidane apidanaꝝ in agro attico: ubi theseus depo suit helenã captam: ut isocrates dicit. apidanus uero fluuius ẽ unus ex quinq; principalibus thesaliæ: ut re fert Herodotus li. vii. & tarde fluere dicit̃ quousq; illi cõmiscetur enipheus: dicente Lucano li. i. Iter gurgi te rapto. apidanus nunq̃ celer nisi mixtus enipheo. ¶ Suniũ: græcæ sunium ꝑmontoriũ est terre attice & uilla nobilis quæ eiusdẽ suinii appellat̃: hec insula deserta & aspera ẽ longitudinis stadiũ septem miliũ pro rumpens in mari. ideo debet hẽre multas feras. nã diu est qđ nullus huc accessit. ¶ Vacat. cessat. ¶ Immu nis. quæ nihil dedit nobis. ¶ Vrget. ĩstat ad aq̃s. ¶ Curuati quare ĩminet mari. ¶ Si quẽ. si aliquis est q gloriã uelit in uenatione ueniat in agros philippos ubi unus magnus erat aper. Philippi cãpi sunt in thesalia ubi cesar ꝑfligauit põpeũ: & itẽq; brutus & cassius supati. ¶ Silue uenationis. ¶ Philippis. nomẽ loci. ¶ Me tus appositio ẽ. ¶ Tacitis. aliqui canes erãt qui taciti appellabãtur & copula tenebãtur: unde dicit. Mittite habenas. i. funes. ¶ Lora. retinacula: ut funes & corigiæ. ¶ Molossos acres fortes canes ad ꝑsequendum

Celeri planta lustrate uagi:
Q ua saxa solo carpaneto
Subiecta iacent: & quæ Thyasis
Vallibus amnis rapida currens
Verberat unda: scandite colles
Semper canos niue ryphea.
Hac hac alii qua nemus alta
Texitur aluo: qua prata iacent:
Q uæ rorifera mulcens aura:
zephirus uernas euocat herbas.
Vbi meander super æquales
Labitur agros: piger & steriles:
Amne maligno radit harenas
Vos qua marathon tramite e leuo:
Saltus aperit: qua comitatę:
Gregibus paruis: nocturna petunt
Pabula feræ: uos qua tepidis
Subditus austris frigora mollit:
Durus acarnan: alius rupem:
Dulcis hymæti: paruas alius:
Calcet apidanas: pars illa diu
Vacat immunis: qua curuati
Littora ponti: sunion urget.
Si quem tangit gloria siluæ:
Vocat hunc philippis: hic uersatur
Metus agricolis uulnere multo
Iam notus aper, at uos laxas
Canibus tacitis mittite habenas:
Teneant acres lora molossos:

apros:molossa regio est europe quæ postea epirus dicta fuit:ubi bonos canes nasci cum a multis refert: tum ab oratio ī cœpodo:nā qualis aut molossus:aut fuluus laconica uis.pastoribus aué per altas aure sub/ lata niues:& Virgi.iii.georgi.Nec tibi cura canum fuerit postrema:sed una uelocis sparte catulos:acrēq; molossum pasce sero pingui:canibus spartanis seu laconicis uelocitas laudat:ī molossis fortitudo.¶ Cres sæ.canes decreta feminini generis.¶ Intenta.dum trahunt.¶ Tricto.collo.ubi est copula quæ tenet col lum.¶ Propiore.uiciniore:ut habeas manū ppe collum.¶ Veniet.quando erunt excitate fere isti dimittentur.¶ Nūc dimissi.canes inclinati capite ad odorem qui sagaces dicūtur.¶ Captent auras. odorando & sequendo uestigia ferarum odore. ¶ Lustra.cubilia ferarū.¶ Presso rostro.ore incli nato ad terram.¶ Lux dubia. crepusculum rece/ dente nocte:nam exeūt mane anteq̄ sit lux ut re/ centia uestigia ferarum sectent.¶ Rosida.humi/ da:cum cadat ros mane.¶ Alius.uersus hic est tri meter anapesticus constat sex pedibus.¶ Raras plagas.retia rara.¶ Teretes laqueos.quare de fu/ nibus fiunt rotūdis.¶ Picta.ornata.¶ Pina ruben ti.aliquo ornamento facto ut fere timeant.¶ Li/ nea fune.¶ Claudat uano.ubi non opus é ut time ant illa sed potius laqueos & uenatores.¶ Tibi li bret.uertit se ad aliū.¶ Leua & dextra utraq; ma/ nu:nam ita tenetur uenabulum.¶ Subsessor.insi/ diator.¶ Subsidere é remanere:aliquando stare ī insidiis:unde subsessores dicūtur.¶ Præcipites.fu giētes & perturbatas.¶ Ages.insequeris.¶ Visce ra.solēt captis feris extrahere illis uiscera.¶ Ades iam facit uotum ad dianam ut sit sibi ppitia.¶ Vi rago.diana uenatrix.¶ Comiti.s.mihi qui sequor studiū tuū.¶ Vacat.seruit.¶ Pars secreta.loca de/ serta in quibus habitant fere.¶ Certis.non fallē tibus.¶ Quæ potat araxem uolēs dicere omnes feras mundi:uenit ad aliquas partes speciales:ara xes fluuius é armenie.dicēte Lucano.vii.libro ar/ meniūq; bibit romanus araxem: super hunc ale/ xander magnus pontē fecit quem fluminis incre menta nō multo post ruperūt:augustus uero fir/ miori ponte eum ligauit.unde dicit Vir.& pontē indignatus araxes.¶ Histro.fluuio qui & danubi us dicitur.¶ Stanti.cōgellato ut super eum ludāt fere: per hæc loca intelligit partes septentriona/ les.¶ Getulos leones.getulia regio est in aphrica quæ ab oriente mōtuosa est & elephantos gignit & leones.ut Martialis:traducta é getulis nec cepit hare na nocentes.¶ Creteas.quæ sunt in creta. quæ insula é ubi multi sunt cerui ibiq; nascitur dictamus quo uulnerati sanantur.¶ Nunc.interdum.¶ Figis.uulneras.¶ Damas.quod genus é capre siluestris: & po test tam masculini esse quā feminini. Virgili.cum canibus timidi uenient ad pocula dame.& Hora.& su/ periecto natarunt equore dame.¶ Leuiore manu.q̄re debiles uulnerantur leui ictu.¶ Varie tigres qua/ re habent pellem maculosam:tigris é animal truculētum & uelocissimum ita ut sagittam hircana lingua id nomen indicet ut Pli.li.viii.eodē noīe ex eadē cā fluuius tigris dicit q ex monte periades armenie pro/ fluit.¶ Dant.offerunt.¶ Pectora.quare nō fugiūt.¶ Tibi.supple iterū dant.¶ Bisontes.sunt aīalia tanq̄ bo ues siluestres quæ nascuntur in germania ad ptes septētrionales fortes fere:nō sunt bubali ut uulgo dicūt bufalas:sed alie bestie.¶ Villosi.pilosi.¶ Terga.quare fugiunt nec expectant ut tigris.¶ Quicqd.quicqd est in oībus locis uel in oriente:uel in occidente.¶ Solis.orientis ubi oritur sol.¶ Garamas inops.quare est in locis harenosis:nā garamantes populi sunt libie psillis cōtermini sed in austri plagā magis cōuersi: hi teste Herodoto li.iiii.histori.omnē hoīs aspectum & loquellā fugiunt:suntq; imbelles & inermes: un/ de ibi dicit inops garamas nō priuata matrimonia noscunt:sed uulgo oībus in uenerem licet. Sunt ēt eo/ dem.Herodoto teste alii garamātes in extrema uersus austrū libie dispositi:magnus ut ait populus & for tis:quibus uersus mare propinquior é uia usq; ad lothofagos itinere dierum triginta de quibus forte in/ tellexit.Virgi.in damone.Extremi garamātes.& Lucanus lib.iiii.Non super arentem meroem cancriq; subaxe.Qua nudi garamantes arant.¶ Siue illud arabs. arabia regio est in asia disterminans iudeam ab egypto: sic quoque cognominata:ut aliqui uolunt ab arabo babylonis & apollinis filio:at uero Solinus arabiam

Et pugnantes tendant cressæ
Fortia trito uincula collo.
At spartanos genus est audax
Auidumq; feræ nodo cautus
Propiore liga.ueniet tempus
Cum latratu caua saxa sonent.
Nunc demissi nare sagaci
Captent auras:lustraq; presso
Q uerant rostro.dum lux dubia est:
Dū signa pedū roscida tellus ī pressa tenet.
Alius raras ceruice graui portare plagas:
Alius teretes,pperet laqueos,picta rubēti
Linea pinna suano claudat terrore feras.
Tibi libretur missile telū.tu graue dextra
Leuaq; simul robur lato dirige ferro.
Tu pcipites clamore feras subsessor ages.
Tu iam uictor curuo solues uiscera cultro.
Ades en comiti diua uirago:cuius regno
Pars terarum secreta uacat.cuius certis
Petitur telis fera:quæ gelidū potat araxē:
Et quæ stanti luditin histro.tua getulos
Dextra leones:tua creteas sequitur ceruas
Nunc ueloces figis damas leuiore manu.
Tibi dant uarie pectora tigres.tibi uillosi
Terga bisontes:latisq; feri cornibus tauri:
quicqd solis pascitur aruis:siue illud iops
nouit garamas:siue illud arabs diuite silua

arabiam.ideſt ſacram interpretari dixit.Hanc apud ptolomeum in geographia triplicem eſſe comperio fœlicem.ſ.quæ ea eē uideē.quā Pli.lib.vii.naturalis hiſto.planā eſſe dixit iter tigrī & euphratē. Aliā uero dixit ptolomeus petreā:aliā deſertam:ab arabia arabs & arabus gentilia noīa deducūtur.ut Virgi.lib.vii. ænei. ¶ Siue.getis inferre māu lachrymabile bellū Hircaniſue arabiſue parent.q̄ ab eo quod ē arabus & ab eo q̄ eſt arabs:& ab hoc arabe:facit arabus.¶Diuite ſilua.quare ibi multa genera aromatū naſcuntur.

Siue ferocis iuga pyrenei:ſiue hircani
Celant ſaltus:uacuiſq3 uagus ſarmata cāpis:
Arcus metuit diana tuos.tua ſi grauis
Numina cultor tulit.in ſaltus retia uinctas
Tenuere feras:nulli laqueū rupere pedes:
Fertur plauſtro p̄da tremēti:tū roſtra canes
ſāguīe multo rubicūda gerū:repetitq3 caſas
Ruſtica longo turba triūpho.en diua faue.
Signum arguti miſere canes:uocor ī ſiluas
Ha c hac pgā:qua uia longū cōpenſat iter.

¶ Iuga pyrenei.mons eſt in hiſpania: ſic a crebris igniū fulminibus cognominatus. ¶Hyrcani.hircania uerſus orientem cōtermina ſcythie. ¶ Vagus ſarmata.iſtabilis: ſauromate teſte Her.li.iiii. ex ꝓfundo paludis meotidos nulla domicilia habentes ſed ī plauſtris uiuētes:iō dicit uacuos campos q̄re nō habent domos: oēs fere iſtoꝝ locorū metuūt tuos arcus:peto a te igit auxiliū diana: nā qui hēt fauorē tuū reuertīt,a uenatione plauſtris plenis & onuſtis ꝓferis. ¶ Nulli. pedes.ſ. ferarum. ¶ Treméti.ꝓp magnū pondus.¶Arguti.ſonātes. ¶Cōpenſat: abreuiat unde uiā cōpendioſam appellamus breuem.

Phedra Nutrix.Phedra loquitur

O Magna uaſti creta domīatrix freti:
Cuius per oē littus īnumeræ rates
Tenuere pontū:qcqd aſſyria ten?
Tellurē nereus peruium roſtris ſecat.
Cur me in penates obſidem inuiſos datam
Hoſtiq3 nuptam degere ætatem in malis
Lachrimiſq3 cogis?ꝓfug? en cōiūx abeſt:
Præſtatq3 nuptæ quam ſolet theſeus fidē.
Fortiſq3 per altas in uiretro lacu
Vadit tenebras:miles audacis proci.
Solio ut reuulſam regis īferni abſtrahit.
Pergit furoris ſocius:haud illum timor
Pudorq3 tenuit,ſtupra & illicitos thoros
Acheronte in imo q̄rit hyppoliti pater.
Sed maior alius incubat mœſtę dolor.
Non me quies nocturna:non altus ſopor.

O Magna.hæc ē altera ꝑs huius primi actus in qua deſcribūtur mores phedre amātis hyppolitū fuit filia minois regis crethēſis & nupſit theſeo regi athenaꝝ:lamētatur q̄ illi iuncta fuerit qui reliqt eam & iuit ad rapiendū ꝓſerpinā ad inferos ſed aliud maius me torquet amor hyppoliti:puto eſſe fatatū de domo noſtra ut īferis hēatur amor: mater amauit tauꝝ at ego hyppolitū inexorabilē dicit o creta q̄ genuiſti me q̄re poſuiſti me in tantis tormētis. ¶ Creta dominatrix. de hac Ariſto.li.politico.ii.ſic ait. Videē hec inſula ad principatū græciæ eē nata ac p̄clare ſita cūcto nāq̄ īminet mari:cū fere græci oēs circum mare ſint poſiti Abeſt enī hinc modicū a peloponeſo:illic uero ab alia circa triopium: & rhodum. Quare imperiū maris obtinuit minos:ac īſularū: alias ſubegit.alias uero dudū incultas habitare fecit.Tandē ſiciliā aggreſſus circa cameriné defunctus eſt.Et a creta creteus cū ae dipthon. in penultima deriuaē.Vir.li.ænei.iii.Tertia lux claſſes creteis ſiſtit inoris. ¶ Nereus.mare ſed ꝓprie ē deus maris. ¶ Tellure aſſyria. uſq̄ ad terrā aſſyrie dominaē.¶Secat.nauigat.¶Roſtris.nauibus:ponit parte pro toto.¶Obſidē.ē qui pro pignore pacis datur:ſed ipſa phedra nō erat obſes.¶ Inuiſos.in domū inimicā cretenſibus ꝓpter mortem androgei filii minois quem atheniēſes interfecerunt.¶Hoſti.theſeo. ¶ Degere.traducere uitā miſeram. ¶ Quam ſolet fidem.ſ.p̄ſtare:quare ſp perfidus fuit:ſcimus ipſum theſeū egei athenarū regis filiū cretam miſſum deuorandū a minotauro ariadne amauit perdite.Et cū iuuante dedalo eius cōtubernio fūgereē:ſuſcepta fide q̄ ab illo recipetur in cōiugem.& una phedrā ſororē pro hyppolito filio trāſportaret:ſuo cōſilio ducto filo in labyrinthū intrauit:ubi mactato minotauro noctu clā ariadnē & phedram ſup nauim impoſitis aufugit:ariadnem deinde a ſe corrupuam aſportata phedra dormientem reliquit in chio inſula maris egei.ut Oui.lib.viii.methamor.placuit.Vel in naxo eiuſdē maris inſula:ut ſcripſit ſeneca in œdipo.expreſa tandē aradne cum ſe cognoſceret derelictam:ululatu maximo littora cūcta replebat:ſed cū bachus ſecus inſulā nauigaret:uiſam iuuenculā recep:it:& uxorem ſibi coniunxit:dicente ſeneca in œdipo: Naxos egeo redimita pōto.Tradidit thalamis uirgnē relictā.Meliore penſans damna marito. ¶ Fortis.magni animi. ¶ Per altas tenebras.ꝓfundas.¶ In uiretro.inremeabili per quē non poteſt inueniri uia reuertēdi.¶Miles.theſeus.ſcilicet.¶Audacis proci.perithoi quem ſequitur ad inferos tanq̄ ducē & eſt indignatiue dictum:procus eſt qui petit unam in uxorem:perithous uoluit abducere proſerpinam a plutone & iuit ad inferos theſeo comiteut illam raperent.¶Reuulſam.ſcilicet proſerpinam raptam.¶Solio.ſede regali.¶Regis inferni.plutonis.¶Furoris.amoris inſani.¶Pater hyppoliti.theſeus cuius nature eſt ſimilis hyppolitus crudelis. ¶ Acheronte.inferno: fluuius eſt acheron inferni qui interpretatur ſine gaudio. ¶ Sed maior. habeo aliampœnam quæ me magis affligit nec ullo tempore me quieſcere patitur.

¶ Soluere curis.liberare dolore:uror quēadmodum mons æthna qui in medio ſicilie ppetuis flāmis ardet. ¶ Antro.ſpelunca illius mōtis unde exalant flamme. ¶ Tella palladis. artes muliebres nō me iuuat filare neq; texere:nā pallax iuuentrix fuit harū artiū. ¶ Penſa.ipſe lane. ¶ Labūtur. cadunt. ¶ Non colere.nō me iuuat ire ad ſacrificia cū aliis mulieribus & miſteria ceſeris quæ fiebāt ppe eleuſim quæ ē ppe athenas per decē miliaria:de his ſacrificiis diximus in hercule furēte: ordo talis ē:non iuuat me mixtam choris tacitis iactare faces:quas ſolebant portare in memoriā cereris quādo ibat querendo proſerpinam filiā in nocte cū facibus unde iſta ſacrificia erant nocturna. ¶ Cōſcias.dat ſenſum facibus q̄ ſciant illā inquiſitionē. ¶ Attidum.mulierū athenienſiū:& dicitur attis attidis Attis eſt regio inter achaiā & macedoniā:ab atti regio ipſa attica dicta eſt.& atticus incola quiq; & attius Vir.iiii.georgi. attias orithia.¶ Nec adire.nec ē mihi animus ire: ad ſacrificia palladis quæ p̄ſes ē terre attice ut habetur apud Oui.cōtrouerſia fuit inter neptunum & palladē de imponendo noīe athenis: unde conuentū ē inter eos ut qui melius ſignū daret nomē urbi impōeret:neptunus pcuſſit terram & exiuit equus:idē fecit pallas & orta ē oliua quod ſignum erat pacis:unde ipſa uictrix nomē urbi dedit & athenas appellauit:quæ ipſam p̄ſidem ſp habuerūt ¶ Adiudicatā.quæ iudicio deorū iudicata eſt p̄ſes ciuitati:non iuuat me ire ad talia ſacra:ſed potius tractare arma in uenatione cū hyppolito. ¶ Excitatas.canibus fugatas. ¶ Molli. tenera. ¶ Geſſa. tela gallica:quēadmodū ſariſſe ſunt haſte macedonū:& pilla romanoꝝ. ¶ Quo tendis.cognoſcens ſeipſam:furorē ſuum arguit.¶ Saltus.cāpos.¶ Miſere matris.paſipha es. ¶ In ſiluis: quare illa amabat tauꝝ in ſiluis & ego hyppolitum ſp uenatorē. ¶ Correpta per uim capta. ¶ Infando malo.deteſtabili amore in hyppolito priuigno meo.¶ Efferi.indomiti. ¶ Ducē.tauꝝ. ¶ Impatiens iugi.ad trahendū aratrū.¶ Sed amabat.cōparior tibi mater q̄ amaſti tauꝝ q̄ licet indomitus eſſet uiſus eſt te amare:Ipſa uero amo hyppolitum qui me faſtidit. ¶ Dedalus.faber athenienſis ualde ingenioſus qui uacā ligneā fabricauit q̄ incluſa paſipha ea morē ſuum cum tauro ſatiauit at mihi nec deus ullus nec dedalus reperitur qui auxilium ferat flammaſq; meas ſedare poſſit. ¶ Arte meſopia. ingenioſa ſi remeet dedalus:meſops rex athenienſium fuit unde ipſe appellat meſopiā artem. ¶ Mōſtra.minotaurū natū ex matre. ¶ Cæca domo.inextricabili labyrintho:nā dedalus ipſe labyrinthū cōſtruxit in creta in quo minotaurus ſcluderet. Portētoſiſſimū hoc humani ingenii opus fuit: itineꝝ ābages:occurſus:ac recurſus inexplicabiles cōtinēs:crebris ſoribus ad fallendos exitus:redeundūq; in errores eoſdē. Quattuor hi fuiſſe memorātur. Primus in egypto qui ut aliqui ſentiunt:regia Mothe rudis principis fuit.ut alii ſepulchrū meridis:plures honori ſolis extructū fuiſſe exiſtimant. Hinc dedalū ſumpſiſſe cōſtat exemplar eius labyrinthi:quē fecit in creta:ſed centeſimā eius portionē imitatū. Secundus hic ab egypto labyrinthus fuit. Tertius in lemno. Quartus in ytalia oēs lapide polito fornicibus tecti. Italicum labyrīthū fecit ſibi porſēna rex Etrurie ſepulchri cā ſimul:ut & externoꝝ regū uanitas quoq; ab italis ſuperaret.¶ Noſtris.meo: miſero amori. ¶ Stirpem. nō credā mihi ullam eſſe opē cum genus noſtrum ſit inuiſum ueneri quæ accuſata fuit a ſole patre matris mee de adulterio eius cum matre:propterea īmiſit ſtimulos nefandi amoris ī matrē & genus ſuū.¶ Vindicat:uindictā facit.¶ Catenas qbus fuit capta in adulterio a uulcāo marito indicāte illi ſole.ut ſcribit apud Oui.metha. ¶ Sui martis.dei belli amatoris ſui.¶ Probris.flagitiis:facit oēs de genere nr̄o infames amore.¶ Minois filia minois:& ē patronomicū:nulla ē de nobis quæ habuerit amorē leuē:ſed graue & deteſtabilē.¶ Theſea phedra detexit amorē ſuū nutrici q̄ ipi diſſuadet tales curas:docetq; remediū amoris:oſtēditq; peius eſſe amare priuignū q̄ matri amauiſſe tauꝝ:quod illud a fatis fuit.hoc aūt ab īmoderato appetitu.¶ Theſea cōiunx.uxor theſei appolitiue,pgenies iouis q̄ fuit p̄ minois.¶ Exturba remoue.¶ Nefanda.ſcelera.

Soluere curis.aliter & creſcit malum.
Et ardet intus:qualis æthnæus uapor
Exundat antro.palladis tela uacant:
Et inter ipſas penſa labuntur manus:
Non colere donis templa uotiuis libet:
Non inter aras attidum mixtam choris:
Iactare tacitis conſcias ſacris faces:
Nec adire caſtis præcibus aut ritu pio
Ad iudicatam præſidem terræ deam.
Iuuat excitatas conſequi curſu feras:
Et rigida molli geſſa iaculari manu.
Quo tendis aie:qdue furens ſaltus amas:
Fatale miſere matris agnoſco malum:
Peccare noſter nouit in ſiluis amor:
Genetrix tui miſeret me infando malo
Correpta:pecoris efferi ſæuum ducem
Audax amaſti:toruus impatiens iugi
Adulter ille ductor indomiti gregis:
Sed amabat aliquid.qs meas miſeræ deus
Aut quis iuuare dædalus flammas queat:
Non ſi ille remeet arte meſopia potens:
Qui noſtra cæca monſtra concluſit domo
Promittat ullam caſibus noſtris opem.
Stirpem peroſa ſolis inuiſi uenus:
Per nos cathenas uindicat martis ſui
Suaſq; probris omne phœbeum genus
Onerat nefandis.nulla minois leui
Defuncta amore eſt.iūgitur ſemper nefas.
Nu. Theſea cōiunx clara:progenies iouis.

¶ Obsequentem. obtemperātem: noli fouere hanc spē quam habes committendi stuprū cum priuigno. ¶ Quisquis. quicūq; obstitit primo amori facile postea uincit ceteros amores sed si cedis prīo nō potes a te repellere iugū & seruitutē illius: & est sīa sana quā testat Oui. principiis obsta: sero medicina parat. cū mala perlongas cōualuere moras. ¶ Blandiēdo. obsequendo. ¶ Dulce malū: amorē. ¶ Iugum. trāsla tio a bobus: si dimittis tibi imponi iugū amoris nō poteris illud reicere. ¶ Nec me fugit. nō me latet: nō me p̄terit: idem significāt bene scio naturā regū q libenter nō audiunt ueritatē sed potius assentatiōnē: ac tamen dicā tibi uer. ¶ Durus. difficilis ad bonum. ¶ Insolēs. superbus. ¶ Tumor. inflatio q̄ pro supbia ponitur. ¶ Recta. rectā uiam. ¶ Ferā. tollerabo equo aīo. ¶ Exitū. quoscūq; casus dederit fortuna. ¶ Libertas. uicina mors q̄ facit liberū hoīem. ¶ Senē. qui intelligit cito mori sicut de pisistrato & solone q̄ interrogatus cur ita acriter resisteret: dicit q̄re senex sum nō timeo mori. ¶ Obstare. iterū nutrix dissuadet istū amorem phœdre ¶ Est primū. principale obstare nō cōsentire malo. ¶ Labi uia. discedere a recto itinere. ¶ Nosse. pro nouisse. ¶ Modū. terminū uel q̄titatē peccati nosse: quādo scribit̄ per. sc. é impatiuus: quando p duplex. ss. é infinitiuus. ¶ Domū. familiā. ¶ Matrē. pasiphaē quæ mōstrū minotauru pepit ex nefando coitu suo. ¶ Nefas. peccatum tuū qd̄ é contra rōnē est grauius monstro matris: unde subdit rōnē q̄re monstra sunt īputanda fatis: scelera aūt male uoluntati. ¶ Moribus. malis. ¶ Si qd̄. occurrit ne credat peccatū suū posse celari: nam si maritus qui apud inferos erat nō sciet: si nō sciet pater minos: aui sui iuppiter & sol cognoscēt illd̄. ¶ Vacuū metu. q; nō timeas. ¶ Supera. qd̄ nō est apud nos. ¶ Erras. male credis. ¶ Letheo. infernali: lethe fluuius īferni cuius aqua pota obliuionē facit. ¶ Ferre. pati. ¶ Stigem. paludē īfernalē. ¶ Pater. minos. Præmit occupat. ¶ Cētenis. ut dicit Virg. centū digesta per urbes: nam creta dicebatur habere centum urbes. ¶ Sagax. acuta & diligens ad perquirēdum. ¶ Credamus. ponamus casum qd̄ possimus occultare maritum & patrē: tamē sol & iuppiter qui omnia uidēt cognoscēt scelus tuum. ¶ Astu. astutia. ¶ Infundens lumē. scilicet sol. ¶ Parens matris. scilicet pasiphaes. ¶ Mūdū q̄tit. iuppiter qui facit tremere mundum. ¶ Fulmen. æthneum. ī æthna dicebantur habitare cyclopes ministri uulcani hi fabricabant fulmīa ioui quoru nomina Virgilius expressit uno uersu: brōtes stirpesq; & nudus mēbra piragmō. ¶ Corrusca. splēdenti: nam descendēs fulmen trahit secum flammas. ¶ Posse effici. credis hoc eē possibile deos lateat scelus tuum. ¶ Sed secundus. bene fauens: pone q; dii nesciant scelus tuū: non teipsam fugies sp habebis conscīetiam mali quæ pectus conscīū flagellat. ut Iuuena. nemo nocens se iudice absoluit̄. ¶ Vt contingat. ponamus q; istud nunquā reueletur. ¶ Negata. non cōcessa tandem fiunt palam omnibus scelera quæ secreto facta sunt. ¶ Pœna præsens. statim post scelus factum aderit cōscientia. ¶ Aliqua. mulier. ¶ Tutum. sine pœna. ¶ Securum. sine anxietate & sollicitudine mentis. ¶ Vagus geta. populus est thracie de quo Plini. li. iiii. Oui. secundo de ponto. Nulla getis toto gens est truculētior orbe. Appianus dicit gete sunt quos dacos uocāt: aliqui ex nostris affirmant nunc gothos appellari: uagos ibi appellauit instabiles & sine certis domiciliis.

Nefanda casto pectore exturba otius:
Extingue flammas. ne ue te diræ spei
Præbe obsequentē: qsqs in primo obstitit
Reppulitq; amorem: tutus ac uictor fuit.
Qui blandiendo dulce nutriuit malum:
Sero recusat ferre quod subiit iugum:
Nec me fugit q̄ durus & ueri insolens
Ad recta flecti nolit regius tumor.
Phe. Quēcunq; dederit exitū casus ferā:
Fortem facit uicina libertas senem.
Nu. Obstare primū est uelle nec labi uia:
Pudor est secundus nosse peccādi modū.
Quo misera p̄gis: qd domū īfamē grauas:
Superasq; matrē: maius est mōstro nefas.
Nā mōstra fato: moribus scelera imputes.
Si quīd maritus supera non cernit loca:
Tutum esse facinus credis & uacuū metu.
Erras: teneri crede letheo abditum
Thesea profundo ferre perpetuam stygē.
Quid ille lato maria qui regno prēmit
Populisq; reddit iura centenis pater
Latere tantum facinus occultum sinet?
Sagax parētum est cura: credamus tamen
Astu doloq; tegere nos tantum nefas,
Quid ille rebus lumen infundens suum
Matris parens: quid ille qui mundū quatit
Vibrans corrusca fulmē æthnæum manu.
Sator deorum: credis hoc posse effici
Inter uidentes omnia ut lateas auos:
Sed ut secundus numinū abscondat fauor
Coitus nefandos: utq; contingat stupro.
Negata magnis sceleribus semper fides.
Quid pœna præsens? conscīæ mētis pauor?
Animusq; culpa plenus & semet timens?
Scelus aliqua tutum: nulla securum tulit.
Compesce amoris impii flammas precor.
Nefasq; quod non ulla tellus barbara
Commisit unq̄: non uagus campis geta.

¶ Inhoſpitalis taurus.mons é teſte.pli.li.v.qui ab indico mari ſurgit.deinde inter egyptum & pamphiliam pelagus obiectus ſeptétrioni dextero latere: leuo meridiane plage occurrit.deniq; ſerhipheis iugis annectit:ſed pro gentiū ac uarietate linguaꝝ plurifariam noſatur apd indos hiamos:apud parthos ꝓpnyphates inde taurus. Aſt ubi in excellentiſſimā ſublimitatē conſurgit caucaſus.Pompo. uero mela li.i.tue coſmographie conaſ oſtendere caucaſum nō eſſe iugū tauri mōtis per hoc: quod euphrates qui a latere tauri demiſſus é tendés in meridié caucaſum a ſiniſtra:& tauꝝ excludit a dextra ibi dicebantur ſacrificare hoſpites.¶ Scythes.ſcythia regio é ſeptétrionalis quæ diuidiť a fluuio tanai ubi gétes uniuerſaliter teſte Hæro.li.iii.arcubus ſunt equitantes nō ex aratro ſed ex feris quas uenanť uitā ducentes.¶ Sparſus.quare per uicos habitāt.¶ Horridū.deteſtabile.¶ Nouos.inuſitatos.¶ Capere. concipere.¶ Perge.indignatiue & hyronice loqtur.¶ Verte.muta naturā.¶ Ignibus.amoribus. ¶ Cur ceſſant mōſtra.imo benefacies: ꝓdidimus minotaurū:tu fac aliud monſtrū.¶ Aula fratris. labyrintus minotauri.Vacat. uacua é ꝙa iam erat mortuus minotaurus.¶ Amabit creſſa.quotienſcunq; mulier cretenſis amabit:ꝓter naturā pariet monſtra.¶ Cedet.quare uincetur contra naturā ex hoīe naſcitur monſtrū.¶ Quæ memoras. reſpondet phedranutrici ſe cognoſcere cōmittere ſcelus ſed illud inuitā aggredi.¶ Sic nauta.facit ſimilitudinem cū nauta aduerſus impetū fluuiis ire conatur unda rapiens illū retro uehit:ita mihi accidit quæ amori ſuccūbo.¶ Grauatā.onuſtam. ¶ Aufertur:rapitur.¶ Prono uado.ſecūdo curſu aque.¶ Furor.amor inſanus.¶ Deus. cupido. ¶ Hic uolucer. nō mirandū dicit ſi puella amore uincať:cū dii ipſi ceſſerint.¶ Flāmis indomitis.q̄ non poſſunt uinci.¶ Gradiuus.mars nō eſt uocabulū græcū neq; latinū:ſed trax ꝙ bellicoſum deſignat & fortem:dicitur latine mars eo ꝙ maribus in bello ꝓſit ut dicit Varro de lingua latina.¶ Faces.pingitur cupido puer uolucer & alatus:cū arcu ſagittis & facibus.¶ Opifex.faber iouis uulcanus qui diciť habitare æthnā monté.¶ Triſulci. habētis tres ſulcos & angulos.¶ Iugis.montibus. ¶ Furentes.eſtuātes.¶ Igne tam paruo.una face cupidinis.¶ Phœbū. ipſe cupido apolliné quoq; uulnerauit multotiens.¶ Puer. cupido.¶ Certior.peritior qui ferit ut uult.¶ Grauis. iſeſtus q̄re & indeos & homines uult hére iperiū.¶ Deū eé. confutatio nutricis q̄ dicit nō eſſe aliquem deum amoris:ſed iſta eé ficta ab hoībus uoluptuariis ut haberent excuſationé ſui criminis.¶ Libido.īmo deratus amor.¶ Seruitio.ſeruituti.¶ Quo.ut hét maioré lniam peccādi dicit furoré ſuū eſſe deum. ¶ Titulū nomé.¶ Numinis.falſi dei nō ueri.¶ Natum:ridet hāc ſniam hironice loquēs: credis ꝙ uenus mittat filiū ſuū cupidiné huc & illuc.q.d.iſtud eſt ridiculū.¶ Erycina.uenus ab eryce mōte ſicilie ubi coliť.¶ Moliť iacit.¶ Proterua.q̄ cōculcét alios.¶ Tenera manu laſciua.¶ Minimus.ſ.deoꝝ q.d.nō hét tātā potétiā.¶ Vana.noli credere hæc q̄ finxit ſibi furioſus animus.¶ Aſciuit adiunxit. ¶ Quiſqs.illd nō é ex ueritate: ſed euenit ꝓpillos q hént nimiū ociū & ſeſe totos tradūt ueneri & libidini quā deā hént.¶ Secundis proſperis.¶ Exultat.ex nimia affluentia rerū:¶ Fluit.labiť fine cōtinentia.¶ Comes.quæ ſemp ſequiť magnā fortunā & multas diuitias.¶ Suetæ dapes.ſp q̄runt noua fercula:dicit iuuenalis. Mare terras & nemora ſcrutanť:ut aliquid

Nec in hoſpitalis taur?:aut ſparſ? ſcythes:
Expelle facinus mente caſtifica horridum.
Memorq3 matris metue cōcubitus nouos:
Miſcere thalamos patris & gnati aparas:
Vtroq3 prolem capere confuſam impio
Perge & nefandis uerte naturam ignibus.
Cur monſtra ceſſant:aula cur fratris uacat:
Prodigia totiens orbis inſueta audiet:
Natura totiens legibus cedet ſuis
Q uotiens amabit creſſa.
Phe.Q uæ memoras ſcio
Vera eſſe nutrix,ſed furor cogit ſequi
Peiora:uadit animus in preceps ſciens
Remeatq3 fruſtra ſana conſilia appetens
Sic cum grauatam nauita aduerſa ratem
Propellit unda:cedit inuanum labor
Et uicta prono puppis aufertur uado.
Q uod ratio poſcit uincit ac regnat furor:
Potenſq3 tota mente dominatur deus.
Hic uolucer omni regnat in terra potens:
Ipſumq3 flammis torret indomitis iouem:
Gradiuus iſtas belliger ſenſit faces:
Opifex triſulci fulminis ſenſit deus:
Et qui furentes ſemper æthnæis iugis
Verſat caminos:igne tam paruo calet.
Ipſumq3 phœbum tela qui neruo regit
Figit.ſagitta certior miſſa puer
Volitatq3 cœlo pariter & terris grauis
Nu.Deū eſſe amorem turpi ſeruicio fauēs
Finxit libido,quo liberior foret
Titulum furori numinis falſi addidit.
Natum per omnes ſcilicet terras uagum
Erycina mittit:ille uolans per cœlum
Proterua tenera tela molitur manu:
Regnūq3 tātū minimus in ſuperis habet.
Vana iſta demens animus aſciuit ſibi:
Veneriſq3 numen finxit atq3 arcus dei.
Q uiſquis ſecūdis rebus exultat nimis:
Fluitq3 luxu ſemper inſolita appetens
Tunc illum magne dira fortunæ comes

quid

Subit libido:non placent ſuetæ dapes:
Non tecta ſani moris:aut uilis cibus.
Cur in pœnates rarius tenues ſubit?
Hæc delicatas eliget peſtis domos:
Cur ſancta paruis habitat in tectis uenus:
Mediumq3 ſanos uulgus affectus tenet
Et ſe coercet modico:contra diuites
Regnoq3 fulti plura q̄ fas eſt petunt
Quod nō pōt uult poſſe qui nimium poteſt
Quod deceat alto præditam ſolio uides
Metue ac uerere ſceptra remeantis uiri.
Phe. Amoris in me maximum regnū fero.
Reddituſq3 nullos metuo:nō unq̄ amplis
Conuexa tetigit ſupera:qui merſus ſemel
Adiit ſilentem nocte perpetua domum.
Nu.ne credas:ditis clauſerit regum licet:
Caniſq3 diras ſtygius obſeruet fores:
Solus negatas inueniet theſeus uias.
Phe. Veniā ille amori forſitā noſtro dabit
Nu. Immitis etiam coniugi caſtæ fuit
Experta ſæuā eſt barbara antiope manum
Sed poſſe flecti coniugem iratum puta.
Quis aīum huius flectet intractabilem:
Exoſus omne femine nomen fugit
Immitis:annos cælibi uitæ dicat.
Cōnubia uitat:genus amazonum ſcias.
Phe. Nunc in niuoſi collis hærentē iugis:
Et aſpera agili ſaxa calcantem pede:
Sequi per alta nemora:per montes placet.
Nu. Reſiſtet ille ſeq3 mulcendum dabit?
Caſtoſq3 ritos uenere non caſta exuet?
Tibi ponet odium:cuius odio forſan
Perſequitur omnes?
Phe. Præcibus haud uinci poteſt?
Nu. Fer⁹ē. Phe. amore didicim⁹ uīci feros.
Nu. fugiet. phe. per īpa maria ſi fugiet ſeq̄r.
Nu. Patris memento.
Phe. meminimus matris ſimul
Nu. Genus omne profugit.
Phe. pellicis careo metu.
Nu. aderit maritus.
Phe. Nempe pirithoi comes.
Nu. Aderitq3 genitor.
Phe. Mitis ariadne pater.
nu. p has ſenecte ſplēdidas ſupplex comas:
Reſſumq3 curis pectus & cara ubera:
Præcor furorem ſiſte:teq3 ipſam adiuua.
Pars ſanitatis uelle ſanari fuit.

quid cōdiendum inueniant. ¶ Sani moris. conſue tudinis quæ héat rōnē. ¶ Cur. unde eſt q̄ raro ui des in domibus paupe⁹ iſtā libidinē nefandam. ¶ Penates. tenues. paupes domos. ¶ Hæc peſtis. libido quā plato eſcā malorum appellat. ¶ Sancta honeſta caſtas mulieres habent. ¶ Vulgus medi um mediocre qui non ſunt neq3 dejecti neq3 ſubli mes. ¶ Sanos. honeſtos. ¶ Cohercet. continet. ¶ Modico. rebus moderatis. ¶ Cōtra. ecōtrario ut dicit Cī. in magna potētia eſt magna īnia pec candi ſic & Luca. inquit. Virtus & ſumma ptās nō coeunt. i. non bene ſunt ſimul. ¶ Quā fas. licitum Vult poſt ſe q̄re oīa arbitrio ſuo diſponēda putat cū ſe ſimilē diis exiſtimet. ¶ Quod deceat. cōcin dit nutrix dicēs potes tu regina cognoſcer̄ qd ho neſtum ſit:& timere maritū tuū redditu⁹q̄ ab infe ris. ¶ Præditā ornatā. ¶ Alto ſolio magno. regno Remeantis uiri mariti theſei redeūtis ab inferis. Amoris phœdra dicit nō poſſum hére hāc hone ſti:cū me totā occupet amor:nec timeo theſeum cū ſciā illū nūq̄ redituꝝ. ¶ Fero regnum patior q̄ amor regnat īme. ¶ Merſus poſitus ſub terra nū quā redit ad ſupera conuexa ad noſtrū cælū q̄ no bis dicit̄ conuexū. ¶ Silentē domū. infernum ubi aīe incorpee nō emittunt uocē. ¶ Ne credas nu trix cōſutat hæc dicens uirtuti oīa eſſe poſſibilia: ꝓpterea theſeū poſſe redire ab inferis: quēadmo dum hercules & eneas. ¶ Ditis plutōis. ¶ Canis ſtygius cerbarus cuſtos īferni. ¶ Negatas. ſ. ad re deundū. ¶ Veniam. capit aliā defenſionem phœ dra: ut foueat curā ſuā: dicit theſeū poſſe parcere amori ſuo: quādo ille inuitos cupit & for:es uiros īpedit. ¶ Immitis. dicit nutrix nō credas hoc qd̄ tibi det ueniā ſi peccaueris: cū non pepcerit antio pe uel hyppolite quā ꝓpiurgium īterfecit cū nihil peccaſſet. ¶ Immitis. crudelis. ¶ Barbara. quare erat de amazonibus. ¶ Sed poſſe. pone q̄d̄ theſe us det tibi ueniā quis poſſet inducere hypolitū ad amorem tuū. qui ita rigidus ēut oē nomē femine exhorreat. ¶ Huius. hyppoliti. ¶ Intractabilē. in exorabilē. ¶ Cælibi. appellamus cælibes qui ſine muliere uiuunt. ¶ Genus amazonū. natū ex ama zone uiragine dura: q̄ uiros inuiſos hēant: ita hic hyppolitus feminas. ¶ Reſiſtet. interrogatiue. nu trix loqtur expectabit ne te: licet ſeq̄ris eū. ¶ Ca ſtos ritus. mores pudicos. q. d. nō. ¶ Nō caſta. nō legitima ſi nō uult iuſtos coitus quāto minus iniu ſtos. ¶ Tibi ponet. ipſe deponet odiū gratia tua: q̄ hēt odio oēs mulieres & forſan ꝓpter. ¶ Tibi. ꝓp te cuius. ſ. tui. ¶ Patris. recorderis q̄ pr̄ tuus mi nos dominat̄ mari: ſi illū per mare ſeq̄ris. ¶ Ma tris ſimul recordor ēt q̄ mr̄ talē amorē hūit. ¶ Ca reo pellicis metu. non dubitabo q̄ ipſe hypolitus héat alias mulieres. ¶ Perithoi comes. recordabit̄ ſe deſcēdiſſe ad īferos cū perithoo ꝓp amorē, pſer pine: unde mihi poterit facile ueniā dare. ¶ Mitis fuit placabilis. ¶ Ariadne ſorori mee: ita erat mihi ¶ Per has. uidēs nutrix, obſtinationē phœdre ro gat illam ne uelit huiuſmodi amore perſeuerare. ¶ Siſte. noli ultra ꝓcedere. ¶ Adiuua. quaſi dicat ſi uis recedet a te iſte amor. ¶ Sanitatis. ſcilicet aī.

¶ Non omnis.non oīno ſum ſine pudore:decreui monitis tuis parere:&ita ſimulat ſe uelle aqeſcere uer bis eius. ¶ Altrix.quæ alit:alumna quæ alitur. ¶ Regi gubernari:is amor qui nō uult regi:de libero quod uincatur a me. ¶ Fama.uocatiui caſus:hæc é ſummū ſpecimé & decus mulieris. ¶ Maculari.ut dicar pec caſſe. ¶ Hæc ſola ratio.hic ſolus eſt modus ut tam inſano amori reſiſtere poſſim:ut mihi morté cōſciſcā quæ me tantis curis liberet. ¶ Virū theſeū qui apud inferos eſt. ¶ Præueniā.anteq̄ peccé moriendum é ut innocés diſcedá ad maritū. ¶ Moderare.repri me noli ſequi tuos īpetus. ¶ Effrene.in cōtinétis. ¶ Autumas.putas:iterdum eſt dicere præſertim apud comicos. ¶ Dignā.nece qđ accidit ex uere cundia quæ ueniā meretur. ¶ Decreta.delibera ui oīno mori:ſed uidendum eſt quo genere,mor tis utar uel laqueo:uel ferro:uel caſu. ¶ Vindicem Nā decreuit genus mortis dicens ſe:uelle fero in terimere. ¶ Vindicem caſtitatis.ſ.me quæ caſtita tem meā uolo defendere. Vindex ꝓprie dicit̄ de fenſor qui nō patit̄ iniuriā fieri. ¶ Manu.cū ferro. ¶ Sic te.mutatur nutrix quādo uidet phœdrā ſe uelle interficere. ¶ Præcipiti. læto morte cita & incōſiderata. ¶ Prohibere.nō oportet ut fun das præces fruſtra quare decretū é mori. Nec po teſt īpediri mors uolēti mori. ¶ Solamen.nutrix ipſa uolens hortari phœdrā ad uiuendū potius di cit amoré hyppoliti eſſe habendū q̄ mortem:nec eſſe curandū de. Fama quæ multotiens iniqua eſt & potius nocētes quā innocentes iuuat. ¶ Annis feſſis ſenectuti mee. ¶ Proteruus acerbꝰ & atrox a protero cōculco. ¶ Vero ueritati. ¶ Peius me renti.ideſt malo. ¶ Cōtentus experiamur.ſi poſ ſimus flectere hyppolitū & ita policetur operam ſuam:ne ſe interficiat.

Dlua.ſequitur chorus loquens de materia ꝑcedentis actus & auget potētiam cupi dinis qui ſolus potēs eſt in cælo & ī terra:ut patet ꝑ diuerſa exépla deorū & ho minum:uerſus eſt ſaphicus:ſicut diximus in hercu le furēte.Natus euriſtheus. ¶ Generata pōto.ue nus quæ ſecundū aliquos dicitur nata mari ex ſpu ma teſticulorū cæli patris ſaturni ſecūdum home rum filia fuit dionés & iouis. ¶ Non miti.liptote ideſt inſano & amaro. ¶ Geminus cupido.iuſtus & iniuſtus:& ſic duo ſunt cupidines. ¶ Impotens. nimiū potens. ¶ Iſte.quaſi per īdignationé. Acre amare:quare fulgore ſuo parit dolores. ¶ Certo. qui nunquā errat. ¶ Labitur deſcédit. ¶ Furtiuo. igne clādeſtino qui foris nō uidetur. ¶ Populāte. cōſumente. ¶ Frontem latā.non habet magnam apparentiam:ſed clauſa introrſum tabeſcit. ¶ Te ctas.occultas. ¶ Nulla pax.quare ubiq̄ uult indice re bellū. ¶ Agilis uelox. ¶ Effuſas emiſſas. ¶ Que que nulla é pars mundi quæ nō ſentiat caloré cu pidinis. ¶ Videt ſolé.regio orientalis. ¶ Ad occa ſus.regio occidentalis. ¶ Si qua feruenti. cancro ſigno in zodiaco qđ magnos inducit calores illis regionibus.ubi é ſyene ciuitas ſupra q̄ ſol exiſtens in cancro:ita ꝑpendiculariter aſpicit urbé:ut nul la fiat umbra dicēte lucano:atq̄ umbras nuſq̄ flectere ſyene. ¶ Glacialis urſe.a pte ſeptētrionis ſub polo artico ſunt populi habētes latos cāpos:ſut di ximus de ſythis & getis qui ſemp ſunt errantes & uagi:omnes iſte regiones ſenſerunt caloré amo ris: qui potentiam habet in iuuenes & ſenes.

Phe.Non omnis aīo ceſſit ingenuo pudor
Paremus altrix:qui regi nō uult amor
Vincatur:haud te fama maculari ſinam:
Hæc ſola ratio eſt:unicum effugium mali.
Virum ſequamur:morte preueniā nefas.
Nu.moderare alūna mētis effrene īpetus:
Animos coherce:dignā ob hoc uita reor:
Q uod eſſe temet autumas dignam nece.
Phe.Decreta mors eſt: queritur fati gen⁹.
Laqueo ne uitā finiam:an ferro incubem:
An miſſa præceps arce palladia cadam
Proh caſtitatis uindicem armemus manu.
Nu.Sic te ſenectus noſtra præcipiti ſinet:
Perire læto:ſiſte furibundum impetum
Haud quiſq̄ ad uitā facile reuocari poteſt
Phe.prohibere nulla ratio periturum. pōt
Vbi quis mori conſtituit & debet mori
Nu.Solamen annis unicum feſſis hera.
Si tam proteruus incubat menti furor.
Contemne famam.fama uix uero fauet.
Peius merenti melior:& peior bono.
Tentemus aīum triſtem & intractabilem.
Meus iſte labor eſt:aggredi iuuenē ferum.
Mentemq̄ ſæuam flectere immitis uiri:

¶ Chorus loquitur.

Dlua non miti generata ponto
Q uam uocat matrē geminus cupido
Impotens flammis ſimul & ſagitis
Iſte laſciuus puer:acre nitens:
Telaq̄ certo iaculatur arcu.
Labitur totas furor in medullas.
Igne furtiuo populante uenas.
Non habet latam data plaga frontem.
Sed uorat tectas penitus medulas
Nulla pax iſti puero:per orbem
Spargit effuſas agilis ſagitas.
Q uæq̄ naſcentem uidet ora ſolem
Q uæq̄ ad occaſus iacet ora ſeros.
Si qua feruenti ſubiecta cancro eſt:
Si qua maioris glatialis urſe:
Semper errantes patitur colonos.
Nouit hos æſtus:iuuenum feroces
Concitat flammas:ſenibuſq̄ feſſis

¶ Ignoto.

¶ Ignoto.quare primo neſciũt quid ſit. ¶ Iubet.ſ.cupido. ¶ Falſis.uultibus.ſimulatis imaginibus:ĩterdum ſumunt habitum paſtoris aliquãdo cigni aut tauri. ¶ Pecoris theſali.facit inductioné probans p exemplũ quod dixit apollo priuatus diuinitate ob pulſos ciclopas dicit confugiſſe ad admetũ regem theſalie cuius armenta nouem annis pauit apud fluuium amphriſium teſte Vir.lib.iii.geor.paſtor ab amphriſo:& Lucanus li.vi.Irrigat amphriſios famulãtis paſcua phœbi:hocq; ſeruitiũ ſubit ut filia regis frui poſſet. ¶ Egit. duxit. ¶ Poſito plectro. quo tãgebat cythará accepit fiſtulam paſtoralẽ. ¶ Impari calamo fiſtula diſparibus calamis iuncta:ſic Vir.ſepté compactaci cutis. ¶ Ipſe qui cœlũ.iuppiter qui regit cœlũ mutatus eſt in cignum & ea forma adiuit lædam filiam tyndari regis ex qua ſuſcepit caſtoré & polucé helenã & clythemneſtrã. ¶ Candidas alas.pœnas cigni candidiſſimi. ¶ Ales ipſe iuppiter factus auis ¶ Vocem.ſ.mouit. ¶ Moriente.ſcribit plinius cignũ ſentientẽ mortẽ uicinam ſuauiſſimũ cantum edere. ¶ Iuuencus. idé iuppiter mutatus in taurũ amauit europam filiã agenoris regis phenicie & trãſſretauit eã increta:ut plene ſcribit Oui. ¶ Petulãs.ipſe iuppiter factus laſciuus iuuẽcus. ¶ Straiuit.ſuppoſuit ludo uirginũ quæ blandientes cum illo tauro ludebant. ¶ Domuit.ipſe iuppiter ſupauit mare natãdo de phenicia ĩ cretã. ¶ Fraternos fluctus.fratris neptũi: appoſitiue noua regna.ſ. ſibi cũ mare nõ ſit regnum ſuũ. ¶ Vngula.i.pedibus ſuis. ¶ Imitãte.ſ.natãdo. ¶ Lentos.flexibilis. ¶ Timidus.nõ p ſe timebat:ſed pro puella ne caderet. ¶ Dea clara luna. ¶ Obſcuri mundi.noctis opace. ¶ Arſit inflãmata eſt amore endymionis cũ iuplamio mõte obdormiſſet ut Oui.li.iii:de arte Lamius endymion nõ eſt tibi luna pudori. Pli.li.ii.Hoc totũ figmẽtũ en odauit. ¶ Deſerta.deſerebat currus ſuos & ueniebat in terras ad amatoré. ¶ Ille.ſ. frater ſol. ¶ Breuiore gyro.quare luna breuioré circulũ hét. ¶ Suũ tps.quãdo phœbus erat in curru lune nõ poterãt eius boues ire uelociter q̃re ipſe erat grauior ſorore: iõ dicit noctes longiores q̃ erãt ultra tps ſuũ. ¶ Remeauit.ruerſo é. ¶ Tremũt ſ.onere ipſius phœbi. ¶ Natus alcmena.hercules uictor in toto mũdo captus amore ioles coactus eſt depoſitis armis ſuis iduere ueſtes muliebres & officia mulierũ exercere. ¶ Spoliũ leonis.pellem quã geſtabat leonis cleonei. ¶ Minax.quare illud geſtamé faciebat aſpicientibus horrorẽ. ¶ Smaragdos.ſpecies gemme uiridis:poſuit ſibi anullos ſicut mulier. ¶ Dari legem.aptari & concinari. ¶ Rudibus.incultis. ¶ Diſtincto.poſuit ſibi calceos depictos auro. ¶ Socco.calceo quo utebantur tragici ſicut coturno cõedi. ¶ Luteo rubro. ¶ Et clauam cum ea manu quæ ſolebat geſtare clauam filauit. ¶ Vidit mutatur hic uerſus & eſt dimeter anapeſticus conſtat ex quattuor anapeſtis. aliquãdo admittit dactylum & ſpõdeum: itaq; nullus ſit anapeſtus: & tamen dicitur uerſus anapeſticus. ¶ Preſes.oés regiones uicine lydie uiderũt herculem tali habitu. ¶ Preſes.populus. ¶ Lidia.prouincia in minori aſia teſte pli.li.v. ¶ Ditis.diuitis quare copioſa eſt. ¶ Sederat.dictus eſt hercules loco atlãtis humeris ſuis ſuſtinuiſſe cœlũ:ut ſcripſimus in pria. ¶ Pallã.ueſté longã muliebré: & ſubtilẽ ad delitias. ¶ Tyrio.purpureo ſtamine textã. ¶ Sacer eſt ignis.ſacer uel timidus uel execrabili é ignis amoris ¶ Credite leſis.parẽtheſis é:captis amor̃ & uulneratis. ¶ Qua terra.ubiq; dominat hic puer ĩ cœlo ma-

Rurſus extinctos reuocat calores:
Virginum ignoto ferit inge pectus.
Et iubet cœlo ſuperos relicto
Vultibus falſis habitare terras:
Theſſali phœbus pecoris magiſter:
Egit armentum: poſitoq; plectro:
Impari thauros calamo uocauit.
Induit formas quotiens minores
Ipſe qui cœlum nebulaſq; ducit:
Candidas ales modo mouit alas:
Dulcior uocem moriente cygno:
Fronte nunc torua petulans iuuẽcus.
Virginum ſtrauit ſua terga ludo:
Perq; fraternos noua regna fluctus:
Vngula lentos imitante remos:
Pectore aduerſo domuit profundum:
Pro ſua uector timidus rapina:
Arſit obſcuri dea clara mundi
Nocte deſerta.nitidoſq; fratris
Tradidit currus aliter regẽdos
Ille nocturnas agitare bigas
Diſcit & gyro breuiore flecti
Nec ſuum tempus tenuere noctes:
Et dies tardo remeauit ortu:
Dum tremunt axes grauiore curru.
Natus alcmena poſuit ſagittas:
Et minax uaſti ſpolium leonis:
Paſſus aptari digitis ſmaragdos:
Et dari legem rudibus capillis
Crura diſtincto religauit auro:
Luteo plantas cohibente ſocco.
Et manu clauam modo qua gerebat:
Fila deduxit properante fuſo
Vidit præſes:ditiſq; ferax
Lydia regni:deiecta feri
Terga leonis:humeriſq; quibus
Sederat alti regia cœli.
Tenuem tyrio ſtamine pallam
Sacer eſt ignis credite leſis:
Nimiumq; potens qua terra mari

ri & terra. ¶ Immittis.crudelis cupido. ¶ Candida:splendida. ¶ Mũdo.ipso cœlo. ¶ Grex nereidũ multitudo nimphaꝝ maris quæ dicuntur filiæ nerei dei marini nõ possunt refrigerare calorem amoris licet sint i aqs. ¶ Leuare extinguere. ¶ Genus aligerũ:etiã aues cœli sentiunt ignes & amorẽ. ¶ Venere.libidine inflamati tauri:& aialia terrestria pro amore pugnãt. ¶ Si cõiugio timuere. si duhitant ne aliud aial possideat suã consortem. ¶ Timidi.etiam cerui q sunt natura timidi. ¶ Possunt ineũt prælia. ¶ Tũc.s.incitãte amore. ¶ Virgatas.uariatas colore. ¶ Pœni.libici. ¶ Bellua mõstra maris. ¶ Luciq; boues.a lucus luci:boues siluestres q dicuntur bisuntes. ¶ Vindicat.amor qui a natura est subiicit sibi oẽs. ¶ Immune.nihil é q; nõ sit subiectum amori. ¶ Perit.pditur odiũ pp amorẽ. ¶ Cedũt.uincunt:interdum cedere é dare locũ:qui hũerunt inter se graues inimicitias postea mutuo se amãt. ¶ Cura amor cogit etiam nouercam amore priuignos.

ALtrix profare. nutrix hortata fuerat superius alũnam suam ne se occideret: sed prius tentaret aĩus hyppoliti: dixeratq; se susceptura hoc onus & iuerat ut cõueniret hyppolitũ & nõ inuenit phœdra erat ĩpatiens ut cõfestim sciret mentẽ hyppoliti: nutrix, ueniens intra se dicit nõ hẽre remediũ amoris quando illa quiescere nõ põt:dũq; appropinquat uidet ianuã apertã & phœdrã deponentẽ uestes regales & induẽtẽ aptas uenationi ut possit sequi hyppolitũ unde in principio istius.ii. actus hẽtur ĩpatiẽtia phœdre & mutatio uestium. ¶ Altrix. hæc uerba dicunt a phœdra ex fantasia tanq; esset præsens nutrix tũ nõ erat. ¶ In loco est.s.hyppolitus. ¶ Spes nulla.nutrix secũ loquit ueniendo dicens nõ credo posse placare tantũ amorẽ phœdre: qa nõ inueni hyppolitum. ¶ Torret. phœdra urit. ¶ Prodit.manifestat uultu:licet dissimulet amor nũq; põt celari. Erũpit exit. ¶ Gene lapse oculi cadentes:gena pellicula est q; tegitur oculus.aliquando maxilla. ¶ Dubie.s.phœdre q; in dubio est. Nil idẽ nulla res eadẽ sibi diu placet: quia nunc placet nũc eadem displicet. ¶ Artusq; mõ uult ire modo sedere. Nũc ut declarat uarietatẽ: interdum cadit quasi mortua:ĩterdũ uadit in lectũ ut dormiat postea surgit. Vt tanq; soluto infirmo passu tanq; nõ possit ire. Labãte uacilante. Immemor pp amorẽ. Attolli interdũ uocat famulas:ut leuent ipsam de lecto & cũ surrexit iterũ uult redire. Fingi cõponi sp in quo habitu sit diu nõ põt hẽre firmũ,ppositũ Cereris cibi:nõ uidet curare neq; de cibo neq; de uita. Incerto pede quãdo uadit uidet non posse se sustentare. Inceto instabili. Defecta destituta uiribus:a deficio nõ é ãplius hic color uiuus in uultu. ¶ Cura amor. ¶ Populat cõsumit. Sic uir. Est mollis flãma medula efficit maciléta pp amorẽ. ¶ Decor pulchritudo. ¶ Tenet tenere puelle:uel q; facile possit cõsumi. ¶ Et qui. oculi phœdre qui antea uidebant due stelle & facile eã demõstrabant esse de genere solis:nunc ebetati lachrimis pleni sunt. ¶ Gẽtile.de gente sua. ¶ Patriũ.patris quare mi-

Cingitur alto:quaq; & ætheræo
Candida mundo sidera currunt.
Hic regna tenet puer immitis:
Spicula cuius sentit in imis
Ceruleus undis grex nereidum:
Flammasq; nequit releuare mari:
Ignes sentit genus aligerum:
Venere instincti quam magni gerunt
Grege pro toto bella iuuenci:
Si coniugio timuere suo.
Poscunt timidi prælia cerui.
Et mugitus dant concepti
Signa furoris:tunc uirgatas
India tigres decolor horret.
Tunc uulnificos acuit dentes
Aper & toto est spumeus ore
Pœni quatiunt colla leones.
Cum mouit amor:tunc silua gemit:
Murmure sæuo:amat insani
Bellua ponti:luciq; boues.
Vindicat omnes natura sibi:
Nihil immune est:odiumq; perit
Cum iussit amor:ueteres cedunt
Ignibus iræ:quid plura canam:
Vincit sæuas cura nouercas.

Actꝰ.ii.Phe.nutrix hyppoli.Phe.loq̃tur.

ALtrix,pfare qd feras:quonã i loco ẽ?
Anu.spes nulla tãtũ leniri posse malũ
Finisq; flammis nullus insanis erat
Torretur æstu tacito & inclusus quoq;
Q uãuis tegatur proditur uultu furor.
Erumpit oculis ignis:& lapsæ genæ
Lucem recusant:nil idem dubiq; placet:
Artusq; uarie iactat incertus dolor.
Nunc ut soluto labitur moriẽs gradu:
Et uix ut labante sustinet collo caput.
Nunc se quieti reddit & somni immemor:
Noctem quærellis ducit:attolli iubet
Iterumq; poni corpus:& solui comas
Rursusq; fingi:semper impatiens sui
Mutatur habitus:nulla iam cereris subit
Cura,aut salutis:uadit incerto pede:
Iam uiribus defecta.non idem uigor:
Non ora tingens nitida purpureus rubor
Populatur artus cura:iam gressus tremũt.
Tenerq; nitidi corporis cecidit decor.
Et qui tenebant signa phœbeæ facis
Oculi:nihil gentile nec patrium micant.

nos paert

nos pater eius fuit etiam pulcherrimus. ¶ Qualiter. adaptat cõparationem. ¶ Tauri. montis de quo supe rius. ¶ Profusæ liquefacte. ¶ Sed en. ecce qđ non erat præsens nutrix. Sed rediens uidet ianuã apertam: & conspicit reginã deponentẽ uestes. ¶ Fastigia. sublimia regie domus per endiadim quãdo de duobus substantiuis alterũ fit adiectiuũ. ut pateris libanus & auro. ¶ Recliuis. retro aclinata thoro sedis aurate. ¶ Solitos. uestes quas solita erat gestare. ¶ Remouete. iubet phœdra portari sibi uestẽ tenniorẽ ut possit sequi hyppolitũ in uenationẽ. ¶ Illitas. depictas & itextas. ¶ Muricis. tyrii purpure: murex piscis ex cuius sanguine tingebat purpura apud tyrũ. ¶ Se res legunt: colligũt extremi sunt populi ad oriẽtẽ teste Pli. li. vi. hi sunt in asia scithyca mites & quie tissimi inter se: reliquoq; mortaliũ cetus fugiẽtes & cõmercia apud hos arbores nõ solũ folia sed la nam etiam, pferũt quæ ab eis denominata sericũ appellat. Vir. primo georgi. Velleraq; ut foliis de pectũt tenuis seres. ¶ Zona breuis: ut sit magis ex pedita ad cursum. ¶ Sinus uestes. ¶ Odore unguẽ to: sicut aqua ex nardo & rosis: solebãt antiqui un guẽtari ad delicias. ¶ Temere. sine ordine. ¶ Mo te. s. comæ. ¶ Citis. uelocibus. ¶ Sequãtur. uadant secundũ uentũ. ¶ Leua. sinistra mea manus. ¶ Vi bret. cõcutiat. ¶ Talis. ero qualis hyppolite uel an tiope mater hyppoliti seueri & duri quando reli ctis plagis. i. regionibus frigidi ponti septẽtriona lis regionis. ¶ Pontus. regio uersus capadotiã ubi regnauit mitridathes. ¶ Egit cateruas. ducit tur mas amazonũ. ¶ Pulsans. uerberans ungula equo rũ. ¶ Atticũ solum. terrã athenien sium. ¶ Tanais. fluuius est septẽtrionis in scythia q in paludẽ meo tidẽ defluit quẽ niualẽ dicit Vir. iiii. geor. ¶ Coe git. cõstrinxit. s. tanais & meotis quæ ibi pro mu liere ponit. ¶ Emisit. intellige q capilli sint noda ti in capite: & a pte post diffusi aliter esset contra dictio. ¶ Protecta s. tanais coopta latus. ¶ Pelta. lunata. scuto amazonum i forma lune. ¶ Sepone questus. uiderat nutrix phœdrã lamẽtantẽ: unde dicit q miseris nõ prodest lamẽtari: sed potius est eundũ ad præces dianæ quæ reddat hyppolitum amatorẽ & secũ ipsa nutrix facit præces: uidensq; hyppolitũ ad arã dianæ parantem sacrificiũ acce dit ad illum ut exhortaret ad amorem. ¶ Modus. finis. ¶ Agreste. q uersatur in agris quia uenatrix. ¶ Virginis. diãe quæ dicit inupta. ¶ Regina. sunt præces nutricis ad dianã ut cõuertat hyppolitum ad amorem phœdre. ¶ Solis. solitariis & desertis. ¶ Ominũ. auguriorũ quæ fiunt ore: illa quæ uidẽ tur minari phœdre in malũ: conuerte in bonum. ¶ Hecate. triformis. ponitur pro diana: siue luna: seu proserpina: nã hecaton apud græcos centum significat quẽ numerũ finitum pro infinito ei an tiqui ob mirabilẽ potentiam tribuebant: qđ uide tur uoluisse Vir. uoce uocãs hecatem cœloq; cre broq; potentẽ. ubi dicit seruius hecate proserpi na dicta est: aut quod cẽtum uictimis placetur: ut Menelaus cõstituit: aut quod insepultos faciat er rare per centum annos. ¶ Alterna face. quia tem pore diei lucet sol nocte luna. ¶ Mundus. cœlum. ¶ Ceptis. dicũtur cepta quæ non sumus aggressi adhuc: sed in ipsa cogitatione sunt. ¶ Rigentẽ du rũ. ¶ Vultus lucidi. hẽas semp claritatẽ: & nũq; ecli pseris. ¶ Thessali cantus. incantatores de thessalia qui dicebant carminibus suis lunã deducere i ter

Lachrime cadunt per ora: & assiduo genæ
Rore rigantur: qualiter tauri iugis
Tepido madescunt imbre profusæ niues
Sed en patescunt regiæ fastigia domus
Recliuis ipsa sedis onerate thoro.
Solitos amictus mente non sana abnuit
phi. rẽouete fãulæ purpura: atq; auro illitas:
Vestes: procul sit muricis tyrii rubor.
Quæ fila ramis ultimi seres legunt.
Breuis expeditos zona constringat sinus
Ceruix monili uacua: nec niueus lapis:
Deducat aures: indici donum maris.
Odore crinis sparsus assyrio uacet.
Sic temere iacte colla perfundant comæ
Humerosq; summos, cursibus motæ citis
Ventos sequantur leua se pharetre dabit.
Hastile dextra uibret thessalicum manus.
Talis seueri mater hyppoliti fuit:
Qualis relictis frigidi ponti plagis.
Egit cateruas atticum pulsans solum
Tanais aut meotis: & nodo comas
Coegit emisitq; lunata latus
Protecta pelta. talis in siluas ferar.
Nu. Sepõe quæstus: nõ leuat miseros dolor
Regina sæuis modus æquis est flammis:
Agreste placa numen uirginis deæ.
Regina nemorum sola quæ montes colis:
Et una solis montibus coleris dea:
Cõuerte tristes ominum in melius minas.
O magna siluas inter & lucos dea:
Clarumq; cœli sidus & noctis decus:
Cuius relucet mundus alterna face
Hecate triformis. en ades ceptis fauens.
Animum rigentẽ tristis hyppoliti doma.
Amare discat: mutuos ignes ferat.
Det faciles aures. mitiga pectus ferum.
Innecte mentem. toruus, aduersus, ferox,
Iniura ueneris redeat. huc uires tuas
Intende: sic te lucidi uultus ferant:
Et nube rupta cornibus puris eas.
Sic te regentem frena nocturni ætheris
Detrahere nunq; thessali cantus queant.

ram quod tetigit Vir. carmina quæ possunt cœlo deducere lunam. ¶ Nullus pastor. quemadmodũ endimion de quo diximus. ¶ Ipsum intueor. dũ dicit hæc uerba uidet hyppolitum parantẽ sacrum. ¶ Nullo. s. homĩe socio: quare solus erat: unde illi potero dicere quicquid uoluero. ¶ Quid dubitas. loqtur nutrix ad seipsam fortuna dedit tibi locũ & tp̃us aptũ ad loquendũ unde non opus é ut dubites aperire illi cõsilium tuũ. ¶ Artibus. astutiis & dolis. ¶ Trepidamus. dubito tamen ꝙa non é facile tales p̃ces audire. ¶ Haud. non. ¶ Audire. obedire. nõ est facile obedire nouerce quæ mihi hoc commisit: uel ipsi hyppolito. ¶ Verũ. sed tamen oportet obedire: si uolo amorem regine & obliuisci iusticie: ná qui uult seruire regibus non quærat iusta aut bona. ¶ Oé decus. omnem honoré: quia oportet etiã eé ministrum turpitudinis. ¶ Quid huc. hyppolitus uidens nutricem ueniẽté interrogat quid ueniat tam tristi uultu: petitq; an pater & mater & filii incolumes sint. ¶ Iugum gemine stirpis. par duorũ filiorum i. duo filii thesei & phœdre. ¶ Metus. soluit hyppolitum subito metu dicens omnia bene esse: sed tristis sum quia uideo te capere nullam uoluptatẽ semperq; uersari labore. ¶ Infestus. molestus tibi ipsi. ¶ Qué. illi uiuent in miseria quia habent fortunam aduersam. ¶ Cogunt. s. ad miseriam. ¶ Volens. spõte & nõ coactus. i. dignus perdere omnia bona quæ habet quibus nescit uti. ¶ Annorũ memor. ætatis adolescentie cui conueniunt uoluptates. ¶ Mentem. s. occupatá tanto labore. ¶ Motibus festis. potius debes cũ letitia celebrare festa q̃ mixtis mulieribus & facibus fiebant in conuiuiis & orgiis. ¶ Bacchus. uinũ. ut horatius: uino solũtur cure: quis post uina graué pauperiem crepet. ¶ Fruere. impatiuus é. ¶ Mobili cursu. q̃re floscullus ætatis cito currit. ut Vir. Obrepit non intellecta senectus. Oui. Fallitq; uolatilis etas. ¶ Nũc. dũ es iuuenis. ¶ Facile pectus. animus pronus ad uoluptates. ¶ Exultet. ista etate debes solis rebus uoluptariis incumbere. ¶ Viduo. sine uxore. ¶ Tristé. seuerã. ¶ Luxus. delicias. ¶ Effunde habenas. tractum ab equis currẽtibus: dimitte habenas etati ut fruatur uoluptatibus. ¶ Propria officia. quia oĩs etas studiũ suum habet: aliud conuenit iuueni: aliud seni. ¶ Euũ. etaté. ¶ Per suos gradus. primo infans: deinde puer & sic per oẽs p̃tes etatis diuisa sunt officia. ¶ Coherces. cohibes quasi in carcere & arctas iuuentutem tuam more senili. ¶ Seges per comparationem dicit uides segetem spissam & abundantem dare maximum fœnus ideſt fructum: raram autem parum. ¶ Luxuriat. multũ crescit. ¶ Letis satis. fertilibus seminatis. ¶ Arbor alia comparatio celso uertice crescit arboris non incidatur: non potest crescere multum resecata. ¶ Euincit. crescit super alias arbores: & ista dicuntur non ad ueritatem: sed ad persuasionem ut trahat illum ad amorem: si quis non cohiberet iuuẽtutem suam nullam uirtuté acquireret: sed ibi cõtrarium dicit si dimittantur ingenia in libertate: crescunt ad laudé & honores. ¶ Vegeta. quæ hẽt uigoré non repræssum. ¶ Vite insçius. qui nescis frui uita. ¶ Hoc esse. credis ne datũ a natura ut homines semper laborarent maioribus rebus: quasi dicat non. ¶ Munus. officium. ¶ Indictum impetratum. ¶ Cursibus. ut continuo equitent.

Nullusq; de te pastor gloriam ferat
Ades inuocata: iam fauet uotis dea.
Ipsum intueor solẽne uenerantẽ sacrũ.
Nullo latus cõmitãte: quid dubitas? dedit
Tempus locumq; casus: utẽdum artibus.
Trepidamus: haud ẽ facile mãdatũ scelus
Audire, uerum iusta qui reges timet
Deponat: omné pellat ex animo decus
Malus est minister regii imperii pudor.
Hip. quid huc seniles fessa moliris gressu?
O fida nutrix turbidam frontem gerens
Et mœsta uultus: sospes est certe parens
Sospesq; phœdra stirpis & gemine iugũ.
Nu. Metu remitte, pspero in statu regnũ é:
Domusq; florens sorte fœlici uiget.
Sed tu beatis mitior rebus ueni:
Namq; anxiam me cura solicitat tui.
Q d te ipse pœnis grauibꝰ infestus grauas.
Quem fata cogunt hic quid iuuat miser.
At si quis ultro se malis offert uolens
Seq; ipse torquet. pdere est dignus bona:
Q ui nescit uti: potius annorum memor
Mentem relaxa: motibus festis facem
Attolle: curas bacchus exoneret graues
Aetate fruere: mobili cursu fugit.
Nunc facile pectus: grata nũc iuueni uen⁹
Exultet animus: cur thoro uiduo iaces:
Tristem iuuentam solue: nunc luxus rape.
Effunde habenas: optimos uitæ dies
Effluere prohibe: ꝓpria describit deus
Officia: & æuum per suos ducit gradus.
Lætitia iuuenem: frons decet tristis senem
Q uid te coherces: & nẽcas rectam idolẽ:
Seges illa magnum fenus agricolæ dabit
Q uecunq; lætis tenera luxuriat satis:
Arborq; celso uertice euincit nemus
Q uã nõ maligna cedit aut resecat manus:
Ingenia melius recta in laudes se ferunt:
Si nobilem animum uegeta libertas alit.
Truculentus & siluester & uitæ insçius
Tristem iuuentam uenere deserta colis.
Hoc esse munus credis indictum uiris
Vt dura tolerent: cursibus doment equos?

¶ Prouidit.quia uidebat genus hominum defecturum uoluit reparari generatiõe. ¶ Rapaces minas. cũ uideret mortẽ omnia rapere. ¶ Excedat.probat qđ ſi remoueatur uenus ab omnibus:cito deficient oĩa animalia. ¶ Agedũ.hortantis eſt. ¶ Situ.ſqualore:omnia erunt plena ſentibus. ¶ Solis uentis:quare nõ erunt aues ſed ſoli uenti. ¶ Lethi:mortis. ¶ Carpunt.tollũt de medio. ¶ Pontus.mare.enumerat multos modos quibus miſeri mortales pereunt. ¶ Sed fata.pone q; nõ pereant tot caſibus:tendimus tamen oẽs ad finem.ut ſaluſtius:oĩa orta occidũt:& aucta ſeneſcunt. ¶ Atram ſtyga.nigrã paludem inferni. ¶ Petimus ultro uadimus naturaliter ad mortem ¶ Vitam celibẽ:ſine uxore:ſi oẽs iuuenes quẽadmodum tu:improbarent connubiũ: nõ durarent niſi per unã ætatẽ. ¶ In ſemet.per ſeipſam. ¶ Proinde.infert concluſionẽ:ideo cum natura inſtituerit propagationẽ generis noſtri: uenias ad urbẽ & fruere iuuentute tua. ¶ Cetus.cõſortia ciuium: quare natura nihil ſolitariũ amat.ut dicit Cicero. ¶ Non alia.audita exhortatione nutricis reſpondet hyppolitus meliorem eẽ uitam ruſticanam q; urbanã. ¶ Magis libera. nulli ambitioni aut cupiditati ſeruiens. ¶ Aura populi.fauor popularis. ¶ Inuidũ bonis quod uirtuti ſemp inuidet: ut exẽplis maximorum uirorum probatur qui ex urbibus ſuis deturbati ſunt. ¶ Fragilis.quare nihil ẽ tã mutabile.q; uulgus. ¶ Seruit.ut eſt apud Ciceronẽ in paradoxis ſeruitutem omnem eſſe miſeram. ¶ Vanos.non durabiles. ¶ Fluxas.quæ cito labũtur aliquo caſu.ut Oui.Irus eſt hodie qui mõ croeſus erat. ¶ Liber.cum genitiuo figurate ſolet poni cũ ablatiuo:ab his paſſionibus qui degit ĩ agris. ¶ Haud.non illi habetur inuidia qui ſemper petit alta & ſuperiores. ¶ Degeneri uilli:quare genero ſus animus non dolet de bono alieno. ¶ Conſcius:in malã partẽ accipiẽ:qui ſcit ſcelus ſuum: ut luuenalis.hi ſunt q; ad ſingula fulmina pallent. ¶ Fingit.mentitur. ¶ Quærit tegi.nõ oportet ut ruſticus ſtruat ſibi ſublimia tecta: cũ ſub arbore quieſcat. ¶ Inſolẽs.ſupbus. ¶ Sufficiat.adornat. ¶ Cruor largus.nõ facit ſacrificiũ more urbano de centum tauris ad faſtum: ſed pura mẽte. ¶ Fruge ſacra.i.mola:ſolebant romani farina & ſale: & mero facere pultem quã molam appellarũt:& ſacrificaturi uergebant inter cornua uictume. ¶ Sumittunt.præbent cultro. ¶ Vacuo.libero ubi non impediẽ. ¶ Innocuus.innocens qui nulli nocet. ¶ Errat.diſcurrit ſine cuſtodia:ut inquit Horatius. Integer uitæ ſceleriſq; purus nõ egetiaculis mauris: nec arcu ſcrophe ſagitta. ¶ Callidas aſtutas. ¶ Feſſus.quãdo eſt fatigatus uenationibus uenit ad aliquem fontem ubi ſe refrigerat. ¶ Niueo eliſſo.alba aqua eliſſi fluuii in agro thebano. ¶ Alphei.fluuius ẽ helydis ciuitatis arcadie iuxta piſam decurrens qui longo tandẽ curſu in achaia demergiẽ & ibi a terra abſorptus atq; ſubter mare defluens ex græcia in fontem arethuſam apud ſyracuſam ĩ ſicilia ſe attollit & inde ĩ mare ſiculum cadit. Vnde Vir.li.iii.ænei.ait Alpheũ fama ẽ huc elidis amnẽ Occultas egiſſe uias ſubter maꝛ q nũc ore arethuſa tuo ſiculis cõfundiẽ undis. ¶ Metaꝛ.ẽ metari eligere locũ ad hĩtãdũ:ut dicimꝰ ĩpatores metari caſtra:metiri ẽ méſurare & ponit ꝓ tráſire:náq tráſit uẽ metiri. ¶ Lerna.palꝰ ẽ argiuoꝝ ubi iterfecit hercules hydrã. ¶ Vado.aq; ubi nõ ẽ altũ ꝓfundũ.

Et ſæua bella martẽ ſanguineo gerant.
Prouidit ille maximus mundi parens:
Cum tam rapaces cerneret fati minas:
Vt damna ſemper ſobole repararet noua
Excedat agedum rebus humanis uenus:
Q uæ ſupplet ac reſtituit humanũ genus:
Orbis iacebit ſqualido turpis ſitu.
Vacuum ſine ullis claſſibus ſtabit mare,
Aleſq3 cælo deerit & ſiluis fera.
Solis & aer peruius uentis erit.
Q uã uaria læti genera: mortalem trahunt
Carpuntq3 turbam:pontus & ferrũ & doli
Sed fata credas deeſſe:ſic atram ſtyga
Iam petimus ultro:cælibem uitam probet
Sterilis iuuentus:hoc erit quicquid uides
Vnius æui turba & inſemet ruet.
Proinde uitæ ſequere noſtram ducem:
Vrbem frequenta:ciuium cœtus cole:
Hipp.Nõ alia magis ẽ libera & uicio carẽs
Rituſq3 melius uita quæ priſcos colat:
Q uam quæ relictis mœnibus ſiluas amat.
Non illum auaræ mentis inflammat furor:
Q ui ſe dicauit montium inſontem iugis.
Non aura populi & ĩuidum uulgus bonis.
Non peſtilens inuidia non ftagilis fauor.
Non ille regno ſeruit:ac regno imminet.
Vanoſq3 honores ſequitur:aut fluxaſ opes
Spei metuſq3 liber haud illum niger
Edaxq3 liuor dente degeneri petit.
Nec ſcelera populos atq3 inter urbes ſita
Nouit:nec omnes conſcius ſtrepitus pauet
Aut uerba fingit mille:aut quærit tegi
Diues columnis:nec trabes multo inſolens
Sufficit auro:non cruor largus pias
In undat aras:fruge nec ſparſi ſacra
Centena niuei colla ſumittunt boues.
Sed rure uacuo potitur:& aperto æthere
Innocuus errat:callidas tantum feris
Struxiſſe fraudes nouit:& feſſus graui
Labore niueo corpus eliſſo fouet.
Nunc ille ripam celeris alphei legit.
Nunc nemoris alti denſa metatur loca:
Vbi lerna puro gelida perlucet uado.

¶ Sedemq3.nunq̃ eſt in uno loco ſed quo uult uadit. ¶ Preſſiſſe.calcare. ¶ Amnis uagi.fluuii currẽtis. ¶ Ceſpite.terra uirenti herbis. ¶ Nudo ſiue lecto & ſtragula. ¶ Leues.cito uenientes. ¶ Poma. quãdo fameſcit nõ opus ẽ ut uadat in forum: ſed in ſiluas ubi reperit poma. ¶ Compeſcunt.reſtringunt. ¶ Fragra.fructus coloris rubei naſcentes p̃pe terram. ¶ Peruiis dumetis. paſſim per oĩa dumeta:dumus dicitur ſpina:inde dumetũ ubi' multæ ſpine:ſicut lauretũ ubi multæ ſunt laurus. ¶ Luxus.regios.magnos apparatus. ¶ Impetus.uoluntas cum hẽam tantam facilitatẽ uiuendi:non ẽ mihi animus ſuſcipere miſerã conditionem regum. ¶ Sollicito.anxio non qđ aurum ſit anxiũ ſed ip̃i reges qui bibunt auro timẽt uenenũ. ¶ Nuda manu.ſine aliquo poculos: nos qui ſumus rure bibimus in fluminibus hauriẽdo aquã manibus. ¶ Captaſſe hauſiſſe. ¶ Nõ in receſſu.hyppolitus adiungit aliud qđ in uili domo ruſtica nõ ſunt tot libidines quẽadmodum in urbe: ꝓpterea melius eẽ ibi ducere uitã. ¶ Furta.ſtupra. ¶ Improbus.inconti nens. ¶ Obſcuro cubili.uili thalamo. ¶ Multiplici domo.ubi multe ſunt mãſiones.uadũt ad domos nobiliũ ibiq3 licet timeant:abſcondunt ſe ut ociõſas matronas uiolẽt. ¶ Ethera ac lucem petit:qui rure uiuit oĩa in aperto habet cum ſit innocens. ¶ Hoc equidem puto talem fuiſſe uitã heroum q̃ dicũtur fuiſſe ĩ etate aurea. ¶ Profudit.genuit mixtos uel ſemideos:uel qa dii ſecum uiuebãt. ¶ Cæcus cupido.auaritia quæ nõ uidet rectum. ¶ Lapis arbiter ſacer.terminus qui erat tãq̃ iudex de finibus ſacer & inuiolatus:nullus erat illa ætate: cum oĩa eſſent cõia. ¶ Credule rates.non ipſæ:ſed qui ſe cõmittunt nauibus creduli ſunt: cum poſſe euitare omnia pericula credunt. ¶ Secabant.nauigabant. ¶ Aggere ſolẽt urbes cingi aggere & foſſa, unde dicit lacus. ¶ Baliſta.pro torméto concutiẽte muros accipitur. ut Ouidius:quã graue baliſte mœnia pulſat onus:tunc ea ætate non erãt inuẽta inſtrumenta ad euertendum urbes. ¶ Iuſſa.neque etiam inuentus erat modus arandi: ſed terra ſponte oĩa ferebat. ¶ Fœta plena fructibus. ¶ Poſcentes.nihil petebant arãdo nec ſeminãdo. ¶ Opaca.antra.ſpelunce umbroſe:non edificauerant ſibi domos ſed habitabant antra. ¶ Rupere.cum eſſet tanta ſecuritas & quies:ecce demonſtrat cauſam omniũ malor̃. ¶ Fœdus.pacem. ¶ Furor.immenſa cupiditas habendi. ¶ Succenſas.inflammatas. ¶ Præda.qui erant diuites uolebant p̃dari minores. ¶ Vires eſſe.pro erant: nã ius erat ĩ armis. ¶ Bellare.ꝓbellabãt nuda mãu ſine armis. ¶ Rudes.nõ dolatos. ¶ Cornus leuis.ſugax ſagitta quæ fiebat de cornu arbore. ¶ Ferro graçili.ſpiculo acuto. ¶ Mucrone dicit' ipſa haſta enſis & ferrum: enſis aũt eſt totus manubriũ & ferrũ. ¶ Caleæ comantes.non erant galee in quibus ſolemus ponere caudas equinas uel pennas. ¶ Dolor. quando erat unus iratus accipiebat quicquid ueniebat ad manum. ¶ Dempto fine. ſine ullo fine.

Sedemq3 mutat,hic auẽs q̃rulæ fremũt:
Ramiq3 uentis lene percũſſi tremunt.
Vetereſq3 fagi:iuuat:amnis uagi
Preſſiſſe ripas:ceſpite aut nudo leues
Duxiſſe ſomnos.ſiue fons largus citas
Defundit undas:ſiue per flores nouos
Fugiente murmurat riuo ſonus.
Excuſſa ſiluis poma compeſcunt famẽ:
Et fragra peruiis pulſa dumetis cibos
Faciles miniſtrant:regios luxus procul
Eſt impetus fugiſſe:ſollicito bibunt
Auro ſuperbi:quam iuuat nuda manu
Captaſſe fontẽ:ſi cæler ſomnus præmit
Secura duro membra uerſantur toro.
Non in receſſu furta & obſcuro improbus
Q uærit cubili:ſeq3 multiplici timens
Domo recondit:æthera ac lucem petit:
Et teſte cœlo uiuit:hoc equidem reor
Vixiſſe ritu: prima quos mixtos deis
Profudit ætas nullis his auri fuit
Cæcus cupido:nullus in campo ſacer
Diuiſit agros arbiter populis lapis.
Nundum ſecabant credule pontum rates.
Sua quiſq3 norat maria:nõ uaſto aggere
Crebraq3 turre cinxerant urbes lacus.
Non arma ſeua miles aptabat manu.
Non torta clauſas fregerat ſaxo graui
Baliſta portas:iuſſa nec dominum pati
Iuncto ferebat terra ſeruitium boue.
Sed arua per ſe fœta poſcentes nihil
Pauere gentes:ſilua natiuas opes
Et opacam dederant antra natiuas domos.
Rupere fœdus impius lucri furor:
Et ira præceps,quæq3 ſuccenſas agit
Libido mentes:uenit imperii ſitis
Cruenta:facinus præda maiori minor:
Pro iure uires eſſe:tum primum manu
Bellare nuda.ſaxaq3 & ramos rudes
Vertere in arma:non erat gracili leuis
Armata ferro cornus:aut longo latus
Mucrone cingens enſis,aut chriſte caput
Galeæ comantes:tela faciebat dolor.
Inuenit artes bellicus mauors nouas.
Et mile formas mortis:hinc terras cruor
Infecit omnes fuſus:& rubuit mare.
Tum ſcelera dẽpto fine p cunctas domos
Iere:nullum caruit exemplo nefas
A fratre frater:dextra nati parens

¶ Mitius

Cecidit:maritus.coniugis ferro iacet:
Perimuntq3 fœtus impiæ matres ſuos:
Taceo nouercas mitius nil eſt feris.
Sed dux malorũ fœmina & ſcelerũ artifex
Obſedit animos:cuius inceſtæ ſtupris
Fumant tot urbes:bella tot gentes gerunt.
Euerſa ab imo regna tot populos premũt.
Sileantur aliæ ſola coniunx ægei
Medea reddet fœminas dirum genus.
Nu.Cur oĩum fit culpa:paucarum ſcelus:
Hip.Deteſtor oẽs horreo fugio execror
Sit ratio:ſit natura:ſit durus furor.
Odiſſe placuit:ignibus iunges aquas:
Et amica ratibus ante promittet uada
Incerta ſyrtis:ante ab extremo ſinu
Heſperie.tethys lucidum attollet diem.
Et ora damis blanda prebebunt lupi.
Q uã uictus animum femine mitem gerã:
Nu.Sepe obſtinatis induit frenos amor.
Et odia mutat:regna materna aſpice:
Illæ feroces ſentiunt ueneris iugum.
Teſtaris iſtud unicus genitus puer.
Hip.Solamen unum matris amiſſe fero:
Odiſſe quidem iam fœminas omnes licet.
Nu.Vt dura cautes undiq3 intractabilis
Reſtitit undis:& laceſſantes aquas
Longe remittit:uerba ſic ſpernit mea.
Sed phædra pceps graditur ĩ patiẽs moræ.
Q uo ſe dabit fortuna:quo uerget furor:
Repente terræ corpus exanimum cadit:
Et ora morti ſimilis obduxit color.
Attolle uultus dimoue uocis moras.
Tuus en alumna temet hyppolitus tenet.

Phædra Hyppolitus Nutrix:

Phædra loquitur.

OVis me dolori reddit:atq3 æſt9 graues
Reponit aĩo:qdẽ bene excidera mihi:
Cur dulce munus redite lucis fugis:
Aude aĩe tenta perage mandatũ tuum
Intrepida conſtent uerba:qui timide rogat
Docet negare:magna pars ſceleris mei
Olim peracta eſt:ſerus eſt nobis pudor.
Amauimus nefanda:ſi cœpta exequor
Forſam iugali crimen abſcondam face.
Honeſta quædam ſcelera ſucceſſus facit.
En incipe anime:cõmodes paulum precor
Secretus aures:ſi quis eſt abeat comes
Hip.En locus ab omni liber arbitrio uacat

¶Mitius eſt nil feris. ut Plinius in ꝓhemio ſeptimi non feritas leonũ petit leones nec morſus ſerpentum petit ſerpentẽ ſed ab hoĩe homini multa ſunt mala. ¶Femina.oĩa mala fiunt per feminas uide quot bella ſuſcepta ſunt & quot urbes penitus deſolate pp eas. ¶Artifex inuentrix ſceleris. ¶Præmunt.tenent:quare illic ſepulti ſunt. ¶Medea:ꝑtereo oẽs alias mulieres:reſpiciens unã medeam quæ factis tot ſceleribus ĩteremptis filiis & iaſone aufugit athenas:ibiq; nupſit egeo patri theſei. ¶Cur.reſpondet nutrix oẽs feminas non debere dici ſceleratas:cũ uideat paucas malas. ¶Deteſtor.habeo odio oẽs:ueniat quecũq; cã uelit:potius erit poſſibile iũgere ignes aquis: & tollere pericula ſyrtis & mutare oriẽtem & occidentem de ſtatu ſuo & iũgas damas lupis q̃ poſſim amare feminas. ¶Thetis.pro mari ponit:potius ſol orietur a mari occidentali. ¶Heſperie.hiſpanie:heſperus ſtella in occidente poſt occaſum ſolis. ¶Attollet. eleuabit naſcentem diem ſolem lucentem. ¶Regna materna.ſi uis uidere potentiam amoris qui etiam duros domuit:habe exemplum amazonũ. ¶Teſtaris. præſtas teſtimonium amoris quia ex illis duris & uiduis mulieribus genitus es quæ etiam amauerunt. ¶Solamen.diis gratias habeo qđ fecerunt mori matrem meã quã oportebat amare:nũc uero poſſum dicere me oẽs habere odio. ¶Vt dura.uidens nutrix hyppolitũ obſtinatum: illum deſerit precibus & ſecum loquitur quod ille durior eſt ſaxo quod nũq; mouet impetu fluctus. Vnde non eſſe tentandum de ſtupro Phædræ:& dum loqueretur uidet ipſam phedrã uenientem quæ nõ poterat expectare reſpõſum nutricis: ſed dum appropinquaret hyppolito cecidit ſemianimis:eãq; hyppolitus leuauit:loquẽte ipſa nutrice. ¶Attolle.ſ.phedra: & ẽ intelligẽdũ q; ãbo cucurrerunt ad leuãdũ eã. ¶Dimoue.i.alloquere hyppolitũ q tenet te. ¶Alumna.ſ.o phedra. ¶Tuus. quam tanto opere amas.

OVis me.leuãs ſenſim ſeipſam phedra loquit melius eſſet ut non ſentirẽ:& ita remaneré mortua:quia nullum doloré haberé. ¶Eſtus fluctuatiões amoris. ¶Mihi.i.a me eram alienata. ¶Cur.iterũ uiſo hyppolito uidebatur uelle cadere unde ſeipſam exhortatur. ¶Anime.ſ.mi quid uis iterũ diſcedere a me. ¶Aude.habeas audientiam. ¶Tenta.experiaris. ¶Perage perfice. ¶Mandatũ quod mandaueras nutrici ut tẽtaret hyppolitum. ¶Magna pars.nõ eſt erubeſcendũ:quare amore in eo iã ſcelus ẽ patefactũ. ¶Face iugali.matrimõio & occurrit obiectiõi qa poſſet dicere aliqs ſi amauiſti nõ cõmiſiſti adhuc nefandũ ſcelus:ſi hẽbis ré cũ hyppolito forte ex illo cõcipies & crimẽ tuũ fiet palã: reſpõdet ipſa dicam q; peperi ex uiro meo theſeo :uel cum theſeus ſit apud inferos potero eum hyppolitum habere in maritum. ¶Succeſſus.bonus euentus. ¶Incipe.cum de liberaſſet loqui uocat hyppolitum ſecreto. ¶Secretus.ſeparatus ab aliis. ¶Arbitrio.auſcultatore.arbiter iudex ĩter duos interdũ ꝑſens ad aliqd audiẽdũ unde dr̃ remotis arbitris.

¶ Sed ora uelle loqui & non possum. ¶ Ceptis in animo meo cõceptis uis. s. pudoris tenet uocem. ¶ Quod uolo. iuro q̃ non facio libenter id quod dico: sed uicta succumbo amori. ¶ Cure leues. uides hyppolite quãdo quis habet doloré non magnum: loquit' & conquerit': sed cum habet ingentem stupescit: & fit attonitus quare tũc sanguis dereus fugit ad præcordia ĩ magno dolore. ¶ Mater. hyppolitus appellat matrẽ: ut confidat loqui. ¶ Matris. dicit phedra se nolle appellari tam supbo nomine matris: sed uult esse ancilla & subdita. ¶ Affectus. amores. ¶ Cuncter. tardabo. ¶ Mandata. quæ commisit mihi pater tuus. ¶ Sinu receptam. quãdo quis suscipit cãm. Dicitur amplexus é causam sinu suo: ut defendat aliquã: sed ibi ad alium finem dicit. ¶ Vidue. phedre priuate marito. ¶ Summus dicit hyppolitus auertat deus hoc q̃ sis uidua q̃re pater meus esset mortuus. ¶ Omen. augurium quod fit ore. ¶ Actutum. statim. ¶ Regni. respõdet phedra q̃ qui descendũt ad inferos nõ solent reuerti: p̃sertim theseus non dimittet' a plutone cum illuc inerit ut raperet uxorem suam p̃serpinam. ¶ Tacite. quia ibi sunt aĩe quæ non loquunt'. ¶ Relictos. quãdo semel sunt relicti ab anima. ¶ Remittet. q. d. non. ¶ Amori placidus nisi factum illius exculet amore: quod dictum est hyronice. ¶ Celites. credo q̃ dii dabunt illi reditum propter uirtutem suam: sed dũ erimus incerti de aduẽtu ipsius: tuebor & fratres & te. ¶ O spes facit seneca hoc loqui hyppolitum ut possit ãbigue intelligi: & misera Phedra ad alium finem credit quã dicatur. ¶ Satis. s. quando dixit supplebo uices patris: & hæc tacite dixit. ¶ Agã. hoc faciã. ¶ Miserere. loquit' ad hyppolitum. ¶ Tacite mentis. intellige mentem meam: licet nõ loquar quæ cupio cum me pudeat. ¶ Quod in nouercam respõdet phedra est huiusmodi malum quod nũq̃ crederes cadere in nouercam quæ solet prosequi odio p̃ui gnos & ego te perdite amo. ¶ Perplexa. intricata & nõ clara: dicas aperte q̃ uelis. ¶ Pectus. phedra aperit amorem suum. ¶ Trabes. dat similitudinẽ de arbore concaua quãdo intus est ignis. ¶ Amore. hyppolitus dissimulat intelligere: sed illũ amorem uertit ad theseum. ¶ Vultus. quales sunt tui quos ipse tulit quando uenit certam.

Phe. Sed ora cœptis transitũ uerbis negãt:
Vis magna uocem emittit & maior tenet:
uos testor oẽs celites hoc me nolle q̃d uolo
Hip. Aĩus ne cupiẽs aliquid effari nequit:
Phe. Cure leues loquũtur: ingẽtes stupẽt:
Hip. Cõmitte curas auribus mater meis:
Phe. Matris supbũ nomẽ ẽ & nimiũ potẽs
Nostros humilius nomen affectus decet.
Me uel sororẽ hyppolite: uel famulã uoca.
Famulam q̃ potius: omne seruitiũ feram.
Non me per altas ire si iubeas niues
Pigeat gelatis ingredi pindi iugis.
Non si per ignes ire & infesta agmina.
Cuncter paratis ensibus pectus dare.
Mandata recipe sceptra: me famulã accipe.
Te imperia regere: me decet iussa exequi
Muliebre non est regna tutari patris.
Tu qui iuuente flore primæuo uiges:
Cies paterno fortis imperio rege.
Sinu receptam supplicẽ: ac seruam rege.
Misere uidue: Hip. Sũmus hoc omẽ deus
Auertat: aderit sospes actutum parens:
Phe. regni tenacis domin⁹ & tacite stygis
Nullam relictos fecit ad superos uiam.
Thalami remittet ille raptorem sui:
Nisi forte amori placidus & pluto sedet
Hip. Illũ equidẽ eq̃ cælites reducẽ dabũt.
Sed dum tenebit uota in incerto deus:
Pietate caros debita fratres colam:
Et te tuebor: ẽsse ne uiduam putes:
Ac tibi parentis ipse supplebo locum.
Phe. O spes amãtũ credula: o fallax amor:
Satis ne dixit: precibus admotis agam:
Miserere: tacite mentis exaudi præceps.
Libet loqui pigetq̃:
Hip. Q uidnã istud malum est:
Phe. q̃d ĩ nouercã cadere uix credas malũ:
Hip. Ambigua uoce uerba perplexa iacis:
Effare aperte. Phe. Pectus insanum uapor
Amorq̃ torret: intima sæuus uorat
Pœnitus medullas: atq̃ per uenas meat
Visceribus ignis mersus & uenis latens.
Vt agilis altas flamma percurrit trabes
Hip. Amore nempe thesei casto furis:
Phe. Hippolite sic est: thesei uult⁹ amore:
Illos priores quos tulit quondam puer.
Cum prima puras barba signaret genas.
Monstriq̃ cæcam gnosii uidit domum.

¶ Filla.

Et longa curua filia collegit uia:
Quis tū ille fulsit: præferant uitte comā:
Et ora flauus tenera tingebat rubor.
Inerant lacertis mollibus fortes thori
Tuæ ue phœbes uultus: aut phœbi mei.
Tuusq3 potius talis: en talis fuit
Cum placuit hosti: sic tulit celsum caput.
In te magis refulget incomptus decor
Et genitor in te toruus: & toruæ tamen
Pars aliqua matris miscet ex equo decus.
In ore grato scythicus apparet rigor.
Si cum parente creticum intrasses fretum:
Tibi fila potius nostra neuisset soror:
Te te soror: quacunq3 siderei poli
In parte fulges: inuoco ad causam parem
Domus sorores una corripuit duas:
Te genitor: at me natus: en suplex iacet.
Allapsa genibus regiæ proles domus:
Respersa nulla labe: & intacta innocens:
Tibi mittor uni: certa descendi ad præces:
Finē hic dolori faciet aut uitæ dies. (deū
Miserere amātis. Hip. o magne regnator.
Tam lentus audis scelera: tā lentus uides:
Et quando sæua fulmen mittes manu
Si nunc serenum est: oīs impulsus ruat
Aether: & atris nubibus condat diem.
Ac uersa retro sidera obliquos agant
Retorta cursus: tuq3 siderum caput:
Radiate titan: tu nefas stirpis tuæ
Speculare: lucē merge: & in tenebras fuge
Cur dextra diuū rector atq3 hoīum uacat:
Tua: nec trisulca mundus ardescit face:
In me tona: in me fige: me uelox cremet
Tranfactus ignis: sum nocēs: merui mori:
Placui nouercæ: dignus an stupris ego:
Sceleriq3 tanto uisus ego solus tibi
Materia facilis: hoc meus meruit rigor:
O scelere uinces omne fœmineū genus
O maius ausa matre monstrifera malum:
Genitrice peior: illa se tantum stupro
Contaminauit: & tamen tacitum diu
Crimen biformis partus exhibuit nota:
Sceluſq3 matris arguit uultu truci
Ambiguus infans: ille te uenter tulit.
O ter quaterq3 prospero fato dati
Quos hausit & peremit: & læto dedit
Odium dolorq3: genitor inuideo tibi.
Colchide nouerca maius hoc: maius malum est

¶ Fila. data ab ariadne sorore mea: ut sciret regredi de labyrintho īterfecto minotauro. ¶ Gnossi. cretensis: gnossos ciuitas est crete. ¶ Quis tū. qualis pulcher: ita describit eius formā. ¶ Fortes thori. pulpe & musculi brachioꝝ: hébat brachia grossa & fortia. ¶ Tue phœbes. diane quā colis in eo erat uultus similis diane. ¶ Phœbi mei. ſ. aui mei: ita pulcher: ut phœbus. ¶ Tuusq3. imo uultus tuus est similis phœbo. ¶ In te. robustus decor qué habes a pr̄e: & a matre amazona te magis uenustat. ¶ Ex equo. eq̄liter ut nihil muliebre héas ab utroque paréte. ¶ Scythicus. quare amazones hūerūt originem a scytis. ¶ Rigor. seueritas & asperitas. ¶ Ore graio. græco: qa tu græcus est græco pr̄e: quæ mixtio facit tibi maximū decorē. ¶ Si cū parente. quādo pr̄ tuus theseus uenit in cretā: si fuisses cum eo potius te amasset soror mea. ¶ Soror ariadne quæ dedit fila Theseo: ut sciret redire per ambiguas uias labyrinthi, si uictoriā habuisset de minotauro. ¶ Te te. cōduplicatio. ¶ Quacūq3. ná a baccho locata é ī cœlo cū corona nouē stellis ornata de q̄ Oui. ī fastis plura dicit. ¶ Paré. qa tu secuta es amorem thesei: ipsa aūt hyppoliti fili eius. ¶ Vna domus. ſ. thesei. ¶ Te. ariadné. ¶ Genitor. theseus. ¶ Natus hyppolitꝰ. ¶ En uertés se ad hyppolitū supplex tendit manus cū p̄cibus dicés: miserere mei coacte ab amore: ut tibi uni seruiā: cū antea ī nulla pte fuerim digna reprehensione: hodie finiam labores meos: uel morte: uel mihi obsequēs eris. ¶ Proles. ego filia regis minois: unde debes magis moueri. ¶ Certa in hac intētione. ¶ O magne. hyppolitus audiés nefandā petitionē phedre exclamás ad ioué rogat ut mittat fulmé. ¶ Versa ne uideāt tā diꝛ scelus: qđ factū fuit ī fabula thyestis: ut uidimus. ¶ Retorta. nō ꝓcedétia scđm cursum suū. ¶ Radiate titā. sol q hés caput cinctum radis: sustinebis uidere nefas stirpis tue. i. neptis tue phœdre. ¶ Merge. dicunt sidera mergere se ī oceano. ¶ Cur dextra. iteꝛ dicit ad loué qd cessas: si nō uis fulminare istā saltē fulmina me. ¶ Face trisulca fulmīe triāgulari. ¶ Trāsactus ignis. ip̄m fulmé trāsmissum ꝓ pectus meū. ¶ Placui nouercæ. ꝓ formā meā placui. ¶ Ego. hét éphasim. ¶ Solus cū essent tot iuuenes delicati ī urbe cū qbus poteras spare stuprū: & sic dirigit sermoné ad phedrā. ¶ Materia. dr̄ circa q̄ qd cōpōit. ¶ Facilis. ſ. ad flectendū. ¶ Rigor. aspitas: qa nūq̄ flexi aium ad mulierē. ¶ Matre mōstrifera. pasiphaē q̄ ex tauro peperit mōstrū minotauꝛ: sed tu es peior: illa texit sceleꝰ suū tu uero facis aperte. ¶ Exibuit patefecit. ¶ Nota & īditio ptus. ¶ Biformis. qd erat mediꝰ tauꝰ: & mediꝰ hō: iō nō potuit celar̄. ¶ Ambiguꝰ mīotauꝰ q hébat duoꝛ naturā. ¶ Arguit. ꝓbauit ¶ Truci. taurino. ¶ Ille uéter. siqs nō crederet te filiā pasiphaes: hoc satis đmōstrat q̄ es mōstruosa sicut illa fuit. ¶ Ter & q̄ter. faciūt numeꝛ septēariū q ut scribit macrobiꝰ pfectissimꝰ hét. Vnđ uir. terq̄terq3 btī. i. beatissimi. ¶ Prospero, fcō felici morti: btī fuerūt illi q occisi sunt a nouercis magis quā ego q amor nefādo amor̄. ¶ Inuiđo uoluisse hére talé nouercá quéadmodū tu pr̄. Colchide. međa đ colcho īsula q fugiés ab iasōe nupsit egeo pr̄i thesei & ꝓignū theseū uenenar̄ uoluit: istud é maiꝰ nefas.

¶ Et ipſa. phœdra reiicit crimen in amorem: dicens eſſe fatale ſue domus: ut ſemper fugienda appetant. ¶ Procul. cū uellet illa tangere genua hyppoliti reiecit ipſam a ſe. ¶ Ināplexus dū reiceret ipſam brachiis apertis furibūda currebat in eū. ¶ Ruit de ipſa phœdra loqtur in tertia ꝑſona. ¶ Stringaſ. euaginef: melius eſt ut interficiā ipſam quā patiar tales amplexus. ¶ Exigat ſuſtineat. ¶ En. impudicū erant ante altaria diane. iō hyppolitus tenēs phœdrā per capillos nudato gladio alloquiſ dianam dicens ſacrificaui tibi uictimas multotiens quæ nō cōueniebant tantū: ſicut hec ſcelerata & īpudica. ¶ Leua. ſiniſtra. ¶ Impudicū. mulieris impudice. ¶ Contorto. īplicato manibus meis. ¶ Architenens diana dea uenationis quæ tenes arcū. ¶ Sanguis. uictima. ¶ Nunc me. rogat phœdra morte per manus hyppoliti. ¶ Compotem uoci. facis me here qđ cupiebam. ¶ Hoc. ſ. ſi me occidis eſt mihi gratius uoto meo qđ cupiebam tecū cōcubere: ſaltem moriar ſaluo pudore. ¶ Abſcede. negat illi mortem hyppolitus & iubet ut diſcedat: nec oret āplius eum. ¶ Cōtactus. quē tetigiſti. ¶ Deſerat latus. ſ. meū: nō accingam amplius illū. ¶ Tanais fluuius de quo ſupra. ¶ Meotis. palus de qua ſimiliter ſupra: hæc habet deſcenſum in mare pōticū hoc eſt euxinum: quæ erūt aque longinque quæ me contaminatū cōtactu nouerce lauare poſſint & expurgare. ¶ O ſilue. exclamat hyppolitus dicēs melius eſſe ducere uitam ī ſiluis & interferas ubi nō ſunt iſta ſcelera. ¶ Depræhenſa nutrix nō lōge ab erat: cum phœdra & hyppolitus talia agerent: unde dicit uideo hyppolitū noluiſſe cōſentire domine mee: & culpam īpius eſſe detectā: unde crimē eſt reiciendū ī ipſum hyppolitū cū fuerint in loco dubio: ubi nulli teſtes interfuerunt. ſi primo clamemus oēs credent hyppolitū uoluiſſe ſtuprare nouercā. ¶ Depræhenſa. detecta: deprehēdi, eſt in ſcelere inueniri: ita ut nō poſſit negari. ¶ Regeramus. retro geramus. i. reiciamus crimen in hyppolitū. ¶ Vltro primo & ſpōte. ¶ Arguamus. accuſemus uenerē ſtuprū tentatū. ¶ Scelere ſi uolumus occultare noſtrū ſcelus opus ē: ut faciamus aliud. ¶ Tutiſſimū. facit ſimilitudinē: ſicut ille qui timet ſi fingat ſe audacem ītērdū uadit ſecurus: ſi erimus primæ quæ accuſemus credeſ nobis. ¶ Ferre gradū: inuadere primo hoſtē. ¶ Secreta. cū nullus ſciat hoc factū. & facta iſta deliberatiōe incipit clamare. ¶ Adeſte athenæ. uenite athenienſes ad fauorē noſtrū: & uos famuli ferte opē regine: hyppolitus raptor ſtupri. i. ſtuprator. ¶ Præmit. urget ipſam. ¶ Intētat. minaſ mortē niſi uelit ſibi morigera eē. ¶ En. demonſtrat illū ueriſſimo arguméto ꝙ fugiat relicto enſe. ¶ Pignus. i. probatione hémus iſtū gladium ut credaſ nobis. ¶ Hanc meſtā intelligendū eſt ꝙ uenerat turba cui nutrix dicit recreate reginā attonitam: & linquite crines ſparſos: ut ſunt ut aperte oēs uideāt hyppolitū intuliſſe manum illi. ¶ Notas ſigna. ¶ Recipe mō uertit ſermonē ad ſuam phœdram dicēs: ſcio ꝙ es attonita: ſatis ē ꝙ es pudica: & hēs mentē bonā quæ nō pōt uiolari neq ꝑdi. ¶ Fugis. phœdra fugiebat ꝑp uerecūdiā: ſed nutrix aſtuta uertit ī alhā ptē. ¶ Mes ītētio. ¶ Nō caſus. ꝑp caſum nō dr īpudica niſi aius cōſenſerit.

Phe. Et ipſa noſtre fata cognoſco domus:
Fugienda petimus: ſed mei nō ſum potēs.
Te uel per ignes uel ꝑ mare īſanū ſequar:
rupeſq3 & amnes: unda quos torrēs rapit.
Quacūq3 greſſus tuleris: hac amens ſeqr.
Iterum ſuperbe gēnibus aduoluor tuis:
Hi. Procul īpudicos corpe a caſto āmoue
Tactus quid hoc eſt: & in amplexus ruit.
Stringatur enſis: merita ſupplicia exigat.
En impudicum crine contorto caput
Leua reflexi iuſtior nunquam focis:
Datus tuus eſt ſanguis: arcitenens dea:
Phe. hyppolite nūc me cōpotē uoti facis:
Sanas furentem maius hoc uoto meo eſt
Saluo ut pudore manibus immoriar tuis.
Hyp. Abſcede uiue ne quid exores: & hic
Contactus enſis deſerat caſtum latus
Quis euellet me tanais: aut quæ barbaris
Meotis undis pontico incumbens mari
Non ipſe toto magnus oceano pater
Tantum expiarit ſceleris: o ſiluæ: o ferę:
Nu. Deꝑhēſa culpa ē: aie qd ſegnis ſtupes
Regeramus ipſi crimen: atq3 ultro impiā
Venerē arguamus: ſcelere uelandū ē ſcel?
Tutiſſimū eſt inferre cū timeas gradum
Auſę priores ſimus: an paſſe nefas.
Secreta cum ſit culpa: quis teſtis ſciet:
Adeſte athenæ: fida famulorum manus
Fer opē: nefandi raptor hyppolitus ſtupri
Inſtat premitq3: mortis intentat metum:
Ferro pudicam terret: en præceps abit.
Enſemq3 trepida: liquit attonitus fuga:
Pignus tenemus ſceleris: hāc mōſtā prius:
Recreate: crinis tactus: & lacere comæ
Vt ſunt remaneant: facinoris tanti notas
Referte in urbem: recipe iam ſenſus hera
Quid te ipſā laceras: aſ pectū oīum fugis:
Mens impudicam facere non caſus ſolet.

¶ Chorus loquitur.

Vgit inſane ſimilis procelle:
Ocior nubes glomerante choro:

Vgit inſane. introducitur chorus uidēs hyppolitum fugiētem in ſiluas & dolet qđ cognoſcit eum falſo accuſari: unde laudans pulchritudinem eius perſuadet illi ne habitando ſiluas fiore ſue ætatis ꝑdat ꝙ cito ē periturus. uerſus ē ſaphicus: ut in hercule furente natus euriſtheus.

Ocior cursum rapiente flamma:
Stella cum uentis agitata longos:
Corripit ignes.
Conferat tecum decus omne priscum
Fama miratrix senioris æui.
Pulchrior tanto tua fortuna licet:
Clarior quanto micat orbe pleno:
Cum suos ignes coeunte cornu
Iunxit & curru properante pernox:
Exerit uultus rubicunda phœbe.
Nec tenent stelle faciem minores:
Qualis est primas referens tenebras:
Nuncius noctis: modo lotus undis
Hesperus: pulsis iterum tenebris:
Lucifer idem.
Et thyrsigera liber ab india:
Intonsa iuuenis perpetuum coma:
Tigres pampinea cuspide territans:
Ac mitra cohibens cornigerum caput:
Non uinces rigidas hyppoliti comas:
Nec uultus nimium suspicias tuos:
Omnes per populos fabula distulit:
Phedre quem bromio pretulerit soror.
Anceps forma bonum mortalibus:
Exigui donum breue temporis:
Vt uelox celeri pede laberis.
Non sic uere nouo prata decentia.
Aestatis calide dispoliat uapor.
Seuit solstitio cum medius dies
Sed noctem breuibus præcipitat rotis:
Languescunt folio lilia pallido:
Et gratæ capiti deficiunt rosæ
Vt fulgor teneris qui radiat genis
Momento rapitur: nullaq3 non dies
Formosi spolium corporis abstulit.
Res est forma fugax: quis sapiens bono
Confidat fragili: dum licet utere:
Tempus sed tacitum subruet: horaq3
Semper præterita deterior subit.
Quid deserta petis: tutior auiis:
Non est forma locis: te nemore abditum:
Cum titan medium constituit diem:
Cinget turba uicens.
Naiades improbe formosos solite
Claudere fontibus.
Et somnis facient insidias tuis
Lasciuæ nemorum deæ.
Montiuagi ue panes.

¶ Fugit. s. hyppolitus. ¶ Choro glomerante. uēto meridionali cogēte & desante nubes. ¶ Flāma. ue lotior q̄ sit flāma quādo de cœlo stelle uidētur ca dere. ¶ Agitata. addit rōné naturalē: qa est uapor eleuatus ita a uentis inflāmatus. ¶ Cōferat. cōpa ret mō uertit sermoné ad hyppolitū laudādo illi us pulchritudiné: iactet antiqtas oēs suas formas nō erit ulla quæ hyppolito cōparari possit. ¶ Cla rior. cōparatio. quādo luna cōpletis cornibus ce teras stellas suo splendore uincit: ita tu oīum for mas supas. ¶ Orbe pleno. rotunditate perfecta. ¶ Ignes. splédoré. ¶ Coeūte cōiungēte se. ¶ Pro perante. qd̄ luna inferior hēt breuioré circulū. lō singulis mēsibus cōplet cursum suū. ¶ Pernox. ap parens p totā nocté. ¶ Exerit. emittit. ¶ Phœbe. luna. ¶ Lotus. q̄re uī exire de oceano. ¶ Pulsis. de mane & tūc lucifer appellat idē q nocte hesperus. ¶ Liber. bacchus: cōpat ipm baccho quādo uenit de idia & usum uini dedit. ¶ Thyrsigera q̄ portat thyrsum in honoré sacroz bacchi: thyrsus est ha sta inuoluta pāpinis: & ibi aduertendū é q mutat uersus. & é aschepiadeus. ¶ Perpetuū. quare semp iuuenis & comatus. ¶ Tigres. q dicunt iuncte cur rui bacchi. ¶ Pāpinea. plēa pāpinis uitiū. ¶ Mitra. q̄ lydi utebāt. ¶ Cornigez. pingebat bacchus cū cornibꝫ: Oui. Accedāt capiti cornua bacchus eris ¶ Cohibés. ligans. ¶ Rigidas. in cultas. ¶ Nec uul tus cōparat ét ipm hyppolitū theseo pri cuius for mosissimi amore capta fuit ariadne quādo iuit in cretā. ¶ Tuos. ad theseū loquit p circuitionē. ¶ So ror phedre. i. ariadne. ¶ Prætulerit. ꝓposuerit q̄re magis illū amabat. ¶ Bromio. i. baccho cui ipsa ari adne relicta a theseo i chio īsula postea nupsit bac cho. ¶ Suspicias admireris. ¶ Famula. rumor om niū dispsus. ¶ Anceps forma. exhortās hyppolitū ut forma sua uti uelit: eius fragilitaté & breuitaté demōstrat. ¶ Anceps icertū. ¶ Laboris. o forma tu cito fugis. ¶ Vt. pro q̄tū & hic é uersus anapesti cus anceps forma. ¶ Nō sic. uersus asclepiadeus: fa cit similitudinē pulchritudinis fugiétis. ¶ Decétia pulchra. ¶ Solstitio. s. estiuali quādo sol é in cācro: & tūc sol icipit recedeī q̄re natura ,cācri é recede re. ¶ Rotis. cursu. ¶ Præcipitat. accelerat. ¶ Lāgu escunt deficiūt & marcescūt. ¶ Grate. q̄re ex illis fiūt coronaméta. ¶ Vt quēadmodū. ¶ Fulgor pul chritudo. ¶ Momento. minima pte tpis. ¶ Nulla nō. i. q̄libet dies si negatio p̄cederet diceret aliq̄ di es. ¶ Abstulit. continue diminuit pulchritudo: iō q̄libet dies aliqd aufert pulchritudinis nr̄e. ¶ Spo liū. p̄dā & priuationé. ¶ Tacitū. tps. q̄ fugit nobis nō sentiétibus. Sic Oui. tacitisq3 senescimus annis ¶ Subruet. d. truet formā. ¶ Subit seq̄t & succedit & sp facit deteriores. ¶ Quid deserta. hyppolite qd petis siluas nō est ibi ét forma tuta: sunt multe nymphe quæ te sollicitare possunt. ¶ Auiis. secre tis ubi nō est uia tricta. ¶ Cōstituit titā. quādo sol firmauerit & fecerit mediū diē ibis ad umbras ubi te nīphe cōplecti poterūt. ¶ Turba licés. licentio sa turba nympharum appositiue naiades. ¶ Solite claudere. trahere ad fontes suos sicut fecerūt hy lam: & narcysum. ¶ Dee nemoz. scilicet dryades. ¶ Panes montiuagi. dei pastoz habitātes mōtes.

¶ Aut te. diximus quemadmodū materia tragœdie eſt grauis: tamen in choro datur licentia laſciuiendi. dicit igitur qđ luna etiā capietur amore ipſius: & deſcendet ad eum quēadmodū ad endimionē: & quod hoc ſit uerꝫ probat dicens ſuperioribus diebus uiſa eſt luna rubea: putabaturqꝫ incantationibus theſalicis laborare: & ut ſuccurrerent illi ne audiret illas incantatiōes pulſabāt tympana: ſed illa nō erat cā: ſed tu quē ipſa ſequebaſ: unde uolens dicere lunā dicit. ¶ Sidus editum. poſt archadas. qui populi ſunt ſpeloponenſo ātiquiſſimi oīum: hi ſe iactabāt natos priuſq̄ luna.

¶ Editū. natum. ¶ Sidus. luna. ¶ Rati. qui putauimus. ¶ Tinnitus. ſonos tympanorū & clypeorū. ¶ Tu labor. tu eras cā illius laboris & ruboris lune. ¶ More. tardationis quare uidebatur herere. ¶ Dea. luna. ¶ Suſtinuit. retinuit & firmauit. ¶ Celeres. quia breuius pficit curſum ceteris planetis. ¶ Vexant. deſtruāt. ¶ Partius. minus. ¶ Appetat. eat ad ſolē: ut diutius ſerues pulchritudinem tuā. ¶ Pario. candidiſſimo marmore: paros inſula īter cicladas in mari egeo. ¶ Quam grata. admiratiue ¶ Pondus triſte. grauitas auſtera. ¶ Supercili. ratione uerſus pro ſupcilii: & capitur ſuperciliū pro pillis qui in eminētia oculi ſunt: ibiqꝫ grauitas hominis cognoſcit. ¶ Phœbo. cōparat hyppolitum apollini. ¶ Colligi. quæ nō colligitur circa caput. ¶ Illum. ſ. phœbū: ille habet lōgos crines & ornatos: tu uero breues & irtos: & ita eſt diſparitas in crinibus. ¶ Hirta. pilloſa & rudis. ¶ Decet. decentē & placentē facit. ¶ Nulla lege. nullo cultu & ordine. ¶ Tu licet. laudat ipm a fortitudine corporis. ¶ Pugnaces deos. ſ. panes. ¶ Spacio. magnitudine. ¶ Thoros. pulpas & muſculos brachiorū in quibus cognoſcitur robur hoīs. ¶ Latior pectore martis. qui ſcribiſ a poetis pectoroſus: nā latū pectus fortitudinē demonſtrat. ¶ Cornipedis. i. eq habentis pedes ex cornu: ſi tu equitas es ſimilis caſtori fratri helene qui peritiſſimus erat in agēdis equis. ¶ Mobilior. in gubernādo frenū. ¶ Spartanū cyllaꝫ. lacedemoniū equū caſtoris. ¶ Amētū. ſi uis iacere iaculū cū manu: nō tā lōge mittent ſagittas ſuas cū arcu crethēſes peritiſſimi ſagittarii: qtum tu manu. ¶ Tende. emitte in digitū. ¶ Amētum. qđ eſt coriū ad mediū haſtilis in quo inſeriſ digitus ad iacēdū. ¶ Spicula ſagittas. ¶ Arundinē. ſagittam factā ex calamo qui naſciſ apud crethenſes mire duriciei ut inqt Plī. & Virgi. in buccolicis cydonia ſpicula appellat. ¶ Modo ptico. addit aliam arte ſi uelit hyppolitus iacere ſagittas ſi altum more parthoꝫ. ¶ Nulla. ſ. tela ueniēt ad terram ſine aue. ¶ Condita. inuoluta. ¶ Tepido uiſcere. ī teſtinis calidis. ¶ Prædā. poteris ſagittare ipſas aues inter nubes. ¶ Ratis forma. reperies raro formā fuiſſe ſine periculis: ut demōſtrat plane Iuuenalis: optaret uirginia gibbū. ¶ Proſpice. parentheſis ē: diſcurre oēs etates tu inuenies ꝓpter formam tuam multos periſſe. ¶ Melior deus. dui melius faciet tibi q̄ iſtis. ¶ Prætereat. traducat ſine periculo. ¶ Eui deformis. qđ poſſis tranſire ad ſenectutem quæ turpis ē. ¶ Quid ſignat. dat locū ſcene ſequēti: quaſi dicat nihil eſt quod non audeant femine cū facit ira nocentes. ut dicit Iuuenalis. ¶ Inſonti. ſine culpa: hyppolitu innocentē falſo crimine accuſare & perdere quærit. ¶ Furor præceps inc̄ſideratus. ¶ Fidem. lacerat crines & lachrimatur ut credāt homines illā paſſam fuiſſe uiolentiam.

Aut te ſtellifero deſpiciens polo.
Sidus poſt ueteres arcadas editum:
Currusnon poterit flectere candidos.
Et nuber rubuit: nullaq3 lucidis
Nubes ſordidior uultibus obſtitit.
At nos ſolliciti lumine turbido
Tractamq3 theſſalicis carminibus rati
Tinnitus dedimus: tu fueras labor:
Et tu cauſa moræ: te dea noctium
Dum ſpectat celeres ſuſtinuit uias:
Vexent hanc faciem frigora partius:
Hæc ſolem facies rarius appetat.
Lucebit pario marmore clarius.
Q uam grata eſt facies torua uiriliter.
Et pondus ueteris triſte ſupercili.
Phœbo colla licet ſplendida compares:
Illum cæſaries neſcia colligi:
Perfundens humeros ornat & integit.
Te frons hirta decet: te breuior coma
Nulla lege iacens: tu licet aſperos
Pugnaceſq3 deos uiribus arceas.
Et uaſti ſpacio uincere corporis:
Aequas herculeos iam iuuenis thoros.
Martis belligeri pectore latior:
Si dorſo libeat cornipedis uehi:
Frenis caſtorea mobilior manu:
Spartanum poteris flectere cyllarum.
Amentum digitis tende prioribus:
Et totis iaculum dirige uiribus.
Tam longe dociles ſpicula figere:
Non mittent gracilem cretes arundinem:
Aut ſi tela modo ſpargere parthico
In cœlum placeat: nulla ſine alite
Deſcendent tepido uiſcere condita:
Prædam de mediis nubibus afferes.
Raris forma uiris ſecula proſpice)
Impunita fuit: te melior deus
Tutum prætereat: formaq3 nobilis
Deformis ſenii lumina tranſeat.
Q uid ſinat inauſum fœminæ ꝓceps furor.
Nefanda iuueni crimina inſonti apparat
In ſcelere quærit crine lacerato fidem:
Decus oē turbat capitis, humectat genas:

¶ Sed iſte.

Instruitur omnis fraude feminea dolus:
Sed iste quis nã est? regium in uultu decus
Gerens, & alto uertice attollens caput.
Vt ora iuuenis paria pirithoi gerit.
Ni languido candore pallerent genæ:
Staretq3 recta squalor incultus coma:
En ipse theseus redditus terris adest.

Artus. iii. Theseus Nutrix. The. loq̃tur

Tandẽ, pfugi noctis æternæ plagã:
Tuastoq3 mães carcere umbrãtẽ polũ.
Vt uix cupitũ sufferunt oculi diem.
Iam quarta eleusis dona triptolemi secat
Paremq3 totiens libra composuit: diem.
Ambiguus ut me sortis ignote labor
Detinuit inter mortis & uite mala.
Pars una uitæ mansit extincto mihi
Mersus malorum finis alcides fuit.
Qui cũ reuulsum tartaro extraheret canẽ
Me quoq3 supernas pariter ad sedes tulit.
Sed fessa uirtus robore antiquo caret
Trepidãtq3 gressus: heu labor quãt⁹ fuit.
Phlegetõte ab imo petere lõgĩquũ æthera
Pariterq3 mortẽ fugere: & alcidem sequi.
Quis fremitus aures pepulit flebilis meas
Expromat aliqs: luctꝰ & lachrimæ, & dolor,
Et limine in ipso mœsta lamentatio:
Hospitia digna prorsus inferno hospite.

Nu. Tenet obstinatã phædra cõsiliũ necis:
Eletusq3 nostros spernit ac morti iminet.

The. quæ cã læti: reduce cur moritur uiro:

Nu. Hæc ipsa lætum causa maturũ attulit.

The. pplexa magnũ nescio qd uerba tegũt.
Effare aperte: quis grauat mentem dolor.

Nu. haud pãdit ulli: mœsta secretũ oculit:
Statuitq3 secum ferri: quo moritur: malum.

The. Iã pge quæso: pge: properato opus ẽ
Reserate clausos regii postis lares.

Theseus Phædra. Theseus loq̃tur.

O Socia thalami: siccine aduentum uiri
Et expetiti coniugis uultum excipis?
Quin ense uiduas dextrã atq3 aĩum mihi
restituis: & te qd qdẽ e uita fugat expromis

Phe. Heu per tui sceptra imperii
Magnanime theseu: perq3 natorum ĩdolẽ.
Tuosq3 reditus perq3 iam cineres meos.
Permitte mortem.

The. Causa quæ cogit mori:

¶ Sed iste. dat locum sequenti scene: uidens chorus a longe uenientem quẽdã sublimem & incedẽtem more regio admiratꝰ quis sit: demum cognoscit pirithoum & theseum. ¶ Languido candore. quare pallebat situ infernali: uidet mihi similis perithoo nisi esset ita pallidus & ita incultus crinibus ¶ En. ecce uidet tũc theseum redeuntem.

Tandem profugi. hic est tertius actus ubi theseus primo rediens ab inferis narrat mala quæ passus est iam quattuor annis. Interea occurrit sibi nutrix plorans: ipse cãm fletus rogat. ¶ Tandẽ. post multos labores ¶ Plagam. regionẽ. ¶ Vmbrantem. ubi sunt tenebre. ¶ Manes. facientem umbrã manibus. ¶ Diẽ lucẽ. quod naturaliter accidit illis q clausi fuerunt tenebris. quãdo exeunt nõ possunt pati lucẽ. ¶ Iã quarta. iã sunt quattuor ãni quibus fui in inferno dubius inter mortem & uitã: & more poetico uolens dicere quattuor annos: messes quater factas dicit. ¶ Eleusis. urbs in thera insula sub euboia iuxta atticam: ut ostẽdit ptholomeus: in hac triptolemus natus ẽ qui munere cereris in partibus atticis usum frugũ primus ĩuenit unde ibi dicit. ¶ Dona triptolemi. i. fruges. ¶ Totiens. scilicet. quater. ¶ Libra. quãdo sol in hoc signo est fit equinoctiũ quod duplex est: uernũ quãdo sol est in ariete: autumnale quãdo est libra. Vnde dicit Virgilius in georgicis: Noctes eq̃nt aries & libra diebus. ¶ Parem. equalẽ nocti. ¶ Ambiguus. dubius. ¶ Sorti ignote. quia nesciebã an deberem uiuere an mori ¶ Pars una. uidebar mortuus cum luce carerem: cum spirarẽ adhuc uidebar uiuere. ¶ Alcides. hercules qui descendens ad inferos illinc me eripuit. ¶ Mersus. s. in inferno. ¶ Canẽ. cerberum quem hercules traxit ad supos: ut uidimus. ¶ Trepidãt. tremunt. uix possum me pedibus tenere. Longin quum. ¶ Aethera. sic Vir. in sexto æneidos: superasq3 euadere ad auras: hic opus hic labor est. ¶ Alcidẽ sequi. qui grandi passu ãbulabat. ¶ Quis fremitus. dum appropiquaret theseus fremitum audiuit ĩ domo sua: unde fit illi obuiã nutrix quæ causam luctus explicat. ¶ Expromat. dicat. ¶ Hospite. quasi dicat me theseo qui sum assuetus in inferno debeo habere hospitiũ plenum lachrymis. ¶ Reduce. sospite. nõ habet nominatiuũ. ¶ Hæc ipsa. ista est causa quæ facit ipsam accellerare mortem quia nollet tibi narrare factum. ¶ Maturum mortẽ acceleratam. ¶ Perplexa. intricata quæ nõ possunt intelligi. ¶ Haud pãdit. non uult alicui reuelare malũ ꝓpter qd̃ potius uult mori. ¶ Pergeua de cito & api mihi portas. ¶ Propato. i. accelerari.

O Socia. Postquã Theseus ĩgressus ẽ domũ phedrã plorantem & lacero uultu interrogat qua cã tantum se affligat cũ deberet letari aduẽtu suo. ¶ Expetiti d̃siderati. ¶ Quĩ. cur nõ. ¶ Viduas. ꝓuas: q̃re nõ depõis ensẽ de manu quo tibi mortẽ apparas. ¶ Restituis animũ. ut me cõsoleris exanimatũ. ¶ Expromis. cur nõ dicis cãm qua uelis mori. ¶ Heu. adiurãs theseũ phedra rogat ne uelit sciꝰ cãm mortis sue: sed sinat eã mori. ¶ Indolẽ pĩdiciũ future uirtutis. ¶ Cineres. quæ

possum iã iudicari mortua. ¶ Fructus.si dicã cãm perdã fructũ mortis: quia uolo mori solum ne qs sciat dedecus meũ:qđ si non dixero relinquet mi hi fama bõa quæ ẽ maximus fructus mortis.ut ꝓ pertius hæc est feminei merces extrema triũphi: laudat ubi emeritũ libera fama rogũ.¶ Perit.nihil est.¶ Nemo.theseus ꝓmittit se secretũ seruare qđ dixerit.¶ Cõiugis.dubitas ne apire factũ coniugi tuo.¶ Aliũ.quando quis uult rẽ suã secretã eẽ nulli dicat.¶ Facultas.nõ permittã te mori.¶ Luẽdũ. purgandũ:qđ uiuo debeo mori: qa uiuo:uult dicere cũ passa sim tantã infamiã statim debebã me interficere.¶ Mors optia.melius est ꝙ moriar & plores q̃ qđ uiuam:qa uidebit ꝙ fuerim tibi cara. ¶ Silere.in tertia ꝑsona loqtur more iratorũ: uidẽs phedrã nolentẽ loqui cãm sue mortis:dicit se paratuꝫ tormenta nutrici ut ista propalet: Vnde Phedra mota cõpassione nutricis statuit narrare factũ.¶ Prodet.manifestabit.¶ Vincite. ligate:& sic uocat famulos ad tormentũ nutricis.¶ Ipsa.uidẽs phedra parare torméta nuttici pollicet se dicturã oia.¶ Pretẽta.oppositaꝫ tendo:inuoluebat facie uestibus q̃si furibũda non auderet respicere lucẽ.¶ Te creator.inuocat iouẽ & solẽ auũ suũ in testes conscie sue ꝙ uiolata sit ab hyppolito cõtra uoluntatẽ suã.¶ Coruscũ iubar.splẽdor clarus.i. o sol.¶ Nõ cessit.nõ uictus fuit:neq; ꝑcibus neq; minis sum supata:sed ui uiolata:q̃ morte mea luã. ¶ Pudoris.pudicicie amisse.¶ Ede.dic qs fuit uiolator nr̃i honoris.¶ Rere.existimas:& nunq̃ putares.¶ Expeto uehemẽter cupio.¶ Hic.nõ dicã sed declarabit hic ensis quem stuprator reliquit. ¶ Quod facinus.uidẽs ensem theseus cognouit illũ esse hyppoliti.¶ Ebur.manubriũ ensis.¶ Aspe rũ.sculptũ.¶ Signis.paruis imaginibꝫ.¶ Capulo. manubrio.¶ Euasit.ad quẽ locũ fugit hyppolitus ¶ Hi famuli.respõdet phedra nescio quo iuerit:famuli isti qui fugientẽ uiderũt poterũt tibi dicere.

O Roh sancta. exclamat Theseus unde sit tãta calamitas in domo sua & sermonẽ suũ uertit ad neptunũ.¶ Secundũ regnũ.s.maris qđ contingit neptuno.¶ Lues.pestis & calamitas.¶ Hũc.solẽt mores nutricatiõi cõformari.unde dicit iste nutritus fuit in græcia ubi iuenti sunt boni mores.¶ Taurus.mons de quo supra diximus.¶ Phasis.fluuius ẽ colcoꝝ.¶ Redit.qa natus est de amazone mr̃e uult esse similis ferinis moribꝫ.¶ Genus.soboles.¶ Redit ad auctores.s.pentibus.¶ Refert.imitat.¶ Est ꝓrsus.amazões uidẽt odio hẽre uenerẽ:& certo tpe uadũt ad finitimos populos qbus corpus suũ ad oẽm libidinẽ uulgãt nõ pudet:eo mõ ẽ usus hyppolitus lõga castitate: & nũc icepit ab uxore pr̃is sui.¶ Armigere. amazonũ.¶ Fœdera ueneris.legitia cõiugia.¶ Castũ diu.lõgo tpe itactũ.¶ O tetrũ genus.o malaꝑles. ¶ Nõ uictũ.nõ moderatũ moribus.¶ Melioris soli.terræ aptioris ad uirutẽ.ut uolũt philosophi:se cũdũ climata sunt diuersi ifluxus gẽtiũ:i alio loco sũt crudeles:i alio mites & pacati.¶ Fer̃q;.ut ꝛfert Pli.i.viii. Bruta aialia duce natura quẽdã pudorẽ hẽnt ueneris sicut leones & eq q dicunt nõ cõmisceri cũ matre.¶ Inscius.sine rõne quia equus nõ

Phe.Si læti causa dicitur fructus perit.
The.nẽo istud ali⁹ me qđẽ excepto audiet
Aures pudicas coniugis solas times:
Effare:fido pectore arcana oculam.
Phe.Alium silere quod uoles prius sile.
The.Læti facultas nulla continget tibi.
Phe.Mori uolẽti deesse nũq̃ mors potest.
The.Q đ sit luendũ morte delictũ idica?
Phe.Q uod uiuo.
The.Lachrime non ne te nostre mouent?
Phe.mors optia ẽ ꝑire lachrimãtibus suis.
The.Silere pergit:uerbere ac uinclis anus
Altrixq3 ꝓdet:quicquid hæc fari abnuit.
Vincite ferro:uerberum uis extrahat
Secreta mentis.
Phe.Ipsa iam fabor:mane: (genis
The.qd nã ora mœsta auertis:& lachrias
Subito abortas ueste prætenta obtigis:
Phe.Te creator cælitum testem inuoco:
Et te coruscum lucis æthereæ iubar.
Ex cuius ortu nostra dependet domus.
Tentata præcibus restiti:ferro ac minis
Non cessit animus:uim tamẽ corpus tulit.
Labem hanc pudoris eluet noster cruor.
The quis ede nostri decoris euersor fuit
Phe.Q uem rere minime.
The.quis sit audire expeto
Phe.hic hic dicit ensis:quẽ tumultu territ⁹
Liquit stuprator:ciuium accursum timens.
Th.qđ facin⁹ heu me cerno:qđ mõstrũ in
Regale paruis asperũ signis ebur (tueor
Capulo refulget:gentis atteæ decus.
Sed ipse quo nam euasit.
Phe.hi trepidum fuga
Videre famuli celeri concitum pede.

The. loquitur.

O Roh sca pietas: ꝙ ph gubernator poli
Et q secundũ fluctibus regnũ tenes
Vnde ista uenit generis infandi lues?
Hũc graia tellus aluit:an thaurus scythes?
Colchusq3 phasis:redit ad auctores gen⁹.
Stirpemq3 primã degener sanguis refert.
Est prorsus iste gentis armigere furor:
Odisse ueneris fœdera:& castum diu
Vulgare populis corpus:o tetrum genus
Non ulla uictum lege melioris soli:
Feræq3 ipse ueneris euitãt nefas.
Generisq3 leges inscius seruat pudor:
cognoscit

Vbi uultus ille: & ficta maiestas uiri
Atq3 habit⁹ horrēs pisca & antiq̄ appetēs?
Morumq3 seniū triste & aspectum graue:
O uita fallax abditos sensus geris:
Animusq3 pulchram turbidus faciē iduis.
Pudor impudētem celat: audacem quies:
Pietas nefandum: uera fallaces probant.
Simulantq3 moles dura: siluarum incola
Ille efferatus: castus: intactus: rudis:
Mihi te reseruas: meo primum thoro
Ft scelere tanto placuit ordiri uirum?
Iam iam superno numini grates ago.
Quod icta nostra cecidit antiope manu.
Quod nō ad antra stygia descendēs tibi
Matrem reliqui: profugus ignotas procul
Percurre gentes: te licet terra ultimo
Summota modo dirimat oceani plagis:
Orbēq3 nostris pedibus obuersum colas.
Licet in recessu pœnitus extremo abditus
Horrifera celsi regna transieris poli
Hiemesq3 supra positus & canas niues
Gelidi frementes liqueris boreæ minas.
Post te furentes sceleribus pœnas dabis
Profugum per oēs ptinax latebras premā
Longinqua, clausa, abstrusa, diuersa, inuia
Emetiemur: nullus obstabit locus.
Huc uota mittā: tela quo mitti haud q̄unt.
Scis unde redeā: genitor æquoreus dedit
Vt uota prono trina concipiam deo.
Et inuocata munus hoc sanxit stygе:
En perage donum triste: regnator freti
Nō cernat ultra lucidum hyppolitus diem
Adeatq3 manes iuuenis irato patre.
Fer abominandā nunc opē nato parens.
Nunq̄ supremum numinis munus tui
Consumarēus: magna ni præmerent mala
Inter profunda tartara & ditē horridum
Et imminentes regis inferni minas
Voto peperci: redde nunc pactam fidem
Genitor: moraris: cur adhuc undæ silent
Nunc atra uentis nubila implentibus
Subtexere noctem. sidera & cœlum eripe
Effunde pontum: uulgus æquoreum cie
Fluctusq3 ab ipso tumidos oceano uoca.

¶ Chorus loquitur.

O Magna parens natura deum:
Tuq3 igniferi rector olympi:
Qui sparsa cito sidera mundo

cognoscit uerecūdiam ratione sed natura. ¶ Vbi. idignatiue dolet theseus hyppolitū suū fuisse mutatum. ¶ Vultus. s. seuerus. ¶ Horrens. incultus. ¶ Prisca. qui imitabat primā etatē auream. ¶ Triste senium. graue & seuerū: in aspectu & moribus uidebat ferre grauitatē senilē. ¶ O uita fallax. difficillimū ē cognoscere secreta hoīum. ¶ Abditos. occultos. ¶ Pulchrā faciē: apparentiā: animus interdū cōtaminatus ē interius & foris ostēdit magnam uirtutem. ¶ Probant. laudāt ueritatem qui uolunt dicere. ¶ Molles. delicati. ¶ Dura fortia. ¶ Siluarū. ita est filius meus qui ostēdebat se pudē tem castū & seuerum. ¶ Rudis. inexpertus malo. ¶ Ordiri uiā. incipere ostendere te uiā esse non curasti huc usq3 de mulieribus: & nūc incepisti ab uxore mea. ¶ Iam iā. ago gratias diis quod antiope mater tua interempta sit a me quia si eam reliquissem tibi descēdēs ad inferos idem fecisses illi q̄ fecisti phœdre. ¶ Icta. pcussa: nam a theseo fuit interfecta per iurgiū. ¶ Stygia. antra ad infernū. ¶ Profugus. fuge quo uis: si nō sequar te pedibus: prosequar uotis & iprecationibus donec des pœnas. ¶ Dirimat. disiungat si fugeris ad meridiem ubi sunt ātipodes oppositi pedibus nr̄is. ¶ Plagis per oceanū interpositum. ¶ Obuersum. oppositum nobis. ¶ Licet abditus. absconsus: q̄uis fugias ad septentrionem sub polo arctico ubi ē regio inhabitabilis pp frigora. ¶ Celsi. qa supra nos: alter est sub nobis antarticus. ¶ Boreæ. uenti cōgelātis niues. ¶ Pertinax premā. non desistens urgebo te quocūq3 iueris. ¶ Emetiemur. transibimus. ¶ Inuia. ubi nō sunt uie tritę. ¶ Huc. quo non potero mittere tella mea mittā imprecatiōes. ¶ Scis unde. tu scis me redire ab inferno ideo nō mireris si dicam mala: uel aliter cū illud factum sit ex gratia dei ut redierim qui mihi tria uota cōcedere promiserat: primū dicunt quādo Theseus natus erat in troezone & uellet ire athenas: erāt prædones: ibi petiuit ut p̄derentur: & hoc fuit primū uotum. Secundum quando ingressus. est labyrinthū in creta: ut inde posset redire: tertiū erit de morte tua. ¶ Genitor equo reus. neptunus. ¶ Concipiā. eligā. ¶ Prono. fauente. ¶ Sanxit. cōfirmauit. ¶ Munus. hæc tria uota. ¶ Styge inuocata. s. in iusiurandū. ¶ Donū triste. ad mortē hyppoliti. ¶ Nō cernat. moriat. ¶ Parēs. neptune pater quē tenebat pro patre: nā filius erat egei. ¶ Abominandā. qa pater cōtra filiū. ¶ Nunq̄ supremū ultimum. nam duo de tribus uotis pfecta erāt: restabat tertium. ¶ Consumaremus. cōpleremus. ¶ Munus. nisi fuisset tantū scelus tu scis dū in inferno erā: nolui facere uotū sed reseruaui mihi hanc gratiā ad aliam necessitatē. ¶ Peperci. uoto nō feci. uotū. ¶ Pactā. quā pepigisti. ¶ Moraris. tu tardas. ¶ Subtexe. occulta: & tege. ¶ Noctē. obscuritatē. ¶ Eripe. ne uideamus lucem. ¶ Cie. commoue. ¶ Vulgus omnia monstra marina.

O Magna parens Chorus conqueritur de gubernatiōe mūdi qd deus & natura uidēt negligēr genus humanū: nos uidemus hiemē & estatē secūdū cursum suū: & hoīes

uident regi fortuna ut malis dentur bona & aduersa bōis Hyppolitus falso accusatus a patre deuotus est imprecationibus: & ita loquens nunciū festiuū uidet qui mortē hyppoliti afferebat & sic dabit principiū quarti actus: uersus ē anapesticus qui aliquādo dimeter: aliquando monometer est quando duos pedes habet. ¶ Rapis. circūuoluis. ¶ Cito mundo. cœlo uoluto & accelerato. ¶ Vagos. instabiles. ¶ Versas. frequēter uoluis. ¶ Cardine. motu: cardo est super quod uoluitur porta. ¶ Cur tibi. unde ē ꝙ habes tantam curā ut partes anni succedant uicisim: & non ꝙ hoīes habeāt ordinem. ¶ Cane. albicantis: quia sunt pruine. ¶ Nudent. quia tunc folia cadunt. ¶ Arbustis. ubi sunt multe arbores: & intelligit uer. ¶ Leonis. intelligit estatem. ¶ Coquant. torreant fruges. ¶ Temperet. intelligit autumnum: qui temperat calores ¶ Sub quo. sub cuius ptāte. ¶ Pondera. sub quo uoluūtur cœli & omnia. ¶ Librata. eleuata & ita posita ut nequeant descendere neq; ascēdere. ¶ Securus. nihil curans: tu gubernas cœlum & de hominibus minimam curam geris & loquitur secundum epicureā opinionem: tu non reddis merita bonis: nec punis malos. ¶ Spargit. non considerās ubi det: unde dicit cæca. ¶ Libido. libidinose. ¶ Populus. qui in cōmitiis eligebat magistratus. ¶ Turpi. scelerato. ¶ Fasces. magistratus: consuli dabantur duodecim faces: ꝑtoribus sex. ¶ Tristis seuera. ¶ Recti. benefactorum suorum. ¶ Peruersa illi qui uolunt bene uiuere spernuntur & abiciūtur. ¶ Vane. nihil afferens fructus. ¶ Falsum. q̄a boni nō sunt ꝑmiati. ¶ Sed quid. dat locū sequenti scene. ¶ Restat. restitit: nam qui cogitat firmat se.

O Sors famulatus lamentatur nuncius de fortuna sua mala cōditio es seruitus cur uocas me ad infandum nuncium. ¶ Ne metue. dicit theseus scio ꝙ est mortuus hyppolitus: sed dic quomodo res est acta. ¶ Erūnis. quare sum assuetus audire & hēre multas miserias. ¶ Vocem uellem loqui: sed non possum. ¶ Quassam. concussam & disturbatam. ¶ Occupat. iacet. ¶ Raptor. stuprator. ¶ Ordinem. qualiter est mortuus. ¶ Vt profugus. dicit nuncius ea quæ precesserūt rem: quæ sunt in re: & quæ post rem facta sunt: in primis quomodo discessit ab urbe. ¶ Infesto turbato: ¶ Iugo. ad iugum. ¶ Subigit cogit. ¶ Abominatus. ibat accusando patriā quæ tales mores hēret. ¶ Ciet. uocat sepe patrē. ¶ Lora. habenas equorū. ¶ Acer. uehemēs. ¶ Quatit. in signum indignationis. ¶ Tumuit. eleuatum est.

Cursusq; uagos rapis astrorum
Celeriq; polos cardine uersas:
Cur tibi tanta est cura perennes
Agitare uias ætheris alti.
Vt nunc canæ frigora brumæ
Nūdent siluas.
Nunc arbustis redeant umbræ.
Nunc æstiui colla leonis.
Cererem magno feruore coquant.
Viresq; suas temperet annus.
Sed cur idem qui tanta regis:
Sub quo uasti pondera mundi:
Librata suos ducunt orbes.
Hominum nimium ades securus:
Non sollicitus prodesse bonis:
Nocuisse malis.
Res humanas ordine nūllo:
Fortuna regit: spargitq; manu
Munera cæca: peiora fouens
Vincit sanctos dira libido.
Fraus sublimi regnat in aula:
Tradere turpi fasces populus,
Gaudet eosdem colit atq; odit.
Tristis uultus peruersa tulit
Præmia recti: castos sequitur
Mala paupertas: uitioq; potens
Regnat adulter.
O uane pudor falsumq; decus:
Sed quid citato nuncius portat gradu:
Restatq; mœstus lugubrem uultū gerēs.
Act⁹. iiii. Nūcius & These⁹. Nun. loqtur.

O Sors acerba & dura famulat⁹ grauis:
Cur me ad nefādi nunciū cas⁹ uocas.
th. ne metue clades fortiter fari aspas
Non imparatum pectus erumnis gero.
Nun. Vocē dolori lingua luctifica negat.
Th. Proloq̄re q̄ sors aggrauat q̄ssā domū
nū. hyppolit⁹: heu me flebili leto occubat.
The. Natū parens iam pridē obiisse scio:
Nam raptor obiit: mortis effare ordinem.
Nū. Vt ꝓfugus urbē liquit infesto gradu:
Celerem citatis passibus cursum explicās:
Celsos sonipedes ocius subigit iugo:
Et ora frenis domita substrictis ligat.
Tū multa secū effectus: & patrium solum.
Abominatus: sæpe genitorem ciet.
Acerq; habenis lora permissis quatit.
Cum subito uastum tumuit ex alto mare

¶ In astra.

Creuitq3 in astra: nullus inspirat salo:
Ventus: quieti nulla pars cœli strepit:
Placidumq3 pelagus, ppria tẽpestas gẽrit:
Non tantus auster sicula disturbat freta
Nec tam furenti pontus exurgit sinu:
Regnante choro: saxa cũ fluctu tremunt.
Et cana summum spuma leucatem ferit.
Consurgit ingẽs põtus in uassum aggerẽ:
Tumidũ monstro pelagus in terram ruit.
Nec ista ratibus tanta construitur lues:
Terris minatur: fluctus haud cursu leui:
Præuoluuntur: nescio quid onerato sinu
Grauis unda portat: quæ nouũ tellus caput
Ostendit: astris cyclas exoritur noua.
Latuere nube: numen epydauri dei:
Et scelere petre nobiles scyronides:
Et quæ duobus terra cõprimitur fretis:
Hæc dũ stupẽtes querimur: en totũ mare
Immugit, oẽs undiq3 scopuli ad strepunt.
Summum cacumen rotat: expulso salo
Spumat uomitq3 uicibus alternis aquas
Qualis per alta uehitur oceani freta:
Fluctus refundens ore: phyleus capax.
Inhorruit concussus undarum globus.
Soluitq3 sese: & littori inuexit malum
Maius timore: pontus in terras ruit
Suũq3 mõstrũ seqtur hos quassat tremor.
The. Quis habitus ille corpis uasti fuit:
Nũ. cerulea taurus colla sublimis gerens:
Erexit altam fronte uiridanti iubam.
Stant hispidæ aures: cornibus uarius color
Et quem feri dominator habuisset gregis:
Et quẽ sub undis nat9: hĩc flammã uomit:
Oculi hinc lucent: cerulea insignis nota:
Opima ceruix arduos tollit thoros
Nareſq3 hiulcis haustibus patule fremũt.
Muſco tenaci pectus aut palear uiret.
Longum rubenti spargitur succo latus.
Tum pone tergus: ultima in monstrũ coit
Facies: & ingens belua immensam trahit
Squamosam partem: talis extremo mari:
Pystrix citatas sorbet aut reddit rates:
Tremuere terræ: fugit attonitum pecus:
Passim per agros: nec suos pastor sequi
Meminit iuuencos: omnis e saltu fera
Discessit: frigido exanguis metu
Venator horret: solus immunis metus
Hyppolitus arctis continet frenis equos

¶In astra. hypbole poetica: ãplificatio supra ueritatẽ. ¶Nullus. nec ille tumor erat exuẽtis. ¶Propria nata ex se: nõ exuentis. ¶Pontus. generaliter accipitur de omni mari: sed ibi spãliter ĩtelligitur de mari stricto in ingressũ helesponti quod euxinum appellat. ¶Sinu faucibus tẽpestuosis. ¶Choro. uento collaterali zephiri. ¶Leucatã. leucas teste pomponio insula est iuxta epiꝝ disposita contra sinum ambraciũ habens montem altissimum Vir. li. iii. ænei. mox & leucadii nĩbosa cacumina montis: & formidatus nautis aperit apollo. ¶Cana alba pp fluctus. ¶Aggerem. cumulationẽ aquarum. ¶Nec ista. nõ erat sicut tempestas quæ solet ire ad naues sed hæc ibat ad terras. ¶Lues. monstrum hoc loco. ¶Grauis. grauida. ¶Sinu onerato ueniebat curuata unda tanq̃ in græmio aliquid portaret. ¶Cyclas. dicebamus forte exorta ẽ aliqua insula in medio mari: cyclades in mari egeo sunt. ¶Petre scyronides. sunt de quibus diximus supra, ppinque athenis sex milibus passuum porrecte in memoriã ultoris thesei: quare inde scyrõ latro præcipitans transeũtes ab eo occisus est: & Ino cum palemone filio illinc se præcipitẽ dedit: unde dicit. ¶Nobiles. famose, ppter scelus. ¶Epydauri dei. s. esculapii. ¶Terra. histmos de q̃ supra diximus: ẽ inter egeum & ionium. ¶Rotat uoluitur. ¶Cacumen. scopulorũ uel illius mõstri. ¶Alternis. modo trahendo modo uomẽdo. ¶Phyleus. monstrum qd̃ sumere & uomere dicit aquas: ¶Capax. multum sorbens. ¶Refundẽs euomẽs. ¶Globus. massa rotũda. ¶Soluit. dissoluit & aperuit se. ¶Maius. magis horrendum quam timebamus. ¶Hos. nos qui eramus hic. ¶Quis interrogat. formã mõstri. ¶Habitus forma. ¶Herculea. describit nuncius formã monstri: taurus erat coloris cerulei cum cornibus & duobus pedibus & cauda longa post desinebat in piscẽ sine pedibus. ¶Herculea. qualia fuerant tauri quẽ occidit hercules in Creta: alii legũt cerulea & melius. ¶Iubã crines in collo. ¶Viridanti. quare aquaticũ monstrum. ¶Stant. horrent. sic Vir. Stant lumina flãme. ¶Varius. diuersus. ¶Quem. s. coloré. ¶Dominator. taurus. ¶Sub undis. quare ceruleus est. ¶Hinc ex una parte. ¶Thoro pulpas. ¶Opima. pinguis. ¶Haustibus. atractionibus. ¶Hiulcis. abhio: dicitur aliquando qui hiat: & quod facit hiare Vnde fulmen hiulcum qd̃ aperit: & terra hiulca aperta. ¶Patule magne. ¶Palear. pellis dependẽs a collo. ¶Muſco. herba uiridi quæ nascitur ĩ locis humidis: ut circa paucos. ¶Longum latus. qui habebat longa latera. ¶Spargitur. maculatur succo humore rubeo. ¶Tum. præterea. ¶Pone. i. post ibi habet uim propositionis: aliquãdo est aduerbium quando ponitur sine casu. ¶Facies. ultima ps monstri. ¶Pistrix. plinius. xxvi. li. inquit tritones pistricesq3: monstrum est aquaticum tante magnitudinis: ut absorbeat naues & euomat. ¶Reddit. euomit. ¶Immunis metus. nihil timens. ¶Arctis. strictis. ¶Notæ. conite per equos.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA - Poznań - Uniw. im. A. Mickiewicza

¶ Ortatu. cum uideret territos equos ortabatur eos. ¶ Est alta. hactenus dixit que ante rem facta sunt: nūc quæ in re: quō mortuus est hyppolitus. ¶ Alta. montana. ¶ Ad argos. uersus argos. ¶ Ruptis. exesis. ¶ Suppositi. inferioris: suppositi illi uie montane. ¶ Moles. illud mōstrum. ¶ Hic. in hoc scopulo. ¶ Acuit. incitat: ut cōtra currum hyppoliti uehemētior ueniret. ¶ Pretētans. experiēs an haberet satis ire. ¶ Prelusit. pludium fecit anteq̄ ueniret ad uer̄ certamen. ¶ Prepeti. ueloci. ¶ Sūmam humum. superficiem terre. ¶ Stetit. firmauit. ¶ Toruus terribilis. ¶ Currus. equos sicut Virgi. neq; audit currus habenas. ¶ Natus hyppolitus animose constitit aduersus eum. ¶ Vanus. qui in me nullum habebit effectum. ¶ Paternus. quēadmodum pater meus theseus superauit taurū ferociſſimum: eo modo nō dubitabo istū aggredi. ¶ Inobsequentes. qui nō poterant regi: non obedientes: quāuis hyppolitus non fuerit territus: tamen equi pauefacti non poterant gubernari frenis. ¶ At ille hyppolitus regebat currum cum uidebat aliquid oppositum ut facit nauta in tempestate nauem suam quādo uidet oppositos fluctus. ¶ Retentat frequēter retinet. ¶ Turbido. procelloso. ¶ Sequitur. ille taurus nunq̄ reliquit eū semp a latere: uel ante. ¶ Equa. equaliter uadens. ¶ Corniger pōti. taurus marinus. ¶ Carpens. iter carpere est ire. ¶ Imperia soluunt. nō obediunt frenis: sed conatur se disiungere a curru ut fugiant. ¶ Recti. pro erecti in pedes. ¶ Iactant onus euertūt currum. ¶ Preceps. tunc aleuato curru hyppolitus decidit pedibus in loris inuolutus: & cū magis trahebant equi: tāto magis stringebatur. ¶ In ora. cum uultu ad terram. ¶ Sensere. s. non esse gubernatorem. ¶ Pecudes. equi ruunt cum impetu uadunt. ¶ Leui sine onere. ¶ Dominante. regēte. ¶ Talis. facit similitudinem de cāu phætontis filii solis cuius fabula notissima ē apud ouidium. ¶ Suū onus s. phœbum. ¶ Indignatus q; lux esset cōmissa isti puero. ¶ Late. redit ad laceratione hyppoliti. ¶ Cruētat. s. hyppolitus. ¶ Illisum. pcussum. ¶ Resultat. resilit dum trahitur. ¶ Populatur destruit. ¶ Decor. infœlix. perditur illa forma ꝓpter quā uenit ad istam necem. ¶ Moribunda. morientia. ¶ Tandem. dum traheretur hyppolitus inuentus ē pallus in quo fixus est: & trahentibus equis pars ipsius remānsit in pallo: reliqua in loris. ¶ Trūcus. s. arboris. ¶ Sude. pallo. ¶ Tenet. retinet. ¶ Stipite iecto. trāsfixo per medium inguem quæ pars est inter cossam & uētrem. ¶ Raptum. hyppolitum. ¶ Stetit. firmauit se parum. ¶ Affixo. s. hyppolito ¶ Biiuges equi. ¶ Hesere firmati sunt. ¶ Vulnere propter uulnus quādo hyppolitus affixus fuit pallo. ¶ Rūpunt quando uoluerūt discedere rupe runt & moram quā faciebant & dominum qui diuisus est. ¶ Virgulta. ubi sunt arbuscule. ¶ Secant. diuidūt: quia ubiq; remanebat una ps. ¶ Vepres. spine. ¶ Tulit. abstulit. ¶ Errat. uenit ad illa q facta sunt post rē. i. morte hyppoliti. ¶ Manus. multitudo famulor̄. ¶ Errat. querendo corpus domini.

Pauidosq3 notæ uocis ortatu ciet.
Est alta ad argos collibus ruptis uia:
Vicina tangens spatia suppositi maris:
Hic se illa molles acuit atq3 iras parans.
Vt cœpit animos: seseq3 pretentās satis
Prælusit ire præpeti cursu euolat.
Summāq3 citato uix gradu tangēs humū
Toruusq3 currus ante trepidantes stetit.
Contrà feroci natus insurgens minax
Vultu: nec ora mutat: & magnum intonat:
Haud frangit aīum uanus hic terror meū
Nā mihi paternus uincere est tauros labor
Inobsequentes, protinus frenis equi
Rapuere currum: iamq3 deerrantes uia
Q uacunq3 pauidos rapidus euexit furor:
Hac ire pergunt: seq3 per scopulos agunt.
At ille: qualis turbido rector mari
Ratem retentat: ne det obliquum latus.
Et arte fluctus fallit: haud aliter citos
Currus gubernat: ora nunc pressis trahit
Cōstricta frenis: terga nunc torto frequēs
Verbere cohercet: & seq̄tur assidu⁹ comes,
Nunc æqua carpēs spacia nūc cōtra obui⁹
Incurrit ore corniger ponti horridus:
Tum uero pauide sonipedes mēte exciti
Imperia soluunt: seq3 luctantur iugo
Eripere, recti in pedes iactant onus.
Præceps in ora gnatus: implicuit cadens
Laqueo tenaci corpus, quāto magis
Pugnat: sequaces hoc magis nodos ligat:
Sensere pecudes facinus: & curru leui
Dominante nullo: qua timor iussit ruunt.
Talis per auras nō suū cognoscens onus:
Solisq3 falso creditum indignatus diem
Phætonta currus deuio excussit polo.
Late cruentat arua: & illisum caput
Scopulis resultat: auferunt domini comas.
Et ora durus pulchra populatur lapis.
Peritq3, multo uulnere infœlix decor.
Moribunda celeres mēbra puoluūt rotæ,
Tandemq3 raptum: trūcus ambusta sude:
Medium per inguen stipite eiecto tenet:
Palumq3 domino currus affixo stetit:
Hesere biiuges uulnere: & pariter moram
Dominūq3 rūpunt: inde semianimē secāt.
Virgulta acutis asperi uepres rubis.
Omnisq3 truncus corporis partem tulit.
Errat per agros funebris famuli manus.

¶ Nota.

Per illa quæ distractus hyppolitus loca:
Longum cruenta tramittem signant nota
Mœsteq3 domini membra uestigát canes.
Nec dum dolentum sedulus potuit labor
Explere corpus: hoccine est forme decus:
Q ui modo paterni clarus imperii comes
Et certus hæres: siderum fulsit modo
Passim ad supremos ille colligitu' rogos:
Et funeri confertur. The. O nimium potẽs
Q uanto parentes sanguinis uinclo tenes
Natura: quam te colimus inuiti quoq3:
Occidere uolui noxium: amissum fleo.
Nũ. Haud flere hõeste qsq̃ qđ uoluit põt
th. eqdẽ malorũ maximũ hũc cumulũ reor:
Si abominanda casus optata efficit:
Nũ. Et si odia seruas cur madẽt fletu genæ?
Q uod te interemi: non quod amisi: fleo.

Chorus.

Q Vanti casus humana rotant:
Minor in paruis fortuna furit:
Leuiusq3 furit leuiora deus.
Seruat palidos obscura quies.
Præbetq3 somnos casa securos.
cecitatem & lachrymas. ¶ Tumultus uagos. diuersas agitationes stupide mētis nescio quid loquar. ¶ In alto. profundo non bene intelliguntur. ¶ Solet ira. deoꝝ significari certis signis. ¶ Prolatum. demōstra tum uidetur uelle significare postea non: quia obscura sunt. ¶ Tegunt. celant. ¶ Pudet. hoc erat pp cubitum œdipi cum matre. ¶ Mola. pulte ex farina sale & mero q̄ spargebant inter cornua uictime priusq̄ sacrificarent. ¶ Sacra. uictime parate ad sacrificium. i. taurus. ¶ Patiuntur. permittit se tangi manibus nam soluta uictima erat ante aras & si fugiebat habebatur malum signum. ¶ Placido uultu. quasi uelit sacrificari. ¶ Expauit. timuit lucem: quod significat œdipum futurꝝ cecum. ¶ Positus. locatus a me uersus solem. ¶ Obliquat. per trāsuersum uertit. ¶ Vno ne. dicit tyresias iugula & dic mihi si moriuntur uno ictu. ¶ Afflicti. percussi. ¶ Iuuenca. respōdet manto quod iuuenca spōte uenit ad ultimus & uno ictu cecidit: qꝫ significat iocastā cito se interfecturā: taurus autem bis ictus in diuersa errans significat œdipum qui semel uoluit mori & nō potuit nō permittente filia antigone. ¶ Vtrū. rogat tyresias an multus sanguis an paucus exeat dicit manto quod iuuenca effudit multum sanguinem quod significat iocastam: & taurus fudit paucum qđ significat œdipum non mori: sed uagari. ¶ Micat. exilit. ¶ Irrigat. lente ueniens. s. ¶ Amnis. unus fluuius. i. copia sanguinis. ¶ Patet. apertum est per uulnus. ¶ Huius. s. tauri. ¶ Maculantur. asperguntur. ¶ Imbre. leui sanguine. ¶ Ictus. uulnera. ¶ Versus retro. sanguis non labitur sicut deberet: sed fluit per uultum atqꝫ oculos quod significato oculos œdipi fœdādos sanguine. ¶ Ede. dic signa intestinorum. ¶ Exta. intestina mouentur. cum tāto impetu ut uix possint teneri: apparat manto taurum. ¶ Trepidant. saliunt. ¶ Manus. scilicet tenētium. ¶ Nouis. inusitatis. ¶ Cor. quod primum est inter exta uidetur putridū. ¶ Lient. habent colorem nigrum. ¶ Fibris. extremitatibus cordis: non sunt integra p̄cordia. ¶ Abest non est. ¶ Iecur. est aspersum felle: & habet duo capita: quod nunq̄ apparuit sine magno dāno regni. ¶ Tabidum. putridum: quod significat duos filios odio plenos & amaritudine inter se pugnaturos de regno. ¶ Sed utrūqꝫ. sunt bina capita: sed utrūqꝫ occultatur pellicula: tamen apparent quasi sub uitro. ¶ Toris. equalibus pulpis & eminentiis. ¶ Cesum. quasi interruptum. ¶ Negans latebram. quare facit illa apparere: hoc significat duos fratres non diu dominaturos: cum cito morituri sint. ¶ Hostile latus: facientes extipitiū equaliter uictimam diuidebāt: accipiebant unam proillo pro quo uolebant uaticinari: aliam pro parte aduersa & hostili: quāuis non fuisset hostis. Vnde aduersa pars ibi habuit maiorem uigorē. ¶ Hostile latus. pars pro hoste. ¶ Insurgit. eleuat. ¶ Tendit. quare ille uenæ sunt plene sanguine: & est una uia quæ secat illas quod sanguis non dimittit ire: hoc significat polinicem uenturum thebas cum septem ducibus qui ibi omnes morietur. ¶ Obliquus. uia facta per transuersum. ¶ Reuerti. retro currere. ¶ Mutatus. est ordo nature: nulla pars est in loco suo: quod significat œdipū nullum ordiné nature seruasse. ¶ Acta retro impulsa. ¶ Anime. spiritus. ¶ Dextra. ubi est locus pulmonis.

Et nube densa sordidam lucem abdidit.
Quid sic parens effare. Tir. quid fari queā
Inter tumultus mentis attonite uagos
Quid nā loquar. sunt dira sed ī alto mala.
Solet ira certis numinum ostendi notis.
Quid istud est quod esse prolatum uolūt
Iterumq3 nolunt: & truces iras tegunt
Pudet deos nescio qd: huc, ppere admoue
Et sparge salsa colla taurorum mola.
Placido ne uultu sacra & admotas manus
Mā. Altū taur⁹ attollēs caput (patiūtur
Primos ad ortus positus expauit diem
Trepiduſq3 uultu obliq̄t & radios fugit.
Tir. Vno ne terrā uulnere afflicti petunt.
Man. Iuuenca ferro semet oppositō induit
Et uulnere uno cecidit: at taurus duos
Perpessus ictus, huc & illuc dubius ruit.
Animāq3 fessus uix reluctantē exprimat.
Tir. Vtrum citat⁹ uulnere angusto micat.
An lentus altas irrigat plagas cruor:
Man. Vnus p ipsam qua patet pectus uiā
Effusus amnis, huius exiguo graues
Maculantur ictus imbre: sed uersus retro
Per ora uultus sanguis atq3 oculos redit.
Tir. Infausta magnos sacra terrores cient:
Sed ede certas uiscerum nobis notas.
Man. Genitor qd est: nō leui motu ut solēt
Agitata trepidant exta: sed totas manus
Quatiunt: nouisq3 prosilit uenis cruor.
Cor marcet ægrū penit⁹ ac mersum latet:
Liuentq3 uenæ: magna pars fibris abest:
Et felle nigro tabidum spumat iecur.
Ac semper omen unico imperio graue
En capita paribus consurgunt bina thoris:
Sed utrunq3 cæsum tenuis abscōdit caput
Membrana: latebrā rebus occultis negās.
Hostile ualido robore insurgit latus.
Septemq3 uenas tendit has omnes retro
Prohibens reuerti limes obliquus secat.
Mutatus ordo est sede nil propria iacet:
Sed acta retro cuncta: non animæ capax
In parte dextra pulmo sanguineus iacet.
Non leua regio cordis non molli ambitu

¶ Omenta.

¶Omenta.inteſtina parua hoc ē membrane tenues quæ ambiunt inteſtina. ¶ Moli ambitu.tenui uolutione. ¶ Natura uerſa ē.peruerſa. ¶ Scrutetur.inquiraſ unde ueniat tanta putredo. ¶ Conceptus.filius: iuuenca erat prægnans:& fœtus nō erat in loco ſuo:quod ſignificat matrimoniū filii & matris. ¶ Infauſte.ſignificantis infœlicitatem mouet.ſ.uitulus. ¶ Micant.monentur. ¶ Artus.membra uituli. ¶ Fibras arctas.paruas uenas. ¶ Liuidus.niger. ¶ Trunci.pedes uituli. ¶ Tentant tanq̄ uelint ire. ¶ Inane.quare nō poteſt ſe mouere. ¶ Petit.uidetur uelle facere ſpetum cōtra miniſtros. ¶ Effugiunt. quod ſignificat inobedientiā filioꝝ œdipi. ¶ Neq; filia noli credere q; hæc ſit uox boū quæ audita ē. ¶ Grauis.horrenda. ¶ Pepulit.percuſſit. ¶ Territi.quādo timēt uictime mugiūt & fugiunt. ¶ Ignis.mugit in aris. ¶ Trepidant.mouentur. ¶ Quid iſta. petit œdipus quid ſignificēt iſta ſigna. ¶ Exprome.explicatiuates tyreſia. ¶ Sacri terifici.huius ſacrificii faciētis terrorem. ¶ Extrema mala.quaſi dicat iam habui oīa mala:ita potero intrepidus audire. ¶ Inui debis.ueniet tp̄us qd̄ uelles mori peſte:cōtra quā queris auxiliū & nō poteris. ¶ His malis.huic peſti. ¶ Memora.dic ſaltē quis iterfecit regē. ¶ Nec alta.reſpōdet tyreſias per extipitiū aut auſpitium neſciré tibi dicere nomen interfectoris regis: ſed opus eſt ut uideā per nigromātiā. ¶ Penna.ſ.auis uolátis. ¶ Secat alta.uadit p ſublime cœlū. ¶ Nec fibra.uena. ¶ Viuis. adhuc palpitantibus. ¶ Ciere.dicere nomē interfectoris. ¶ Tentanda.experienda. ¶ Ipſe.ſ.laius rex mortuus. ¶ Plagis.regionibus. ¶ Notis.tenebraꝝ inferni. ¶ Emiſſus.ſ. laius ab inferno. ¶ Reſerāda.aperiēda:more magico faciebāt foſſam in qua ponebāt lac & ſanguinem & euocabāt aīas. ¶ Ditis.plutonis. ¶ Populus.multitudo aīarum. ¶ Ede.dic. ¶ Cui mādas. committis. ¶ Sacrū.hoc ſacrificium. nam nō decet regem intereſſe his ſacris opus eſt quod alius pro te interſit. ¶ Inuiſere.uenire ad uidendum ē. ¶ Vmbras. animas inferorū. ¶ Te creo. ſacrum hoc cōmittit creonti. ¶ Laxamus.aperimus ideſt dum euocabimus per ſacrū animas ab inferis: interea iſti cantent laudes baccho: & ſic dat locum ſequenti choro.

Omenta pingues uiſcerū oſtēdunt ſinus.
Natura uerſa eſt:nulla lex utero manet.
Tir.Scrutetur unde tantus hic exris liuor:
Man.Q d̄ nefas ē:cōceptus infauſte bouis
Nec more ſolito poſitus alieno in loco
Implet parentē.mēbra cū gemitu mouet:
Tremulo rigore debiles artus micant.
Infecit arctas liuidus fibras cruor.
Tentātq; turpem mobilem trunci gradū.
Et inane ſurgit corpus,ac ſacros petit
Cornu miniſtros:uiſcera effugiūt manum:
Tir.Neq; ipſa q̄ té pepulit armēti grauis
Vox eſt,nec uſq̄ territi fugiunt greges.
Immugit ore ſegnis & trepidant foci.
Oedi.Q uid iſta facti ſigna terrifici,ferant
Exprome:uoces aure nō timida hauriam:
Solent extrema facere ſecuros mala.
Tir.His ī uidebis q bus opē quæris malis.
Oedi.Mēora(qd̄ unū ſcire cælicolæ uolūt)
Contaminant rege quis cæſo manus?
Tir.nec alta cæli quæ leuis pēna ſecet,at
Nec fibra uiuis tracta pectoribus:poteſt
Ciere nomen:alia tentanda eſt uia:
Ipſe euocandus noctis æternæ plagis
Emiſſus erebo:ut cædis auctorem indicet.
Reſeranda tellus:ditis implacabile
Numen præcandū:populus īferne ſtygis
Huc extrahendus:ede cui mādas ſacrum:
Nā te penes quē ſumma regnorū eſt nefas
Inuiſere ūbras.edi.te creo hic poſcit labor.
Ad quem ſecundū regna reſpiciunt mea.
Tir.Dū nos,pfūde clauſtra laxāus ſtygis.
Populare bacchi laudibus carmen ſonet.

Chorus.

Effuſā redimitē comā nutāte corymbo
Mollia nyſeis armati brachia thyrſis
Lucidum cœli decus huc adeas uotis
Quæ tibi nobiles thebe bacche tuæ
Palmis ſupplicibus ferunt.
Huc aduerte fauens uirgineum caput.
Vultu ſydereo diſcute nubila.
Et triſtes erebi minas auidumq; fatum:
Te decet cingi comam floribus uernis:

Effuſam.diſcedente tyreſia: thebani deo ſuo baccho cantant laudes coronati hedera: intellige q; una pars chori pſuadet alteri ut laudēt bacchum & coronentur hedera quæ illi ſacra eſt. ¶ Redimite. coronate. quarte coniugationis. ¶ Coryambis.proprie eſt fructus hedere. Virgili.diffuſos hedera uestit pallente corymbos. ¶ Mollia. dixit ꝓpter habitum bacchi quem capiebant illi ſacrificantes in modū feminarum:molles uocamus delicatos. ¶ Nyſeis thyrſis.haſtis bacchicis: quæ inuolute erant pampinis.nyſeus a niſa urbe egypti fœlici arabie propinqua in qua bacchus fertur uinum inueniſſe:in eaq; religioſiſſime colitur uel dicitur a nyſa pago helyconis ubi ſimiliter colitur. ¶ Lucidum.mutat uerſum:& hic ē trochaicus acataleticus. ¶ Palmis. uerſus eſt pindaricus:nec refert ſi ultima ſillaba ſit longa. ¶ Virgineū caput.quare hébat uultum uirginis:imberbis & crinitus. ¶ Nubila.quæ tegunt cœlū noſtrū. ¶ Auidū fatū.mortem q̄ non ſatiaſ.

¶ Cohibere.ſtringere & ligare.¶ Sine lege.ſine ordine:uerſus ẽ ſaphicus.¶ Qualis.nutritum primo ab Ino matertera dicũt bacchum deinde inter nimphas:unde dicit talis uenies qualis eras ĩter nimphas ueſtitus ueſte muliebri ut iunonẽ lateres.¶ Nouercam.iunonem.¶ Falſos.femineos:cum eſſes maſculus.¶ Lutea.zona.cingulo.luteus color ẽ dilutior rutilus qualis eſt color auri: hinc uiole eius coloris luteole appellantur.¶ Vnde.ex qua rõne placuit tibi obſeruare hũc habitum:quare inter puellas fuiſti ſeruatus.¶ Sinus laxi.ueſtes fluxe ad terrã.¶ Fluuidumq3 ſyrma.ueſtis fluẽs ad terrã: ſyrma a ſyro quod eſt traho.¶ Præmeres leones.dicit bacchus trahi in curru a tygribus & lincibus:alii addunt leones ſtatius.promouet effrene dextra leuaq3 ſequũtur lynces:& uda mero lãbuũt tetinacula tygres.¶ Eoe.orientalis.¶ Gangem.fluuius ẽ indie fluens p nouem alueos.¶ Araxẽ.eſt armenie fluuius dicente Lucano armeniũq3 bibit romanus araxẽ.¶ Syleno.hic fuit alũnus bacchi poſt nymphas.¶ Turgida.in flata uino.¶ Miſte.ſacerdotes bacchi:miſti cum græci dicũt oẽ id quo in arcanis deorũ ſacris utimur:qualia erant bacchi orgia q̃ noctu clam a ſolis mulieribus celebrabãtur: & miſteria arcana ſacra appellantur:unde dicit.¶ Cõdita orgia.i.ſecreta ſacra.¶ Baſſaridũ.bacchantiũ bacchus baſſareus dictus eſt: baſſarides bacche ipſe dicte ſunt a baſſara ueſte q̃ uſq3 ad pedes demiſſa ẽ:dicta a baſſara loco lydie in quo fit.¶ Pulſauit.edẽ.ſ. cohors baſſaridũ:pulſauit templũ tuũ pede ſaltãdo.¶ Sola.ſ.cohors:uel ſola ſine uiris:uel nocturna.¶ Pangei.pangeũ teſte Pli.iiii.li.thracie,pmontoriũ beſſis cõterminũ & macedonie iunctũ:eius ſeptentrionalẽ.partem peonas inhabitare refert Herodotus li.vi.circa montẽ regio pangea.¶ Treitio.uertice.cacumine montis ipſius qui ẽ in thracia.¶ Impia menas.baccha furioſa:nã apud thracas primũ ſacra bacchi inſtituta ſunt ab orpheo quæ a mulieribus celebrari ſtatuit:he crinibus paſſis ĩcedebãt: inducte pellibus damaꝝ quæ græce nebrodes appellanť:nam nebros græce latine dama:ibãtq3 ut furiis agitate cũ tybiis:cymbalis & clamore:unde menades hoc ẽ furioſe appellabanť.¶ Iacho ogigio.baccho thebano: iachus apo tu iacho uocitero:ogigius ab ogigio rege thebanoꝝ: ſub quo primum diluuiũ fuiſſe dixit uarro ĩ prologo tertii libri de re ruſtica.nebride ut diximus nuper: ꝓprie apud græcos damanaꝝ pelles nebrodes dicũtur a quibus ipſe bacchantes cognominate ſunt.¶ Sacra nebride.pelle dame ſacris dicata.¶ Conuicte.ſ.furiis.¶ Fudere.ſparſerũt:ut moris erat.¶ Thyades.thyas dicitur ſacrificula bacchi. Virgili.thyas ubi audito ſtimulant trieterica baccho: thyoneus cognomen eſt bacchi quod a thyo quod eſt ſacrifico deducitur:nam illi adhuc inter humanos uerſanti ſacrificia reddebanť:ex quo thyades quẽadmodũ a baccho bacchides.¶ Remiſſa oeſtro.relicta a furore oeſtrum uolatile paruum cui nomen aſilum eſt ut dicit Virgi.tertio georgicoꝝ:eo inci

Te caput tyria cohibere mitra:
Edeṛaq3 mollẽ bacchifera religare frontẽ.
Spargere effuſos ſine lege crines:
Rurſus aducto reuocare nodo.
Qualis iratam metuens nouercam
Creueras falſos imitatus artus
Crine flauenti ſimulata uirgo.
Lutea ueſtem retinente zona.
Vnde tam molles placuere cultus
Et ſinus laxi:fluidumq3 ſyrma:
Vidit aurato reſidere curru
Veſte cum longa præmeres leones
Omnis eoe plaga uaſta terre:
qui bibit gãgẽ:niueũq3 qſqs frãgit araxẽ.
Te ſenior turpi ſequitur ſilenus aſello:
Turgida pampineis redimitus tpa ſertis.
Condita laſciui deducunt orgia miſtæ.
Te baſſaridum comitata choris
Nunc edem pede pulſauit
Sola pangei nunc treitio
Vertice pindi:nunc cadmeas
Inter matres impia menas
Comes ogigio uenit Iacho
Nebride ſacra percincta latus:
Tibi conuictæ pectora matres
Fudere comam thirſumq3 leuem
Vibrante manu.
Iam poſt laceros pentheos artus
Thyades oeſtro nembra remiſſa
Velut ignotum uidere nefas.
Ponti regna tenet
Nitidi matertera bacchi.
Nereidumq3 choris
Cadmea cingitur ino.
Ius hẽt in fluctus magni puer aduena põti
Cognatus bacchi numẽ nõ uile palemon.

tantur ad curſum iumenta:ibi ponitur methaphorice.¶ Artus pentheos.mẽbra pẽthei lacerati a matre agaue.¶ Ignotum nefas.ſcelus qd ipſe fecerant ignorantes pp furorem:unde ignorabãt remiſſo furore quis pentheum occidiſſet.¶ Matertera.ino.¶ Ponti.maris quare proiciens ſe in mari ut ſupra.uidimus facta eſt dea una cum filio melicerta a græcis alba dea:a nobis uero matuta: filius auté palemon & portunus deus maris appellatus ẽ.Cadmea.nã ino fuit cadmi filia ex harmiõe:uxorq3 athamãtis regis thebaꝝ & bacchi nutrix.¶ Nereidũ.nymphaꝝ maris a nereo pfe.¶ Puer.melicerta.¶ Ius hẽt.qa deus factus maris & dictus palemõ.¶ Cognato bacchi.qa ex ſemele filia cadmi nato ẽ baccho q̃ fuit ſoror mris palemõis

¶ Te puer.

¶Te puer. ſ. bacche: explicat primã expeditionẽ bacchi cõtra piratas: nã teſte Diodoro dicitur bacchus ſuſtuliſſe oẽs ĩpios qui in orbe erãt: ſed maxime pentheũ atq; lycurgũ. ¶Rapuit. qũ ante tp̃us legitimum duxit ad arma. ¶Manus tyrrena. turba p̃donum aduerſus quã parauit expeditionẽ. nã tyrreni olim piraticã exercuerũt. ¶Nereus. deus marinus poſuit. ¶Te timidũ. adhuc inexpertũ ſupra mare. ¶Cũ mutat. quãdo eras aſſuetus tantũ eſſe in pratis. ¶Hinc. explicat apparatũ claſſis bacchi quẽadmodũ. Vir. quo; facit in ꝓra erat imago leonis fremẽtis: in puppe tygridis. ¶Noua facies: nõ prius uiſa. ¶Demerſos. ſ. in mari: nõ prius uiderãt talia inſignia claſſis ¶Diuite patolus. ad alias expeditiões tráſit ut plene cantet laudes ipſi deo: & oriens & occidens & ſeptẽtrio ſenſit gloriã eius. ¶Maſſagetes. teſte Plinio li. vii. maſſagete nobiles ſunt populi ſcythie aſiatice hi cũ per deſerta diſcurrũt ſanguinẽ ſuorũ potant equoꝝ: dicẽte Lucano li. iii. lõgaq; ſarmatici ſolués ieiunia belli: maſſagetes quo fugit equo: uolucreſq; geloni. ¶Lycurgi. hic fuit thracũ rex q̃ bacchũ deũ eſſe negabat: unde dũ conaretur uites incidere crura ſibi ãputauit. ¶Terre zedacum. populi ſunt ſeptẽtrionales. ¶Ferocẽ. te forté. ¶Boreas ferit. p circuitionẽ intelligit ſcythas. ¶Mutãtes. uagos ut ſepius diximus. ¶Meotis. palus de q̃ ſupra ſatis diximus. ¶Frigido. qa ſeptentrionalis. ¶Sidus archadiũ. urſam itelligit: quæ dr̃ caliſto archadica ut eius mutatio ſcribit̃ ab Oui. ¶Geminũ paluſtrũ. utrãq; urſam intelligit q̃ formã plauſtri faciũt: nam cũ ſeptẽ cõſpiciant̃ ſtelle. due quæ pares & maxime ĩ uno loco uident̃ probobus habite ſunt: reliqueuero qnq; plauſtrũ ipm ſimulaꝛ dicũtur. ¶Gelonos. ſcythici populi qui p deſerta ſcythica diſcurrũt. ¶Trucibus puellis. amazõibus ¶Termodontiace. dicte ſunt amazones a termodonte fluuio. ¶Ophionia. thebana: ophion fuit unus de ſociis cadmi ſupſtes ex his qui ex ſerpentibus nati fuerũt: nã ophis apud nos ſerpẽs dicit̃ & ophiogenes genitus ex ſerpẽte: unde ophionii dicti ſunt thebani ab ophiõe ſocio cadmi. h. d. pp pẽtheum filiũ agaues in ſacrificiis bacchi dilaceratũ. ¶Cytheron. mons ꝓpe thebas. ¶Prætides. prætus fuit abantis argiuoꝝ regis q anciam hũit uxorem ex q̃ quattuor filios genuit merã: euryalã: liſyppẽ: & yphianaſſam quæ cũ pulchritudine ſe iuuenes ꝓtuliſſent: offenſa dea eis furorẽ talẽ ĩmiſit: ut uaccas ſeſe arbitrarent̃. & aratra timẽtes ſiluas peterent. dicẽte Vir. in bucolicis: prætides implerũt falſis mugitibus agros. ¶Prætides. filie præti. ¶Nouerca. iuno. ¶Præſentẽ. fauentem: qa prætides ille incitate ſunt furiis fauente baccho hoc eſt uino. ¶Naxos. inſula egei una ex cicladibus cunctas alias uini facilitate ſupans. unde Vir. iii. ænei. Baccantũq; iugis naxon ibi bacchus accepit ariadnẽ relictã a theſeo in uxorẽ. ¶Redimita. circũdata. ¶Virginẽ. ariadnẽ. ¶Penſans dãna. cõpenſans. infœlicitatẽ eius uirginis. ¶Nyctileus latex. uinũ. nã quãdo baccho celebrauit nuptias fluebãt fõtes lacte. nyctileus cognomẽ fuit bacchi ab eius ſacris q̃ nocte celebrant̃ acceptũ. Vnde Oui. lib. i. de arte. Nyctileũq; patrem nocturnaq; ſacra precate: & ita nyctileus nocturnus dr̃. ¶Pũice. genus ẽ lapidis leuiſſimi. ¶Gramẽ. fluxerũt illa uina per herbas. ¶Succos. uina. ¶Niuei lacus propter lac: quod ẽt cũ uino ſe ſeparatim fluebat aliis in locis.

Te tyrrena puer rapuit manus:
Te timidum nereus poſuit mare:
Cerula cum pratis mutat freta.
Hinc uerno platanus folio uiret:
Et phœbo laurus carum nemus:
Garrula per ramos auis obſtrepit:
Viuaces hederas ramus tenet:
Summa ligat uitis carteſia.
Ideus prora fremuit leo
Tigris puppe ſedet gangetica
Dum pirata freto pauidus natat.
Et noua demerſos facies habet.
Brachia prima cadunt prædonibus.
Illiſumq3 utero pectus coit.
Parua dependet lateri manus
Et dorſo fluctum curuo ſubit.
Lunata ſcindit cauda mare
Te ſeqtur curuus fugẽtia carbaſa delphin
Diuite pactolus uexit te lydius unda
Aurea torrenti deducens flumina ripa.
Laxauit uictos artus geticaſq3 ſagittas:
Lactea maſſagetes q pocula ſãguíe miſcet
Regna ſecurigeri bacchũ ſenſere ligurgi
Senſere terre zedacum ferocem
Et quos uicinus boreas ferit
Arua mutantes: quaſque meotis
Alluit gentes frigido fluctu:
Quaſq3 deſpectat uertice ſummo
Sidus archadium geminumq3 plauſtrum.
Ille diſperſos domuit gelonos:
Arma detraxit trucibus puellis (teruæ
Ore deiecto petiere terrã: termodõtiace ca
poſitiſq3 tãdẽ leuib⁹ ſagittis: mites ſũt factæ
ſacer citherõ ſãguíe undauit ophiõiaq3 cede
Prætides ſiluas petiere & agros:
Præſentem bacchum coluit nouerca.
Naxos ægeo redimita ponto:
Tradidit thalamis uirginem relictam:
Meliore penſans damna marito.
Punice ex ſicco fluxit nyctileus latex.
Garruli gramen ſecuere riui:
Combibit dulces humus alta ſuccos:
Niueiq3 lacus candidos fontes:

¶ Lesbia.uina de lesbo optima & odora habentia odoré timi herbe aromatice & apibus dulcissime:dicente Virgilio ī bucolicis.Nerine galathea thymo mihi dulcior hyble. ¶ Magno cœlo.hoc dicit quod ariadne nupta baccho deo: & ipsa dea facta est:& in signū cœleste quod appellatur corona uersa est.¶ Carmen.laudes thalami. ¶ Tedas. ipsum matrimoniū: tede sunt faces quæ ī nuptiis ferūtur. ¶ Veniente.ſ.in cœlum:ut iuppiter esset blandus deposuit fulmē.¶ Lucida.populis thebanus pollicetur se facere sacra baccho in eternū. ¶ Arctos.ursa.nesciet nerea.i.mare.nunq̄ ibit ad occasum:nunq̄ hæc stella occidit:ut alie q̄ occidētes dicūt stabulari ī mari.¶ Lyei.bacchi formosi.

ET si ipse. Hic est tertius actus in quo tyresias cognouit per necromantiam nomen interfectoris regis lai:Hoc est œdipum fuisse:Vnde creo tristis reuertitur quod debeat tale nūciū facere.Primo œdipus uidens creontem tristem exhortatur eum: ut dicat audacter nomen interfectoris. ¶ Præfert.ostēdit ¶ Notas.signa. ¶ Capite.morte.¶ Si te.nō uis dicere pro salute reipublice: dicas pro salute regni mei. ¶ Cognate.domus iocasta uxor œdipi erat soror creontis.¶ Nescisse.cupis scire postea te penitebit.¶ Iners.qui ignorare quærit dolorem suum nō uult remedium:iō melius est scire ut prouidem.¶ Ignorātia.uelle ignorare mala sua.¶ Obrues.tacebis ad damnū reipublice.¶ Turpis.quādo est medicina ē turpis:melius uolumus egrotari quam uti illa.¶ Pudet.nō uult sanari.¶ Fare. minatur œdipus ni loquatur. ¶ Erebo.iferno:solus morieris,p omnibus.¶ Retegis aperis.¶ Minor. ſ.quā tacere:nihil uilius posſem petere quam tacere:cum alii petāt:ut possunt loqui.¶ Mutat libertas tacendi:silētium: sæpe nocuit. ¶ Vbi.postquā non uis concedere ut taceam minus concederes maiora. ¶ Soluit.non facit secundum imperium meum.¶ Coacta.postq̄ cogis me loqui rogo te ut placidus audias. ¶ Vocis expsse.per uim extorte est aliquis qui patiatur pœnas de illis quæ coactus est dicere:& legitur interrogatiue. ¶ Est procul. incipit narrare creo:describens locum ubi tyresias conuocauit animas. ¶ Niger obscurus. ¶ Ilicibus.ex genere quercus sunt ilices.¶ Dircea:ubi ē fons dirce. ¶ Irrigue. quæ irrigatur. ¶ Exerens. eleuans. ¶ Virente.quare semper est uiridis cupsus. ¶ Tēdit.dilatat. ¶ Putres situ marcido pudore:situs est mucor nascens in locis desertis:a sino relinquo.¶ Fessa.pp uetustatē. ¶ Fulta.sustētata. ¶ Bacchis fructibus lauri.¶ Alnus.arbor ex q̄ fiūt naues. ¶ Obuia.opponēs se radiis solis.Nā in cacumie hēt dēsissimas frōdes.¶ Enode.sine nodis:

Et mixta odoro lesbia cum thymo:
Ducitur magno noua nupta cœlo
Solemne phœbus carmen canit:
Infusis humero capillis.
Concinit tedas geminus cupido.
Telum deposuit iuppiter igneum.
Condidit baccho ueniente fulmen.
Lucida dum current annosi sidera mundi
Oceanꝰ clausum dū fluctibꝰ ambiet orbē.
Lunaq3 dimissos dū plēa recoligit ignes.
Dum matutinos prædicet lucifer ortus.
Altaq3 ceruleū dum nerea nesciet arctos.
Candida formosi uenerabimur ora lyei.

Actus tertius Oedipus Creo.

Oedipus loquitur.

ET si ipse uultꝰ flebiles pfert notas:
Expōe cuiꝰ capite placemus deos:
Cre.Fari iubes tacere quæ suadet metus.
Edi.Si te ruentes non satis thebæ mouent:
At sceptra moueant lapsa cognate domus
cre.nescisse cupies nosse qđ nimiū expetis.
Edi.Iners malorum remediū ignorātia est
Ita ne & salutis publicæ indicium obrues:
Cre.Vbi turpis est medicina sanari pudet:
Edi.Audita fare: uel malo domitus grauī:
Quid arma possint regis irati scies.
Cre.Odere reges dicta quæ dici iubent.
Edi.Mitteris erebo uile pro cunctis caput:
Arcana sacri:uoce ni retegis tua.
Cre.Tacere liceat:nulla libertas minor
A rege petitur.edi.Sæpe uilli lingua magis
Regi atq3 regno muta libertas obest.
Cre.Vbi tacere non licet:quid cuiq̄ licet:
Edi.Imperium soluit qui tacet iussus loqui.
Cre.coacta uerba placidꝰ accipias præcor.
Edi.Vlli ne pœna uocis expræsse fuit?
Cre.Est procul ab urbe lucꝰ ilicibus niger:
Dircea circa uallis irrigue loca.
Cupræssus altis exerens siluis caput:
Virente semper alligat trunco nemus.
Curuosq3 tendit quercus,& putres situ
Annosa ramos.
Silua iam fessa cadens
Radice:fulta pendet aliena trabe.
Amara bacchis laurus:& uiliæ leues
Et paphye myrtus: & per immēsum mare
Motura remos alnus:& phœbo obuia
Enode zephyris pinus opponens latus.

¶ Stat.

Mẽdio ſtat ingẽs arbor:atq3 umbra graui
Silua minore ſurgit:& magno ambitu:
Diffuſa ramis umbra defendit nemus.
Triſtis ſub illa lucis & phœbi inſcius,
Reſtagnat humor frigore æterno rigens:
Limoſa pigrum circuit fontem palus.
Huc ut ſacerdos intulit ſenior gradum.
Haud eſt moratus præſtitit noctem locus
Tum effoſſa tellus:& ſuper rapti rogis
Iaciuntur ignes:ipſe funeſto integit
Vates amictu corpus:& frontem quatit.
Lugubris imos palla perfundit pedes.
Squalente cultu mœſtus ingreditur ſenex:
Mortifera canam taxus aſtringit comam.
Nigro bidentes uellere:atq3 atre boues
Retro trahuntur:flãma prædatur dapes.
Viuumq3 trepidat igne ferali pecus.
Vocat inde manes:teq3 qui manes regis:
Et obſidentem clauſtra letalis lacus.
Carmẽq3 magicũ uoluit:& rabido minax
Decantat ore:quicquid aut placat leues
Aut cogit umbras:irrigat ſanguis focos.
Solidaſq3 pecudes urit:& multo ſpecum
Saturat cruore:libat & niueum inſuper
Lactis liquorem fundit,& bacchũ manu
Leua:canitq3 rurſus terram intuens.
Grauiore manes uoce & attonita ciet.
Latrauit hecates turba:etiam ualles cauæ
Sonuere:mœſtum tota ſuccuſſo ſolo
Pulſata tellus:audior:uates ait:
Rata uerba fudi:rumpitur chaos:
Iterq3 populis ditis ad ſuperos datur:
Subſedit omnis ſilua & erexit comam:
Duxere rimas robora:& totum nemus
Concuſſit horror,terra ſe retro dedit.
Gemuitq3 penitus:ſiue tentari abditum
Acheron,pfundum mente nõ æqua tulit.
Siue ipſa tellus ut daret functis uiam:
Compage rupta ſonuit:aut ira furens
Triceps cathenãs cerberus mouit graues.
Subito dehiſcit terra:& immenſo ſinu
Laxata patuit:ipſe pallentes deos
Vidit inter umbras:ipſe torpentes lacus:
Noctemq3 ueram:gelidus in uenis ſtetit
Hæſitq3 ſanguis:fæua proſiluit cohors.
Et ſtetit in armis omne uiperium genus.
Fratrum cateruæ dente dirceo ſati.
Auidumq3 populi peſtis ogygii malum.

¶ Stat.eleuata eſt in medio. ¶ Defendit. quia eſt ſupra alias arbores. ¶ Triſtis. ſub hac arbore eſt fons habens aquas turbatas:quia nunquã adhunc deſcendit lux:& eſt frigidiſſimus. ¶ Inſcius.quare nunquam uidet:neq3 lucem neq3 ſolem. ¶ Limoſa.plena ceno. ¶ Pigrum.quia illius aqua non fluit:ſed facit paludẽ. ¶ Sacerdos. tyreſias. ¶ Haud. non eſt moratus non expectauit noctem ad uocandũ animas.quia locus ipſe præſtitit ipſam noctem cum eſſet ita obſcurus. ¶ Effoſſa.ſacrificantes inferis fodiebant terrã:& ſuperis extruebant altare. ¶ Rogis.ubi comburuntur mortui. ¶ Funeſto.nigro. ¶ Quatit.quaſi minando. ¶ Perfundit tegit. ¶ Palla.ueſtis longa. ¶ Taxus.habebant coronã de taxo arbore infœlici. ¶ Bidẽtes. oues nigre deſcribit ſacrificium. ¶ Predatur.comburit ¶ Trepidat.palpitat:quia adhuc uiuunt. ¶ Ferali. conuenienti morti:antiqui feram mortem appellauerunt. ¶ Vocat manes.animas & ipſum plutonem qui aĩas regit. ¶ Obſidentem.cerberum qui tenet acceſſum inferni. ¶ Voluit. reuoluit ore & profert quicqd placat.aut cogit animas quæ blando ſermone aut minis inuocantur. ¶ Ciet.uocat ¶ Grauiore.magis ſonora & horribili. ¶ Latrauit.facto ſacrificio quid ſequutum ſit demonſtrat ¶ Hecates proſerpine. ¶ Succuſſo. conquaſſata terra. ¶ Audior.manes audiunt uerba mea. ¶ Rata.quæ habent effectum:contrarium eſt irrita. ¶ Chaos.infernus & tenebroſa confuſio. ¶ Rũpitur.aperitur:ut ueniant manes. ¶ Populis ditis. animabus plutonis. ¶ Subſedit.inclinata eſt ueni entibus illis. ¶ Comam.frondes: ſicut timẽtibus eriguntur pilli. ¶ Rimas.q̃re ſcindebant. ¶ Horror.timor. ¶ Penitus.pœne ĩtus. ¶ Dedit.uel qd terra uoluit dare uiam iſtis animabus:uel q cerberus latrauit. ¶ Abditum.a conſpectu ſuperorum abſconſum:nã in centro terre eſt. ¶ Acheron.nõ tulit. ¶ Aequa.mente & ita eſt una cauſa quod terra tremuit. ¶ Dehiſcit.aperit ſe. ¶ Ipſe.uidi omnia quæ ſunt in inferno. ¶ Torpentes.non fluentes. ¶ Stetit.non cucurrit pretimore. ¶ Sæua.tũc exiuerunt anime. ¶ Viperium genus. omnes illi ſocii cadmi qui ex dentibus ſerpentis nati:ſe mutuis uulneribus ĩterfecerũt:ut ſcribit Oui. ¶ Dẽte dirceo.illius ſerpẽtis q erat ĩ fonte dirceo. ¶ Sati. geniti. ¶ Peſtis.ſuple pſiluit:appoſitiue malũ populi. ¶ Ogigii.i.thebãi. ¶ Auidũ.qa nõ põt ſatiari.

¶ Erymnis.furia infernalis.¶ Furor.dat personam furori.¶ Cæcus.ab effectu qui facit homines cæcos: nec uera uidentes.¶ Vna simul.oia erant quæ sunt in inferno:uel illinc nascuntur.¶ Auellens:ut fit dolé tibus qui sibi capillos carpunt:& oibus istis dat personas.¶ Lapsum.cadés modo illuc.¶ Egre.uix.¶ Pen dens.stans in dubio.¶ Nos.facti sumus attoniti: & etiá ipsa manto quæ assueta erat istis incantatiõibus patris timuit ualde.¶ Parens.ipse tyresias nihil timuit:quia nihil uidebat:unde dicit audax.¶ Damno.pp dánum oculoꝝ quos non hébat.¶ Exangue.aías sine sanguine.¶ Feri.qui nullis præcibus flectitur.

Tum torua erynnis sonuit:& cæcus furor:
Horrorq3:una quicquid eternæ creant
Celantq3 tenebræ:luctus auellẽs comam.
Aegreq3 lapsum sustinet morbus caput.
Grauis seneꝯ sibimet:& pendẽs metus.
Nos liquit aĩus:ipsa quæ ritus senis:
Arteq3 norat stupuit:intrepidus parens
Audaxq3 dãno:conuocat ditis feri
Exangue uulgus:ilico ut nebulæ leues
Volitant:& auras libero cœlo trahunt.
Non tot caducas educat frondes œta.
Nec uere flores hybla tot medio creat:
Cum examẽ alto nectitur densum globo.
Fluctusq3 non tot frangit ionium mare:
Nec tãta gelidi strymonis fugiens minas
Permutat hyemes ales:& cœlum secans
Tepente nilo pensat arctoas niues.
Quot ille populos uatis eduxit sonus.
Pauidæ latebras nemoris umbrosi petũt:
Animæ trementes:primus emergit solo:
Dextra ferocẽ cornibus taurum præmens
zetus:manusq3 sustinet leua chelym:
Qui saxa dulci traxit amphion sono.
Interq3 natos tantalis tandem suos:
Tuto superba fert caput fastu graui (est:
Et numerat umbras:peior hac genitrix ad
Furibũda agaue: tota quã sequitur manus
Partita regem:sequitur & bacchas lacer
Pentheus:tenetq3 sæuus etiã nunc minas.
Tãdem uocatus sæpe pudibundũ extulit
Caput:atq3 ab omni desidet turba procul
Celatq3 semet:instat,& stygias preces
Geminat sacerdos:donec in apertũ afferat
Vultus opertos laius: fari horreo:
Stetit per artus sanguine effuso horridus:
Pedore fœdo:squalidã obtectus comam
Et ore rabido fatur:o cadmi effera
Cruore semper læta cognato domus.
Vibrate thyrsos:ætnea gnatos manu:
Lacerate potius:maximũ thebis scelus
Maternus amor est:patria nõ ira deum
Sed scelere raperis:non graui flatu tibi
Luctificus auster nec parũ pluuio æthere

¶ Lucti.ficus.

¶ Illico. ponit comparationé de multitudine ani marũ quæ uenerunt ab inferis.¶ Nebule.obscuri tates.¶ Libero.aperto:qa in inferno habét aeré concluſum.¶ Non tot.declarat multitudiné per cõparationem.¶ Oetha.mons é inter thesaliam & macedoniam famosus morte & sepulchro her culis.¶ Caducas.q̃ cadunt ad terrã.¶ Hybla.pars est attice regionis apibus & melle abundans teste Plinio.li.xxi.Est etiam hybla teste seruio opidum sicilie qđ nunc megara dicitur.¶ Medio uere.nã uer ĩ tres partes diuiditur.¶ Alto globo.ná apes nexe pedibus racemum faciũt:& ista est quæ una dicitur de apibus.¶ Alto globo.multitudine apũ cõgregata in altum.¶ Strymoniis.fluuius é teste plinio li.v.qui macedoniã a thracia separat:fluitq3 a uertice montis emi ad quẽ temporibus calidis multe grues cõfluunt.¶ Minas hyemes & frigus ¶ Ales grus.¶ Secans uolans.¶ Pensat.compen sat.¶ Tepente nilo.quare uolant in egyptum ad fluuiũ nilum ubi est calor.¶ Arctoas.septẽtriona les:iste grues non uolans in tanta multitudine ad loca calida quanta ueniebant iste anime.¶ Sonus uatis.uox tyresie.¶ Eduxit traxit.ab inferis.¶ La tebras.fugientes lucem querebant latibula.¶ Pri mus post generalem descriptionẽ uenit ad pticu larẽ:zetus filius iouis ex antiopa qui cũ fratre am phione dircẽ nouercã:ut supra diximus:indomi toꝝ tauroꝝ caudis distrahẽdã alligauerunt unde dicit p̃mens tauꝝ.¶ Chelim.cytharã q̃ ipse ãphiõ pulsans dr muros thebanos struxisse.¶ Tantalis. inter istas umbras exiuit niobe filia tãtali & uxor amphionis q̃ q̃ttuor decim filios hũit pp quos ſu perba facta uoluit se p̃ponere latone:ut est fabula uulgata.¶ Fert.uenit capite eleuato cũ filiis.¶ Fa stu.ſupbia:a fastidiẽdo.¶ Numerat.q̃si ad iactanti am.¶ Agaue.q̃ furiis bacchi accensa filiũ pentheũ interfecit credés eé ursum.¶ Manus.multitudo. ¶ Partita.quæ diuisit regẽ.i.pentheũ filium regis. ¶ Bacchas.illas mulieres.bacchantes.¶ Minas.ad huc ille uidebaꝫ minari thœbanis si colerent bac chum.¶ Tandẽ.laius occultãs sepe se tandẽ uenit. ¶ Desidet.nõ audebat accedere.¶ Sacerdos gemi nat tyresia duplicat incantationes.¶ Horreo re ferens ista adhuc timeo loq.¶ Stetit.s.laius adhuc sanguinolentus.¶ Pedore.turpitudine stomacho sa ná pedor dr quãdo qs nõ curat:neq3 caput:neq3 aliã pte corpis.¶ O cadmi.hæc fuerunt uerba lai. ¶ Cognato.cognatoꝝ:ná primi cognati incepe rũt se iterficere.¶ Vibrate.concutite.¶ Thyrsos. hastas:ut bacchãtes:ut fecit agaue.¶ Ethnæa.cru deli q̃si cyclopea: in sicilia mons é æthna ubi erãt cyclopes qui hoies comedebãt:sed maius scelus é thebis.¶ Pria.uertit sermonẽ ad patriã dicés non ira deoꝝ est cã tante pestis:se scelera ciuiũ tuorũ.

Satiata tellus halitu ſicco nocèt:
Sed rex cruentus: præmia (qui ſæue neſcis)
Sceptra & nefãdos: occupat thalãos patris
Inuiſa proles: ſed tamen peior parens
Quod natus: utero rurſus infauſto grauis:
Egitq3 in ortus ſemet: & matri impios
Fœtus regeſſit: quiq3 neq3 mos eſt feris
Fratres ſibi ipſe genuit: implicitũ malum
Magisq3 mõſtrũ. ſphynge perplexũ ſua.
Te te cruenta ſceptra qui dextra geris:
Te pater multus urbe cum tota petam:
Et mecũ erynnes, pnubas ĩ thalãos trahã
Traham ſonantes uerbera: inceſtã domũ
Vertam: & penates impio marte obteſtrã:
Proinde pulſum finibus regem otius
Agite exulẽ: quocunq3 funeſto gradu:
Solum relinquet: uere florigero uirens
Reparabit herbas: ſpiritus puros dabit
Vitalis aura: ueniet & ſiluis decor.
Letum: lueſq3: mors: labor: tabes: dolor
Comitatus illo dignus: excedent ſimul.
Et ipſe rapidis greſſibis ſedes uolet
Effugere noſtras ſed graues pedibꝰ moras
Addam: & tenebo reptet incertus uiæ:
Baculo ſenili triſte pretentans iter.
Præripite terras auferam cœlum pater.
Et oſſa & artus gelidus inuaſit tremor.
Edi. Quicqd timebã facere feciſſe arguor:
Tori iugalis abnuit merope nefas
Sociata polybo: ſoſpes abſoluit manus
Polybus meas: uterq3 defendit parens
Cædẽ ſtuprũq3: quis locus culpæ eſt ſup:
Multoq3 ante thebæ laiũ amiſſũ gemunt:
Boetia greſſu q̃ meo tetigi loca.
Falſus ne ſenior: an deus thebis grauis:
Iam iam tenemus callidi ſocios doli.
Mentitur iſta præferens fraudi deos
Vates: tibiq3 ſceptra deſpondet mea.
Cre. Ego ne ut ſororẽ regia expelli uelim:
Si me fides cognati ſacrata laris.
Non contineret in medio certum ſtatu.
Tamen ipſa me fortuna terreret nimis
Sollicita ſemper: liceat hoc tuto tibi
Exuere pondus: ne recedẽtem opprimat.
Iam te minore tutior pones loco.
Edi. Hortaris etiam ſpõte deponã ut mea
Tã grauia regna: Cre. Suadeã hoc illis ego
In utrunq3 quis eſt libet etiam nũc ſtatus.

¶ Luctificus: ferẽs peſtem. ¶ Rex. œdipus. ¶ Proles ſuiſa. filius mihi inuiſus qui pro p̃mio necis paterne conſecutus ẽ regnum & accepit matrem in uxorẽ. ¶ Peior parens. quia peius eſt ſuſcepiſſe filios ex matre q̃ interfeciſſe patrem. ¶ Regeſſit. reposuit ſeipſum iterũ in matre cũ ipſa cõcumbẽdo & filios generãdo q̃ etiam fere nõ faciunt. ¶ Implicitum malũ. intricatum: eſt appoſitio. ſ. œdipus malũ. ¶ Sphynge magis pplexum. & obſcurũ ſphige qnam ipſe interfecit. ¶ Te te petã. inuadã uertit ſermonẽ ad œdipũ ſceleratum minando excidiũ. ¶ Erynnes. furias ut ſint mecũ ad ſacra nuptiarum infœlicitatẽ portantes. ¶ Verbera. flagella & ſcuticas. ¶ Inceſtã. impudicam quare cũ matre concũbit œdipus. ¶ Impio marte. fraterno bello: faciam q̃ etheocles & polinices inter ſe mouebũt arma. ¶ Proinde. propterea. ¶ Agite. expellite. ¶ Regẽ. ſ. ueſtrum œdipũ. ¶ Finibus. ſ. ueſtris o. thebani. ¶ Quocũq3 locũ uadat dum ipſe recedat oĩa pululabunt & erit quaſi primum uer. ¶ Solũ. terram ueſtrã. ¶ Gradu funeſto. pedibus ſuis letiferis. ¶ Puros. ſine corruptione. ¶ Comitatus. ſocietas digna illo. ¶ Et ipſe. ſ. œdipus ſedes noſtras urbem thebanã Reptet. hoc ẽ q̃ uolo reptet terram incertus uie cũ non uiderit: quia ſeip̃m obcecauit Celuluce. quare nõ uidebit. ¶ Oſſa. audiens hec uerba totus tremuit. ¶ Quicquid. excuſat ſe œdipus nullum iſtoꝝ ſcelerũ feciſſe: ſed bene audiuerat illud eſſe fatatũ de ſe: credebat enim ſe filium eẽ polibi regis corinthiorũ ex merope. ¶ Arguor. demõſtror & accuſor: merope mater mea. ¶ Sociata cõiuncta. ¶ Polibo. patri meo. ¶ Abnuit. negat. ¶ Abſoluit. liberat q̃re uiuit unde ſignũ ẽ me nõ feciſſe iſta mala. ¶ Super eſt. nullus locus ẽ ut me poſſitis accuſare: rex quem dicitis ĩterfectũ multo anteq̃ ueniſſem thebas interemptus erat. ¶ Loca boetia. thebana: thebe ĩ boetia ſunt. ¶ Falſus ſenior. ſ. tyreſias dicit falſum ut creonti regnũ tribuat. ¶ Vel deus grauis. iratus ẽ thebis. ¶ Iam iam tenemus. intelligimus uos duo feciſtis hoc cõ filium: ut me excluderetis. ¶ Socios. tyreſiã & creontem. ¶ Callidi. aſtuti. ¶ Vates. tyreſias. ¶ Præferens. i. ſub pretextu dei faciens hanc fraudem. ¶ Ego. arguit creo q̃ nullo pacto illud uellet facere. ¶ Sororem. credis q̃ uelim ſororẽ meam iocaſtam uxorem tuam expelli de regno. ¶ Si me. aliud argumentum a probabili: quia nõ eſt aſſuetus uti fraudibus: deinde q̃ habet a rege quicquid uult: & etiam ſi non haberet nollet delinquere. ¶ Cognati laris. domus cum qua habeo cognationem. ¶ Certum fidelẽ. ¶ Terreret. quia conditio regni ſemper eſt dubia: unde non cupio ea uitam quæ ſemper metu ducitur. ¶ Liceat. perſuadet: ut deponat regnũ ſponte ne per uim expellatur. Tutior. eris magis ſecurus in loco minore. ¶ Hortaris. qd faceres ſi hoc regnũ hẽret fœlicitatẽ quando illud optas in tãta calamitate. ¶ Grauia. miſera & moleſta. ¶ Suadeam. arguit a minori ad maius: darem hoc cõſiliũ nõ ſolũ tibi ſed dubiis de regno ſed tibi certũ eſt q̃ depones: ideo ſuadeo certius. ¶ Hoc. ſ. ut deponerẽt regnũ. ¶ Vtrũq3. in utrãq3

partem:ut deponant uel non. ¶ Neceſſe.non eſt tibi liberum in utraq; parte.¶ Certiſſima.qui cupiunt regnare ſemp ſimulant:dicunt mala eſſe imperia & tamen cupiunt illa.¶ Inquieto.agitato curis & ambitione.¶ Tā longa dies.arguit a cōiectura:ex āte acta uita poſſum cognoſci quæ me ſatis ꝓbare pōt innocentē. ¶ Aditū.quando unus habet bonam famam occaſioné peccandi facilé hét cum omnes ſibi credunt.¶ Dies.tp̄us ante actum ¶ Aditū.ingreſſum. ¶ Solutus.arguit ab utili:nō debeo querere hoc cū a te quicquid uelim habeā: nec pondus regni ſentiā. ¶ Viget.floret: nam ab oībus color & obſeruor. ¶ Vicibus alternis.quia alternatim ſubſequūtur dies & noctes:nulla eſt dies qua nō habeā munus.¶ Sceptri.ꝓpinqui regis ſanguine iuncti.¶ Redundent.ueniāt. ¶ Cultus. ueſtes.¶ Dapes.cibi delicati.¶ Gratia.quā tecum habeo eſt multis ſalus quibus propter me concedis ueniam.¶ Res ſecūde.quādo quis habet multa:plura ſp querit nec unq̄ contentus é q̄ de alexādro dicit iuuenalis: pelleo iuueni mūdus nō ſufficit unus.¶ Modum.finé.¶ Incognita.tu uis dāna re me ſola ſuſpitione.¶ Cadam.moriar.¶ Nū.faciam uobis ſicut mihi feciſtis qui nō uiſa cā me dānaſtis.¶ Sontes.uideor tamē uobis nocēs.¶ Exé plū.dediſtis exemplū & illud ſequar:faciam qđ in me feciſtis. ¶ Innocēs.ſi nō peccaui. ¶ Dubia.reges ſi ſuſpicant de uno ꝓtinus tollunt illū de medio.¶ Veros.demōſtrat illos eſſe ueros.¶ Dimiſſus.cui obiecta eſt culpa. ¶ Odia fiunt.iſto modo cōtrahūtur odia ab omnibus.¶ Qui ſceptro.crede mihi qui uult timeri in regno oportet etiam ut ipſe timeat. ¶ Seruate. œdipus uidēs creontē ita audacter reſpondētem iubet famulis ipm cōcludi in carcere. ¶ Referam gradum.redibo.

In tu.Inducitur chorus quaſi ad conſolationé œdipi q̄ ipſe non ſit cā peſtis ſed potius ira deoꝝ:nam ciuitas iſta fuit edita malis a principio.¶ Non tu.ſ. œdipe. ¶Labdacidas.thebāos.labdacus fuit polydori filius filii cadmi & frater laii. ¶ Caſtalium. ubi eſt fons caſtalius.¶ Hoſpiti ſidonio.cadmo qui uenit de ſidone.¶ Dirce fons thœbanus.¶ Natus agenoris.cadmus filius regis agenoris iuſſus a patre ſequi ſororem europam quæ a ioue in forma tauri rapta & in cretam tranſlata fuit.ut Ouid. li.iii. methamor.plane explicuit. ¶ Furta.ſororem raptam a ioue. ¶ Prædones.ſocios ſuos: alii legunt prædonem ideſt ſerpentem qui depredatus fuerat ſocios:alii quoq; dicunt memorans & tunc intelligitur de ioue:ſecundum aliū ſenſum debet legi numerans. ¶ Monitu. reſpōſo apollinis iuſſus eſt ſequi uaccam & ubi illa quieſceret ciuitaté edificaret.¶ Flexerat.uult dicere q̄ nunquā ſubiecta fuit iugo. ¶ Deſeruit fugas amplius noluit ſeq; iouem. ¶ Inauſpicata.infœlici:& mali auſpicii:nam ab illa boue boetia é dicta & ſp gés noſtra ab illo prīcipio fuit īfœlix.Editus.generatus:¶ Chaonias.q̄rcus: q̄ſi ibi cathonias appellauit a cathonia q̄ pars é alpeſtris epiri ubi é magna copia quercuū.

Tibi iam neceſſe eſt ferre fortunam tuam:
Edi.Certiſſima eſt regnare cupienti uia:
Laudare modica:ocium & ſomnum ſequi.
Ab inquieto ſemper ſimulatur quies.
Cre. Parum ne me tam lōga defendit dies
Edi. Aditum nocēdi perfido præſtat dies.
Cre.Solutus onere regio:regni bonis
Fruor:domuſq; ciuium cœtu uiget.
Nec ulla uicibus ſurgit alternis dies.
Q ua nō ꝓpīqui munera ad noſtros lares
Sceptri redundent:cultus:opulente dapes
Donat multis gratia noſtra ſalus
Q uid tam beate fortunæ deeſſe rear:
Edi.Q đ res ſecūdæ nō habēt unq̄ modū.
Cre.Incognita igitur ut nocens cā cadam:
Edi.Nū ratio uobis reddita eſt uitæ meæ:
Non audita eſt cā tyreſyæ noſtra: tamen
Sontes uidemur:facitis exemplū ſequor.
Cre.Q uid ſi innocens ſum.
Edi.Dūbia pro certis ſolent timere reges.
cre.Q ui pauit uanos metus:ueros fatetur:
Edi.Q uiſquis in culpa fuit Ꝯodia fiūt
Dimiſſus:oē odit quod dubiū putat.cre.ſic
Edi.Odia qui nimiū timet: regnare neſcit:
Regna cuſtodit metus
Cre.Q ui ſceptro duro ſæuus impio regit:
Timet timentes:metus in auctorem redit
Edi.Seruate ſontem ſaxeo īcluſum ſpecu:
Ipſe ad pœnates regios referam gradum:

Chorus.

On tu tantis cauſa periclis.
Non hæc labdacidas præmunt
Fata:ſed uerteres deum
Iræ ſequuntur:caſtalium nemus
Vmbram ſidonio præbuit hoſpiti:
Lauitq; dirce tyrios colonos:
Vt primum magni natus agenoris.
Feſſus per orbem furta ſequi iouis:
Sub noſtre ramis conſtitit arboris.
Prædonē numerans ſuū:monituq; phœbi
Iuſſꝰ errāti comes iræ uaccæ: q̄ nō flexerat
Vomer aut tardi iuga curua plauſtri:
Deſeruit fugas:nomenq; genti
Inauſpicata de boue tradidit.
T pe ex illo noua mōſtra ſemꝑ ptulit tellꝰ
Aut anguis imis uallibus editus
Annoſa ſupra robora ſibilat ſupraq; pinꝰ.
Supraq; chaonias celſior arbores

¶ Recūberet.

Ceruleum erexit caput.
Cum maiore sui parte recumberet.
Aut feta tellus impio partu effudit arma.
Sonuit reflexo classicum cornu.
Lituus adunco stridulos cantus:
Elisit ære:non ante linguas
Alias:& arma uocis ignotæ
Clamore primum hostico experti
Agmina campos cognata tenent.
Dignaq3 iacto semĩe,ples. Vno etatẽ pmẽ
Post luciferi nata meatus. (sa die
Ante hesperios occidit ortus.
Horret tantis aduena monstris.
Populiq3 timet bella recentis:
Donec cecidit sæua iuuentus:
Genitrixq3 suo reddi gremio
Modo productos uidit alumnos.
Hac transierit ciuile nefas.
Illa herculeæ norint thebæ prælia fratrũ.
Q uid cadmei fata nepotis:
Cum uiuacis cornua cerui:
Frontem ramis texere nouis.
Dominumq3 canes edere suum.
Præceps siluas montesq3 fugit
Citus actæon:agiliq3 magis.
Pede per saltus & saxa uagus:
Metuit motas zephyro plumas:
Et quæ posuit retia uitat.
Donec placidi fontis in unda
Cornua uidit:uultusq3 feros:
Vbi uirgineos fouerat artus
Nimium sæui diua pudoris.

Actus.iiii.Oedipus.Ioca.Edi.loquitur.

QVras reuoluit aĩus & repetit metus
Obisse nostro scelere laiũ autumãt
Superi iferiq3:sed aĩus cõtra iocẽs
Sibiq3 melius q̃ dei notus negat
Redit memoriam tenue per uestigium
Cecidisse nostri stipitis pulsu obuium
Datum esse diti:cum prior iuuenem senex
Curru superbus pelleret:thebis procul
Phocea trifidas regio qua scinditur uias.
Vnanima coniunx explica errorẽ præcor:
Q uæ spacia moriens laius uitæ tulit:
Primo ne in æuo uiridis an fracto occidit:
Io.Inter senẽ iuuenemq3 sed propior seni:
Edi.Frequẽs ne turba regium cinxit latus.
Io.Plures fefellit error ancipitis uiæ:

¶Recumberet.iaceret in terra:ita magnus ut iacens etiam eleuaret caput supra arbores. ¶Feta tellus.quando cadmus interfecit serpentẽ & eius dẽtes seminauit, ex quibus nati sunt homines armati:ut narrauit Ouid.¶Classicum.signum belli quod datur tuba.¶Lituus.tuba recurua.¶Elisit.expressit non sonore.unde dicit stridulos cantus.¶Adunco.recuruo.¶Arma.illi homines armati qui nundum erãt experti ulla lingua primam uocem ediderũt quæ fuit clamor arma:arma.¶Cognata.quia omnes fratres & filii terræ erãt.¶Digna.conueniens proles semine suo iacto:nam dicitur ille seminare dentes serpentis qui seminat discordias.¶Permensa.quæ transiuit & finiuit ui tam illo die nati sunt mane & mortui sunt sero.¶Meatus.uias & cursum luciferi quæ stella est de mane lucifer:eadem de nocte hesperus dicitur.¶Aduena.cadmus.¶Recentis.nuper nati.¶Genitrix.terra.¶Productos.nupgeneratos.¶Reddi.restitui.quare in eadem sepeliebantur.¶Transierit hac.per hoc bellum ciuile transiuit q̃ isti interfecerũt se.¶Nepotis cadmei.acteonis qui fuit filius aristei ex autonæ filia cadmi qui tandem a diana in ceruum cõuersus a suis canibus dilaceratus fuit.ut Ouid.iii.lib.metha.¶Viuacis.qui diu uiuit.¶Metuit.ipse atheon mutatus in ceruũ metuit plumas quas uenatores inserunt in laqueis.¶Posuit.scilicet ipsemet cum prius uenator esset.¶Feros.ceruinos.¶Vbi in quo fonte.¶Diua.diana.¶Fouerat.lauerat.

QVras.hic est.iiii.actus in quo œdipus sic agit:nescio si interfecerim regem:q̃ omnes affirmant:memini quando ibam ad oraculum appollinis interfeciſſe unum mihi obuium:unde rogat iocastam ut dicat conditiones regis:si forte fuisset is quem interfecit.¶Reuoluit.cogitat.¶Autumant.affirmant.¶Notus sibi.qui bene scit me non feciſſe istud scelus.¶Tenue.per uestigium.per quandam nebulam:quia uix recordor.¶Cecidisse.mortuum esse.¶Stipitis clauemee.¶Diti.plutoni.phocea regio.ubi est mõs parnasus:& ibi orta fuit controuersia inter illum obuium & me.¶Trifidas uias.iste tres uie supra sunt descripte.¶Vnanima.cõcors & dilecta.¶Errorem.an sit uerum me interfecisse laium.¶Quæ spacia: qua ætate erat quando mortuus est.¶Frequens.habebat:ne multos secum.

¶ Paucos.egressus est cum multis sed propter errorem uiarum plures defuerũt eum:solus unus fidus nunq̃ dereliquit eum. ¶ Ancipitis.dubie.quæ ducit ad diuersa. ¶ Virtus.fortitudo. & fides fecit consortem eius.i.mori una cum eo. ¶ Teneo nocentem.audiens œdipus ista signa dicit agnosco interfectorem laii.s.me. ¶ Decima.decẽ anni.

Corinthius. nunc uenit nuncius ex corintho ad œdipum nuncians patrem polypũ esse mortuũ: populumq; ipsum uocare in regẽ œdipus gratias agit diis q; pater non sit mortuus manu sua ut erat fatatũ & negat ire quod dubitat modo committere stuprum cum matre. ¶ Quietem.mortuus est. ¶ Vtq̃ undiq;.ex omni parte persequitur me fortuna: nunc eram in ista fantasia utrum interfecerim laium nunc superuenit alia. ¶ Edissere.doce me. ¶ Animá.senex nuncius dicit mortuus est propter senectutem. ¶ Sopor.mors similis somno. ¶ Metuentes. amplius non est periculum ut patrem occidã. ¶ Sed pars. scilicet ut ducam matrem in uxorẽ adhuc restat. ¶ Discutiunt metum.ueni tu obliuisceris huius timoris. ¶ Matrem horreo.s.ne stuprem:ut est fatatũ. ¶ Metuis.non intelligebat adhuc senex cur timeret matrem. ¶ Pendet.incerta est expectatione. ¶ Tangis.scilicet q; metuo ne uiduam relinquam:& eam accipiam in uxorem. ¶ Mersus.s.in tempore tuo. ¶ Tacitum.nullum secretum reuelando. ¶ Vera.non est uera mater tua:sed tãtum educauit. ¶ Subditiui.suppositi:quare igitur petit me si non sum uerus filius. ¶ Regum. respondet senex eam esse causam quia reges magis timẽtur quando habent filios. ¶ Superbam fidem. ut ipsi superbius regnent. ¶ Decreta.dicas mihi quomodo mater merope decepit maritũ educando me: fare secreta huius thalami. ¶ Hee manus. scilicet mee dederunt te matri. ¶ Cornigeros armenta. ¶ Adiice .adiunge si qua signa erant in corpore meo. ¶ Vestigia.pedes. ¶ Nactus.adeptus: nam œdipus interpretatur tumor pedum. ¶ Quis.uolo scire qs tradidit me tibi. ¶ Regios. hic erat magister pecoris regis thebani. ¶ Langueścit. diminuitur. ¶ Potes.si uideres cognoscere eũ. ¶ Spacio.tempore quando quis amisit memoriam alicuius rei:postea uidens per aliquod signum recordatur. ¶ Leuis nota.minimum signum. ¶ Exoletam.quæ cecidit per dissuetudinem. ¶ Reuocat. reducit. ¶ Ad sacra.œdipus mittit nuncios ut uocẽt oẽs pastores simulãs se uelle facere sacra. ¶ Accersite.uocate. ¶ Sũma.qui habẽt gubernationẽ.

Paucos fidelis cũrribus iunxit labor.
Edi. Aliquis ne cecidit regio fato comes:
Vnum fides uirtusq3 consortem addidit
Edi. Teneo nocentẽ:cõuenit numer⁹ loc⁹:
Sed tp̃s adde. Io. Decima iã metitur seges

Tragœdia. V.

Senex Œdipus. Senex loquitur.

Corinthius te populus ĩ regnũ uocat
Patriũ:qetẽ polyb⁹ eternã obtinet
Edi. Vtundiq3 in me sæua fortuna irruit
Edissere mihi quo cadat fato parens:
Se. Animam senilẽ mollis exoluit sopor.
Edi. Genitor sine ulla cede defunctus iacet
Testor licet iam tollere ad cœlum pie
Puras nec ulla scelera metuentes manus.
Sed pars magis metuẽda fatorum manet:
Se. Omnẽ paterna regna discutiunt metũ.
edi. repetã paterna regna:s3 matrẽ horreo.
Se. Metuis parentẽ:q̃ tuũ reditũ expetens
Sollicita pendet. Edi. Ipsa me pietas fugat.
Se. Viduã relinq̃s. edi. tãgis en ipsos met⁹.
Se. Effare mersus qs premat mentẽ timor:
Præstare tacitam regibus soleo fidem.
Edi. cõnubia matris delphico monitu trẽo
Se. Timere uana desine:& turpes metus.
Depone merope uera non fuerat parens.
Edi. Quod subditiui premium gnati petit:
Se. Regũ supbã liberi astringunt fidem.
Edi. Decreta thalãi fare quo excipias mõ.
Se. Hæ te parenti paruulũ tradũt manus.
Edi. Tu me parenti tradis:at quis me tibi:
Se. Pastor niuoso sub citheronis iugo.
Edi. In illa temet nemora quis casus tulit:
Se. Illo sequebar mõte cornigeros greges.
Edi. Nũc adiice certas corpis nostri notas.
Se. forata ferro gesseras uestigia:
Tumore nactus nomen ac uitio pedum.
Edi. Quis fuerit ille qui meũ dono dedit
Corpus requiro. Se. regios pauit greges:
Minor sub illo turba pastorum fuit.
Edi. eloquere nomẽ. Se. pria lãgueścit senũ
Memoria longo lassa sublabens situ.
Edi. Potes ne facie noscere ac uultu uirum:
Se. fortasse noscam:sæpe iã spatio obruptã
Leuis exoletam memoriam reuocat nota.
Edi. Ad sacra &aras omne cõpulsum pec⁹
Duces sequantur:ite propere accersite
Famuli penes quos summa cõstitit gregũ.

¶ Siue

Se. Siue ista ratio siue fortuna oculit:
Latere semper patere quod latuit diu.
Sæpe querentis ueritas patuit malo.
Edi. Malum timeri maius his aliquod põt:
Se. magnũ eẽ magna mole qđ petitur scias.
Concurrunt illinc publica hinc regis salus.
Vtrinq3 patria: contine medias manus.
Vt nihil arcessas ipsa te fata explicant.
Non expedit concutere fœlicem statum.
Edi. Tuto mouetur qcqd extremo ĩ loco ẽ
Se. Nobilius aliqd genere regali appetis
Ne te parentis pigeat inuenti uide.
Edi. Nec penitẽdi sanguinis quærã fidem:
Sed nosse certũ est: ecce grandeuus senex
Arbitria sub quo regii fuerant gregis
Forbas: refers ne nomen aut uultum senis:
Se. Arridet animo forma: nec notus satis
Nec rursus iste uultus ignotus mihi.
Regnum obtinente laio famulus greges
Agitasti opimos sub citheronis plaga.

Forbas Senex Oedip9. For. loqtur.

Laetus citheron pabulo semp nouo
Aestiua nostro prata sũmittit gregi.
Noscis ne memet. se. dubitat ãceps mẽoria.
Edi. Huc aliqs a te traditur quondã puer
Effare dubitas: cur genas mutat color
Quid uerba quæris: ueritas odit moras:
For. Obducta lõgo tẽporũ tractu moues.
Edi. Fatere: ne te cogat ad uerum dolor.
For. Inutile isti munus infantem dedi.
Non potuit ille luce non cœlo frui.
Se. Procul sit omen uiuit & uiuat præcor.
edi. Supesse quare traditũ infantẽ negas:
For. Ferrũ p ambos tenue transactũ pedes
Ligabat artus: uulneri innatus tumor
Puerile feda corpus urebat lue.
Se. Quid q̃ris ultra: fata iã accedũt, ppe.
Edi. Quis fuerit infans edoce:
For. Prohibet fides.
edi. Duc aliquis ignẽ: flãma iã excutiet fidẽ
Per tam cruentas uera quærenti uias.
For. Ignosce quæso si ferus uideor tibi:
et impotens: iam parta uindicta in manu est.
edi. Dic uera: qsnã: quo ue generat9 patre.
Qua matre genitus.
For. Coniuge genitus tua
edi. Dehisce tellus: tuq3 tenebrarũ potens
In tartara ima rector umbrarum rape.

¶ Siue. psuadet senex ut nolit inquirere hoc. ¶ Patere. patiaris quod latuit qui etiam nunc lateat: nã qui sepe querunt ueritatem inueniunt cum malo suo. ¶ Maius. scilicet quam quod obiiciunt mihi. ¶ Magnum esse. iterum senex uult dissuadere ne que erat illud. ¶ Molle pondere. ¶ Illinc. ex una parte. ¶ Salus publica. ciuitatis. ¶ Hĩc. ex una parte. ¶ Vtrinq3. patria utrobiq3 est damnum patrie siue inueniatur siue non inueniatur quia amittet regem suum. ¶ Contine. cape medium: non impedias te neq3 in una neq3 in alia parte. ¶ Vt. quis nihil moueas. ¶ Fata. expedient quod fieri debet de hac re. ¶ Non expedit. non est utile. ¶ Concutere commouere. ¶ Tuto. si crederem statum meum esse fœlicem non me mouerem: sed puto infœlicissimum ideo possum mouere tuto. ¶ In extremo. ita quod peius non possit uenire. ¶ Appetis. interrogatiue: quæris nobiliorem patrem q̃ regẽ ¶ Inuenti. caue ne inuenias quod nolis. ¶ Nec penitendi. generationis mee de qua non me penitebit nouisse. ¶ Esse grandeus. senex pastor iam ueniebat magister pecoris regii. ¶ Refers. reducis ad memoriam. ¶ Arridet. applaudit quod sit ille: sed pœnitus non cognosco nec pœnitus ignoro. ¶ Plaga. regione: interrogat pastorem.

Laetus. pĩguis. ¶ Anceps. dubia. ¶ Verba. quãdo quis uult subterfugere, quærit uerba. ¶ Moras. tardationem. ut Terentius: qui uerũ dicit non laborat. ¶ Obducta. tecta. ¶ Tractu. spacio. ¶ Dolor. tormentum. ¶ Infantem. appositiue munus inutile: quia non erat possibile ut uiueret. ¶ Frui cœlo. uiuere. ¶ Omen. uerbum quod dicis sit falsum: q̃re puer ille uiuit & præcor uiuat diu. ¶ Accedũt prope. iam cognoscis ueritatem fatorum. ¶ Quis fuerit. doce cuius filius fuit. ¶ Prohibet. promisi nulli unq̃ dicere. ¶ Aliquis. supple aferat: faciam quod tu dices. ¶ Excutiet. tollet & faciet propalare. ¶ Ignosce. parce si uideor tibi obstinatus: nam si dixero est parta uindicta de te: nã scies culpam tuam. uel alius est sensus non potes eripere mihi multum: quia sum senex & uicinus morti. ¶ Coniuge. iocasta. ¶ Dehisce cognoscens œdipus errorem suum rogat tellurem ut eum deglutiat: & plutonem ut rapiat ad inferna: & ciues ut in eum solum congerant tela

¶ Reuersas uices.uolens dicere seipsum: dicit rape uices stirpis reuersas.i.illum qui reuersus sum ī proprium uentrem matris cū ea coeundo. ¶ Petat.inuadat & pater & filius & coniuges & populus afflictus propter me mortē meā querant oēs. ¶ Rogis.rapiant rogos quibus cōburunt cadaue ra suorum:& in me iaceāt. ¶ Exitium.destructio. ¶ Iuris sacri.uiolaui ius paternum & maternum. ¶ Hausi.attraxi:prima die qua natus fui iudicatus sum dignus morte. ¶ Rudes.uitæ cuius nundum eram expertus. ¶ Parens.alloquitur seipsum indignatiue. ¶ Sceleribus.dignū aliquod crudele contra te. ¶ Propero.cursu festino. ¶ Gratare. uade ut congratuleris matri q̄ ex ea susceperis filios:& domus sit aucta sobole.

Fata.Inducitur chorus laudans uitā mediocrem quæ tuta quiescit:qui sunt ī sublimi statu subiecti fortune diuersis casibus agitantur:ideo dicit si uolūtate mea possem eligere mihi uitam:potius uellem mediocrem statum q̄ regū fortunas:& sumit translationē a naui adducens fabulā dedali & icari filii eius: uersus est coriambicus. ¶ Si liceat fingere fata. si possim meo modo eligere mihi uitam. ¶ Temperem.i.gubernarem. ¶ Antēne.lignū ex transuerso arboris nauis a quo pendent uela. ¶ Grauispiritu presse.oppresse nimio uēto. ¶ Lene.leniter. ¶ Vergens.inclinans. ¶ Media uita. mediocris. ¶ Gnosium.minoen cretensem:trita ē fabula dedali qui cū ī turri teneretur a rege una cū filio icaro fabricauit alas quarum beneficio euolarēt extra:data lege filio ne nimis alte aut demisse uolaret:qui tamen fretus alarum fiducia cū ultra parētis iussa altius euolaret:& solis ardore cera qua pēne cōtinebantur liquefacta esset:ita ut ab alis defflueret:in mare decidit qđ est inter myconem & gyarum:qđ a suo noīe ab inde icarium mare deductū est dicente Oui.li.iii.de tristibus:Icarus immensas noīe fecit aquas. Vnde Iuuenalis.Et mare percussum puero fabrumq̄ sonantē.Sane Varro teste Solino icarum cretem dicit ibi naufragio interisse:a cuius exitu locis nomen impositum fuit. ¶ Artibus nouis.alis suis. ¶ Falsis.quæ non erant homini. ¶ Eripuit.quare hoc dictum est appellatum icarium. ¶ Calidus senex. prudens dedalus. ¶ Librans.tēperans se per mediū iter. ¶ Alitē suā. filiū icarē. ¶ Qualis.ponit similitudinē: talis erat expectās dedalus:qualis auis turbata accipitre postea colligit filios. ¶ Donec.ipse stetit donec uidit illū mersum. ¶ Quicqd.cōcludit notabili sniā:quicunq̄ uult hēre ultra statū suū: pendet.i. incertus est semp uite & cōditiōis sue. ¶ Sed quid.dat locū sequenti scene:inducit nuncius qui narret quæ facta sunt ab œdipo intra domum.

Oredicta.Hic ē qntus actus ubi pœna œdipi & iocaste tractabit:Nūcius introducit qui denūciet quæ facta sint ab eis ī domo: nā ut diximus in scena nō agūtur turpia: sed tātū narrant:œdipus cognoscēs se nocentē uelut leo fremēs se cōtulit intra domū statuēs sibi cōscisce re mortē:& cū iā euaginasset gladiū reputauit illā

Retro reuersas generis ac stirpis uices:
Congerite ciues saxa in infestum caput:
Mactate telis:me petat ferro parens.
Me natus:in me coniuges arment manus.
Fratresq3 & æger populus ereptos rogis.
Iaculetur ignes:sæculi crimen uagor:
Odium deorum:iuris exitium sacri.
Q ua luce primum spiritus hausi rudes
Iā morte dignus:redde nūc animos parēs.
Nunc aliqd uade sceleribus dignum tuis.
I perge:propero regiam cursu pete
Gratare matri liberis aucta domo.

Chorus.

Fata si liceat mihi
Fingere arbitrio meo:
Temperem zephyro leui
Vela:ne presse graui
Spiritu antennæ tremant
Lene sed modicum fluens
Aura,nec uergens latus
Ducat intrepidam ratem.
Tuta me media uehat
Vita decurrere uia.
Gnosium regem timens
Alta dum demens petit
Artibus fidens nouis.Certat & ueras aues
Vincere,ac falsis nimis
Imperat regnis puer.
Nomen eripuit freto.
Callidus medium senex
Dedalus librans iter:
Nube sub media stetit:
Alitem expectans suam:
Q ualis accipitris minas
Fugit:& sparsos metu
Colligit fœtus auis.
Donec in ponto manus
Mouit implicitas puer:
Comes audacis uiæ.
Q uicquid excessit modum
Pendet instabili loco.
Sed quid hic postes sonat
Regios quassans caput:
Ede quid portes noui.

Actus. V. Nuncius loquitur.

Oredicta postq̄ fata & infandū scelus
Depndit:ac se scelere cōuictū œdip⁹
Damnauit:ipse regiā infestus petens

pœnam

Inuisa ꝓpero tecta penetrauit gradu.
Qualis per arua libycus insanit leo.
Fuluam minaci fronte concutiens iubam.
Vultus furore toruus: atq3 oculi truces:
Gemitus & altũ murmur: & gelidus uolat
Sudor per artus: spumat & uoluit minas:
At mersus alte manus exundat dolor:
Secum ipse sæuus grãde nescio quid parat
Suisq3 fatis simile: quid pœnas moror
Vt hoc scelestum pectus: aut ferro petat
Aut feruido aliquis igne ue saxo domet:
Quæ tigris: aut quæ sæua uisceribus meis
Incurret ales: ipse tu scelerum capax
Sacer citheron uel feras in me tuas
Emitte siluis: mitte uel rapidos canes:
Nunc redde agauẽ: aĩe quid morte times:
Mors innocentem sola fortunæ eripit.
Hæc fatus aptat: impiã capulo manum:
Ensemq3 ducit: ita ne tam magnis breues:
Pœnas sceleribus soluis: atq3 uno omnia
Pensabis ictu: morieris hoc patri sat est.
Quid deĩde matri: qd male in lucẽ editis
Natis: quid ipsi quæ tuum magna luit
Scelus ruina flebili patriæ dabis:
Soluenda non est illa quæ leges ratas
Natura in uno uertit œdipode nouos
Commenta partus: supplĩciis eadem mẽis
Nouetur: iterum uiuere: atq3 iterum mori
Liceat renasci semper: ut totiens noua
Supplicia pendas: utere ingenio miser.
Quod sæpe fieri non potest fiat diu.
Mors eligatur longa: quæratur uia
Qua nec sepultis mixtus: & uiuis tamen:
Exemptus erres: morere: sed citra patrem:
Cunctaris aĩe: subitus an uultus grauat.
Prorsus imber ac rigat fletu genas:
Et flere satis est hactenus, fundent leuem
Oculi liquorem: sedibus pulsi suis
Lachrimas sequantur: hi maritales statim
Fodiantur oculi: dixit atq3 ira furit.
Ardent minaces igne truculento genæ:
Oculiq3 uis se sedibus retinent suis.
Violentus: audax: uultus iratus: ferox:
Tantum cruentus gemuit: & dirũ fremẽs:
Manus in ora torsit: at contra truces
Oculi steterunt: & suam intenti manum:
Vltro insequuntur: uulneri occurrunt suo.
Scrutatur auidus manibus uncis lumina.

pœnã nõ esse sufficientẽ: aliamq3 statuit: ut se ceca ret. ¶ Deꝑhédit. cognouit: & semper est in malo. ¶ Prædicta. denunciata a fatis & deis. ¶ Fata. mala quæ sibi fatata erant. ¶ Infestus. sibi inimicus. ¶ Leo libycus. in libia ubi sunt marmaride populi apud quos sunt ingentes leones. ¶ Vultus. scilicet œdipi. ¶ Voluit minas. agitat animo quomõ debeat se punire. ¶ Mersus alte. positus in præcordiis. ¶ Exundat. estuat. ¶ Simile. sicut commiserat magna scelera: ita cogitabat aliquod magnũ: & crudele contra se. ¶ Quid pœnas. hæc fuerunt uerba quæ protulit œdipus de ipso. ¶ Petat. inuadat: expecto forte q̃ aliqs interficiet me. ¶ Quæ tygris. esset dignũ: ut ueniret aliqua tygris uel scæua auis quæ me perderet. ¶ Cytheron. qui assuetus est habere monstra: ut diximus atheon & pentheus in eo fuerunt perditi. ¶ Anime. œdipus uidebatur expectare ut ab aliquo interficeretur unde exhortatur animũ suum ut sibi det mortẽ. ¶ Innocentem eripit. ne patiatur miserias fortune. ¶ Capulo. manubrio ensis: ut se interficiat. ¶ Ducit. euaginauit. ¶ Ita ne. loquitur ad seipsum solues pœnas pro tantis sceleribus ex tam breui pœna. ¶ Patri. ad uindictam patris. ¶ Edictis. generatis & missis in lucem. ¶ Patrie. quæ pro te pestilenti am passa est. ¶ Flebili ruina. miserãda peste. ¶ Dabis. satisfacies ad uindictam ipsius. ¶ Soluenda. nõ oportet ita facile dissoluere naturam tuam quæ fuit tam ingeniosa ad inueniendum noua scelera: & nouos partus. ¶ Ratas. iam firmatas. ¶ Commenta inueniens. ¶ Suppliciis. quemadmodum ipsa natura inuenit nouum modum generãdi ita debet pati nouas pœnas. ¶ Eadẽ. scilicet natura. ¶ Iterum obcecabo me & quotidie sentiã pœnas & ero nec uiuus nec mortuus. ¶ Renasci. s. ad pœnã quotiens surget a somno: uidebitur renasci sua pœna. ¶ Pendas. soluas. ¶ Quod sepe. nõ potest fieri. s. mori. ¶ Fiat diu. longus modus moriendi est cæcitas. ¶ Qua nec. per quã uiam neq3 sis iter uiuos qui fruuntur luce: nec inter mortuos qui carent anima. ¶ Exemptus. remotus: ne sis inter uiuos. ¶ Morere. moriaris: sed non ut pater tuus q̃ mortuus est uno ictu. ¶ Citra. imo longiore pœna. ¶ Subitus. dicit o aĩe uis plorare non sufficit hoc: uolo ex eat alius liquor ex oculis. ¶ Maritales. qui placuerunt matri cuius maritus fui. ¶ Ardent. uidetur emittere flãmas. ¶ Retinent. quod fit in magna ira crebro motu agitant̃ oculi. ¶ Torsit. misit cum impetu: sicut posuit manus aduersus oculos: ita ipsi instabant ut euellerentur. ¶ Occurrũt. q̃si uelint exire. ¶ Scrutat̃. pfodit. ¶ Lumina. oculos. ¶ Vncis manibus. recuruis & unguibus.

¶ Orbes.totam rotunditatem oculi.¶ In uacuo. q̃uis extraxisset oculos ad hunc manu rimabitur foramina ubi fuerant oculi. ¶ Recessus. illas con cauitates oculorũ. ¶ Inanes sinus. loca uacua ubi fuerant lumina: idest oculi. ¶ Frustra. quærebat extrahere:sed nihil erat amplius ad extrahẽdum. ¶ Plusquã. exercebat furorem: ubi nõ erat opus. ¶ Periculum lucis.timebat ne remaneret aliquid lucis.¶ Attollit caput.eleuauit caput in cœlum ut experiretur:an esset cæcus in totũ. ¶ Victor. aliquando qui obtinet uictoriã in certamine:ibi cõpos mentis sue:quia fecit quod uoluit. ¶ Iussa. qđ uoluistis. ¶ Thalamis.cõiugiis. ¶ Rigat. sunt uerba nuncii. ¶ Fœdus.stomacosus liquor.

f Atis agimur.Inducitur chorus qui secũdum opinionem stoycã dicit omnia gubernari influxu cœlesti ex necessitate: quod si esset uerum: ut dicit Augustinus non esset necesse punire homines: nam necessitate peccarent.¶ Stamina.idest ordinem fatorum: dicuntur tres esse parce sorores: quæ uitã nostrã disponunt. ¶ Harum uua dicitur cloto quæ baiulat:alia lachesis quæ fillat: tertia atropos quæ fillũ frangit.Ita ut cũ alicuius fila diruperit morte moriatur: dicente Martiale in primo Lanificas nulli tres exorare puellas.Contigit obseruant quẽ statuere diem. ¶ Rati.firmi. ¶ Ex alto.influxu cœlesti. ¶ Colus.unde pendet stamen parcarũ: colus est quarte & secũde declinationis. ¶ Dura.in exorabili. ¶ Secto.omnia uadunt secũdum uiam suã. ¶ Primus dies. cum homo nascitur deliberatum ẽ quæ sit uita eius & quæ mors:quod uirgilius tetigit.Stat sua cuiq; dies. ¶ Nexa suis causis.q̃ proueniunt ex serie & ordine causarum. ¶ Ratus.semel destinatus. ¶ It cuiq;.transit immobilis: quia non potest mutari ulla præce. ¶ Multis. credunt aliqui se posse fugere fatum & in illud incidunt ut fecit œdipus. ¶ Sonuere fores.dat locum sequenti scene.Exibat œdipus cæcus & mater iocasta sequitur consolans eum. ¶ Molitur.facit. ¶ Duce. nullum habet qui ipsum ducat.

b Ene habet. loqtur œdipus quasi gaudẽs quod scelus suum expurgauerit.¶ Peractum.perfectũ.¶ Iusta.exequias.¶ Quis deus.qui fecit mihi tantum beneficium: ut sim cæcus. ¶ Perfundit.tegit. ¶ Nube.obscuritate. ¶ Donat.uel remittit:uel facit ne possim uidere scelera. Vnde dicit conscium diẽ euasi.¶ Nil parricida.uertit sermonẽ ad seipsum Oedipe noli credere q; dederis tibi hoc beneficium:oculi tui etiam noluissent remanere ĩ tam scelerato uultu. ¶ Decet.conuenit œdipodem sceleratum habere tam deformẽ uultum. ¶ En ecce.chorus uidet iocastam attonitam festinantem ad œdipũ.¶ Rapido festino. ¶ Cadmea mater.agaue filia cadmi quæ pentheum interfecit ut diximus. ¶ Cessit.uictus est mala cogũt eum loqui & deponere pudorem. ¶ Cupiunt.ex una parte uellẽt te alloqui ex alia horreo ora scilicet mea.¶ Vacuos sine oculis.

Radices ab ima funditus uulsos simul
Euoluit orbes:hæret in uacuo manus
Et fixa pœnitus unguibus lacerat cauos
Alte recessus:luminum & inanes sinus:
Seuitq; frustra:plusq; q̃ satis est furit.
Tantum est periculum lucis,attolit caput
Cauisq; lustratus orbibus cœli plagas.
Noctem experitur quicquid effossis male
Dependet oculis rumpit:& uictor deos
Cõclamat omnes:parcite en patriẽ precor:
Iam iussa feci:debitas pœnas tuli.
Inuenta ẽ thalamis digna nox tandẽ meis:
Rigat ora fœdus imber:& lacerum caput
Largum reuulsis sanguinem uenis uomit.

¶ Chorus.

f Atis agimur:credite fatis:
Non sollicite possunt curæ:
Mutare rati stamina fusi.
Quicquid patimur mortale genus:
Quicquid facimus uenit ex alto:
Seruatq; suæ decreta colus:
Lachesis dura reuoluta manu:
Omnia secto tramite uadunt:
Primusq; dies dedit extremum.
Non illa deo uertisse licet
Quæ nexa suis currunt causis.
It cuiq; ratus prece non illa
Mobilis ordo:multis ipsum
Timuisse nocet:multi ad fatum
Venere suum dum fata timent.
Sonuere fores:atq; ipse suum
Duce nõ ullo molitur iter:luminis orbus:
Edi.Chorus iocasta:edi.loquitur.

b Ene h; pactũ est:iusta psolui patri.
Iuuãt tenebre:qs deus tandẽ mihi
Placatus atra nube perfundit caput
Quis scelera donat:conscium euasi diem
Nil parricida dexteræ debes tuæ
Lux te refugit:œdipodẽ hic decet uultus:
Cho.en ecce rapido sæua prosiluit gradu
Iocasta uecors:qualis attonita furens
Cadmea mater abstulit nato caput.
Sensum ue raptum traxit:afflictũ alloqui
Cupit pauetq;:iam malis cessit pudor.
Io.Cupiũt & horrẽt ora:nã quid te uocem
Gnatũ ne dubitas:gnatus es:nati pudet:
Immitis oro nate:quo auertis caput
Vacuosq; uultus.

¶ Quis

Quis frui & tenebris uetat
Edi. qs reddit oculos: mater: an matris ſon⁹
Perdidimus operā: congredi fas amplius
Haud eſt: nefandos diuidat uaſtum mare
Dirimatq3 tellus: abdita & quiſqs ſub hoc
In alia uerſus ſidera: ac ſolem auium
Dependet orbis: alterum ex nobis ferat.
Io. Fati iſta culpa eſt: nemo fit fato nocens.
Edi. Iā parce uerbis mater: & parce auribꝰ.
Per has reliquias corporis trunci precor:
Per inauſpicatū ſanguinis pignus mei.
Per omen noſtri nominis & fas & nefas:
Io. quid aīe torpes? & ſotia cur ſcelerū dare
Pœnas recuſas? omne confuſum perit
Incerta parte iuris humani decus.
Morere: ſed nefaſtū ſpiritum ferro exige.
Non ſi ipſe mundū incitans diuum pater
Coruſca ſæua tela iaculetur manu:
Vnq̄ rependā ſceleribus pœnas pares:
Mater nefanda: mors placet, mortis uia
Q ueratur: agedum cōmota matri manū:
Si parricida es: reſtat hoc operi ultimum:
Rapiatur enſis: hoc iacet ferro meus
Coniunx: quid illū noīe haud uero uocas:
Socer eſt: utrum ne pectore infigam meo
Telū: an patienti cōditū iugulo imprimā:
Eligere neſcis uulnus: hūc dextra hūc pete
Vterum capacē: qui uirū & natos tulit.
Cho. Iacet pēpta: uulneri īmoritur manꝰ:
Ferrumq3 ſecum nimius eiecit cruor.
Edi. Fatidici te preſidem ueri deum
Compello: ſolum debui fatis patrem.
Bis parricida: pluſq3 q̄ timui nocens.
Matrem peremi: ſcelere confecta eſt meo.
O phœbe mendax: fata ſuperaui impia.
Pauitante greſſu ſequere fallaces uias
Suſpenſa plantis efferens ueſtigia.
Cæcam tremente dextra noctem rege.
Ingredere præceps lubricos ponēs pedes.
Profuge: uade: ſiſte: ne in matrem incidas.
Q uicunq3 feſſi corpore & morbo graues
Semianima trahitis corpa: en fugio: exeo:
Releuate colla: mitior c◌li ſtatus
Poſt terga ſequitur: quiſquis exilem iacēs
Animam retentat: inuidos hauſtus leuis
Concipiat. itē ferte depoſitis opem.
Mortifera mecum uitia terris extraho:
Violenta fata: & horridus morbi tremor.

¶ Quis reddit. effodi oculos ne uiderem matrē tamen audio: ideo non poſſum hēre fructum ce-citatis. ¶ Cōgredi. ſimul uenire: mater antea pec-caui per ignorantiā: nunc poſtquā ſcio ſcelus me-um uellem inter nos eſſet terra & mare ne poſſe-mus conuenire. ¶ Quiſquis. ſub hoc intelligit an tipodes qui dicūtur habere uerſus nos pedes ſub alio emiſperio. ¶ Verſus. conuerſus. ¶ Auiū ſo-lē quando a nobis receſſit apud illos dies ē. ¶ Aui um extra uiā noſtri emiſperii. ¶ Alterum. unum de nobis uel me uel matrem. ¶ Fato. quādo quis peccat fato non eſt culpabilis. ¶ Iam parce. rogo te mater ne amplius loquaris ne cogar te audire. ¶ Inauſpicatum pignus. filios de ſanguine meo ex te conceptos: pignus inauſpicatum ideſt infœlix. ¶ Noſtri nois. habeo nomen filii quod eſt licitū: & mariti quod eſt nefandū. ¶ Quid anime uidēs iocaſta œdipum nullam conſolationē capere: de-liberat mori: ut ſit ſocia pœne quēadmodum fuit ſcelerum. ¶ Torpes. moraris ad puniendum te. ¶ Incerta parte. quia poteſt œdipus appellare me matrem: & uxorem. ¶ Exige. expelle. ¶ Repen-dam. nunq̄ potero ſuſtinere pœnas conueniētes: etiam ſi iuppiter fulminaret me. ¶ Agedum. de-liberat mori: ſed neſcit quo genere mortis: unde rogat filium poſtq̄ occidit patrem etiam occidat matrem: & accipiens gladium quo laius coniunx interfectus fuit ab œdipo illū expedit in ſe. ¶ No mine. ſ. mariti potius debeo appellare ſoceꝝ: qa fuit pater mariti mei. i. tui œdipi. ¶ Vtrū. uolens ſe percutere: dubitat an uulneret ſe in pectore an gutture an uentre. ¶ Pete. inuade. ¶ Iacet. uidet chorus iocaſtā mortuā. ¶ Manus. erat a deo ob-ſtinata q̄ manum a uulnere non remouebat infi-gens gladium: & manus deficiebat dum morire-tur. ¶ Egeſſit. dum exiret torrens ſanguinis. ſecū exiuit ferrum de uulnere. ¶ Fatidici. plus feci quā oraculum prædixit: dixerat appollo me patrem interfecturum: interfeci patrē & matrem. ¶ Cō-pello. alloquor. ¶ Pauitante. nunc uertit ſermo-nem ad ſeipſum ut recedat: ut patria peſte libere-tur. ¶ Fallaces. quia neſcit cecus quo uadit. ¶ Ef-ferens. educens. ¶ Suſpenſa. qa cæci ſuſpenſo gra du. ¶ Dextra. ſ. explorando locum: ut faciunt cæ-ci. ¶ Lubricos. qui facile poſſunt offendi. ¶ Siſte. dubitat cadere ſupra cadauer matris. ¶ Quicūq3. conuertit ſermonem ad egrotos ciues quod cito liberabuntur cum ipſe diſcedat. ¶ Poſt terga. poſt diſceſſum meum. ¶ Exilem. exiguam partem ani mi. ¶ Leuis. agilis depoſitis dicebantur apud an tiquos depoſiti qui erant deſperati a medicis po-nebantur in publico: ut ſi quis laboraſſet unq̄ ſimi li morbo daret illi remedium quo ipe uſus fuerat.

¶ His ducibus.ſolent ceci habere ducem ne uadãt in præcipitium:ego autẽ habebo hos duces mortem: peſtem:rabiem:dolorem:& maciem.Intelligendum eſt q̃ œdipus exiuit urbem & habitabat quandam

Q cauernam in agro thebano:relicto regno filiis etheocli & polinici

Vicũq3.Hæc tragœdia inſcribitur troas:dirupta troia græci parabãt reuerti domũ:& apparuit umbra achillis:ut manes ſuos placarent uictuma polyxena.nam ꝓpter illam a paride eius fratre in templo apollinis thymbrei interfectus fuit: dũ cõnubium illius peteret: mortuuſq3 in ſigeo promontorio ſepultus eſt:ubi ad eius tumulũ poſt captam troiã polixena iugulata fuit forme & motũ elegãtia preſtantiſſima.Oui.placet achilleos mactata polyxena manens.Preterea ſciebãt aſtyanata filiũ hectoris ſupereſſe:unde mittit̃ ulixes qui puerũ inueſtigaret:ne quis ad uindictam patrie reſtaret.Diuiditur hæc tragœdia in quinq3 actus In primo habetur cõmiſeratio urbis troie.In ſecũdo petitio polixene ab achille ut iugulet̃.In tertio pulixem inqritur aſtyanax ad mortẽ.In quarto abductio polyxene.In quinto p̃cipitatio aſtyanatis & mors polixene. ¶ Quicũq3.loquitur hecuba ſi quis habet ſupbiam propter fortunã ſuam & regnũ: conſideret caſũ troie & uidebit oĩa humana fragilia & caduca. ¶ Leues mutabiles qui ꝓpetuo nõ fauent.Credulũ.ut hẽres fiduciã in rebus mũdanis. ¶ Fors fortuna nunq̃ mõſtrauit maiorem caſum q̃ exidium troie. ¶ Columẽ.caput: colũna & ſuſtentaculũ:unde hoĩem columẽ eloquẽtie appellamus ſup quo alii fundent ſua dicta. ¶ Labor. eſt appoſitio. ¶ Cœlitũ.deoꝝ:neptunus & apollo dicunt̃ edificaſſe muros troie pacta mercede a laumedonte. ¶ Ad cuius arma. ad bellum troie. ¶ Tanain.fluuiũ ſeptẽtrionis in ſcythia de quo ſupra dictũ eſt. ¶ Septẽ ora.ſeptẽ hoſtia hoc non legitur q̃ ſeptẽ hoſtia hẽat.ſed ſeruat̃ decoꝝ:mulieres enim nõ habent peritiã coſmographie:ſicut i bucolicis ille ruſticus qui dixit ueniemus ardentẽ oraxem quũ ſit in ſeptẽtrione. ¶ Et qui renatum. uenit ille qui excipiẽs diem renatũ in primo ortu ſolis:intelligit menonẽ qui fuit tithoni filii laumedontis troiani regis filius de quo diodorus lib.iii. Hic decẽ milia ethiopũ totidem ſuſianos cum ducentis curribus ad troiã uenit:erat florens animi corporiſq3 uiribus & cum multos græcos in bello occidiſſet tandẽ a teſſalis inſidias iterficit̃: cuius corpus ab ethiopibus ereptũ fuit & crematũ:ac illius oſſa ad tithonũ patrẽ delata ſunt. ¶ Tygrim fluuium armenie. ¶ Rubenti.nã tygris labit̃ uerſus mare rubrũ quod ẽ in arabia uadit in ſinũ maris qui dicitur perſicus.Non uero in mare rubrũ: ut hic dicit ſperita hecuba. ¶ Et quæ.intelligit pẽtheſeleam reginam amazonũ:de quibus ſupra dixim̃us illa uenit in auxiliũ troianoꝝ. ¶ Proſpiciẽs quia poſita eſt uerſus ſcythiam. ¶ Vagos errãtes.

Matieſq3 & atra peſtis:& rabidus dolor:
Mecum ite:mecũ ducibus his uti libet.
Incipit ſextra tragœdia q̃ Troas uocitatur
Actus primus.Hecuba loquitur.

Q Vicũq3 regno fidit & magna potẽs
doĩatur aula:nec leues metuit deos
Aĩumq3 reb⁹ credulũ lætis dẽdit:
Me uideat & te troia non unq̃ tulit
Documenta fors maiora:q̃ fragili loco
Starent ſuperbi:columen euerſum occidit
Polentis aſiæ:cœlitum egregius labor.
Ad cuius arma uenit:& qui frigidum
Septena tanain ora pendentem bibit.
Et qui renatum prorſus excipiens diem
Tepidum rubenti tigrim immiſcet freto.
Et quæ uagos uicina ꝓſpiciens ſcythas
Ripam cateruis ponticam uiduis ferit.
Exciſſa ferro eſt: pergamum incubuit ſibi.
En alta muri decora congeſti iacent
Tectis aduſtis:regiam flamme ambiunt.
Omniſq3 late fumat affarici domus.
Nec ꝓhibet auidas flãma uictoris manus.
Diripitur ardens troia:nec cœlum patet
Vndante fumo:nube ceu denſa obſitus
Ater faulla ſqualet iliaca dies.
Stat auidus ira uictor & lentum ilium
Metitur oculis:ac decem tandem ferus
Ignoſcit annis:horret afflictam quoq3
Victamq3 q̃uis uideat:haud credit ſibi
Potuiſſe uinci:ſpolia populator rapit
Dardania:prædam mille non capiũt rates.
Teſtor deorum numen aduerſum mihi.
Patrieq3 cineres:teq3 rectorem phrigum
Q uem troia toto conditum regno tegit.
Tuoſq3 manes:quodq3 ante ſteuit ilium:

¶ Viduis.quæ uiuebant ſine uiris. ¶ Exciſſa.ſ.troia. ¶ Sibi incubuit. corruit in ſe. ¶ Decora. ornamẽta. ¶ Congeſti. proſtrati. ¶ Aſſaraci.regis troiani. ¶ Nec ꝓhibet.q̃uis ardeat:troia nõ ceſſant:græci diripere urbem & diuitias. ¶ Patet.non uidet̃. ¶ Ater.factus obſcurus. ¶ Obſitus.oppreſſus. ¶ Metitur.mẽſurat oculis per ruinas urbis uadunt græci & mirãtur,moles illis diripiendo oĩa. ¶ Lentum.troiã quæ fuit illis lenta:nam per decẽ annos illam oppugnauerunt. ¶ Ignoſcit.dicunt nõ eſſe mirandum ſi mãſerint per tam longũ tp̃us cum uideant magnitudinem urbis. ¶ Horret.q̃uis uideant illã diruptã adhuc timẽt: & uix credũt potuiſſe uinci ab ipſis. ¶ Mile rates.quæ dicũtur ueniſſe ad bellũ troianũ. ¶ Capiũt.uix poſſunt tenere ſpolia noſtra. ¶ Teſtor.uoco in teſtimoniũ deos & maritũ meũ priamũ:& oẽs filios meos q̃ oĩa iſta mala p̃uidi. ¶ Rectorem.ſ.priamum. ¶ Ilion.patriam meam diruptã. ¶ Libeꝝ.ꝓ ſincopã filioꝝ.

¶ Greges.

Et uos meorum liberum magni greges.
Vmbrę minores. quicquid aduersi accidit:
Q uæcūq3 phœbas ore lymphatico furēs
Credi deo uerante: prædixit mala:
Prior hecuba uidi grauida: nec tacui met9.
Et uana uates ante cassandram fui.
Nō cautus ignes ithacus aut ithaci comes
Nocturnus in nos sparsit: aut fallax sinon.
Meus ignis iste est: facibus ardetis meis:
Sed quid ruinas urbis e uerse gemis
Viuax senectus respice infœlix ad hos
Luctus recētes: troia iam uetus est malum.
Vidi execrandum regię cædis nefas:
Ipsasq3 ad aras maius admissum scelus
Eacide armis: cum ferox sæua manu
Coma reflectens regium torta caput
Alto nefandum uulneri ferrum abdidit.
Q uod pœnitus actū cum recepisset libēs
Ēnsis senili tinctus e iugilo redit.
Placare quem non potuit a cæde effera
Mortalis æui cardinem extremū præmēs.
Superiq3 testes sceleris & quondam sacrū
Regni iacentis: ille tot regum parens
Caret sepulcho priamus & flamma īdiget
Ardente troia: non tamen superis sat est.
Dominū ecce priami nurib9 & natis legēs
Sortitur urna: præda quem uilis sequar:
Hic hectoris coniugia despondet sibi.
Hic optat heleni cōiugem: hic antenoris:
Nec deest tuos cassādra q thalamos petat.
Mea sors timetur: sola sum danais metus:
Lamenta cessant: turba captiuæ mea
Ferite palmis pectora: & planctus date.
Et iusta troiæ facite: iam dudum sonet
Fatalis idæ iudicis diri domus.

Chorus mulierū hecuba. cho. loq̄tur.

Non rude uulgus lachrimisq3 nonū
Lugere iubes: hoc continuis
Egimus annis: ex quo tetigit
Phrygius graias hospes amyclas.
Secuitq3 fretum pinus matri
Sacra cybele: decies niuibus
Canuit ide: ide nostris
Nudata rogis: & sigeis
Trepidus campis decies secuit
Messor aristas: ut nulla dies
Mœrore caret sed noua fletus
Causa ministrauit ad planctus

¶ Greges. quia dicitur habuisse quinquaginta filios. ¶ Phœbas. sacerdos phœbi. ¶ Ore lymphatico. spiritu agitato. Lymphaticus dicitur qui uitiū ex aqua contraxit huc atq; illuc discurrens: nūc accipitur pro oībus furiosis. ¶ Vetante deo: cassandra filia priami a phœbo dilecta uaticinium accepit: sed cū illa nollet consentire: fecit deus ne quid crederetur ei: unde predixit excidium troianum: nec credebat illi. ¶ Prior hecuba. hæc regis priami uxor cissei regis thracum filia pregnans somniauerat se accensam facem parere quæ totam patriam inflammaret: hoc fuit anteq; peperisset paridē. Vir. lib. viiii. cisseis pregnans ignes enixa iugales. ¶ Ithacus. ulixes. ab itaca īsula: nolite credere q; ille ignis combuserit troiā qui missus fuit ab ulixe & sinone: sed hic ē quē somniaui ¶ Comes. s. diomedes. ¶ Vidi. s. morté priami āte aras quæ plana describitur in. ii. ænei. a Virgi. ¶ Eacide. pirrhi pronepotis eaci. ¶ Libens. s. priamus qui libēter mortuus ē ne uideret sequentes calamitates: ¶ Actum īmissum gladium. ¶ Placare. debuit pirrhus parcere priamo qa ante aras erat: deinde senex. ¶ Effera. crudeli. ¶ Cardinem. extremū finem uitæ sue. ¶ Superi. uiderūt illud scelus. ¶ Et sacrū. ubi erat ipse priamus. ¶ Indiget. non habet qui sepeliat eum nec faciat rogū illi. ¶ Non satis. non ē diis satis ad uindictam nostram destruxisse troiam: sed etiam nurus priami ducūtur in p̄dam & seruitutem. ¶ Vrna in qua ponebant nomina illarum: ut sortirentur dominū. ¶ Legens. eligens aliquem dominum ex græcis. ¶ Vilis præda qui habebit me habebit uilē prædam. ¶ Hectoris. filii mei andromachem: hæc in sorte contigit pirrho. ¶ Heleni. filii mei. ¶ Mea sors. oēs timent habere me: & alias cupiunt. ¶ Lamenta. īterrogatiue. ¶ Iusta. exequias. ¶ Iudicis. paridis qui iudiciū fecit in ida silua inter uenerem palladem & lunonē certantes de pulchritudine. unde indignata iuno q; spreta fuerit perpetuo inimicitias egit cum troianis: & fanente uenere paris rapuit helenam propter quā excidiū troianum sequutum est unde dicit idæ fatalis q̄ attulit fata. i. perditionē troianis.

Non rude. Respondet Chorus uerbis hecube inuitas nos ad plorandum id faciemus faciliter cū iam simus assueti. ¶ Nō rude. nō imperitū ad lugendū. ¶ Phrygius. paris: postquā ipse paris discessit ad rapiēdum helenam: nihil unquā habuimus nisi lachrymas. ¶ Amyclas. hec fuit laconie ciuitas castoris & pollucis patria: sic statius primo achyleidos: Soluerat œbalio classem de littore pastor. Dardanus incautas blāde populatus amyclas. ¶ Pinus. nauis facta de pinu orta in ida silua consecrata cybelli. ¶ Decies. iam sunt decem anni quibus ceperūt obsidere græci troiam ex quo non cessauimus lugere. ¶ Canuit. alba facta fuit. ¶ Nudata. quia iam omnes arbores succise sunt pro rogis tot mortuorum. ¶ Trepidus. propter hostes uicinos.

¶ Leua. pro eleua: tu regina prius incipe luctum & eleua manum ad dandum signū aliis:uel ad percutiendū pectus:& nos omnes te sequemur. ¶ Tepido puluere.cinere adhuc calido propter incendium:solebant antiqui in maximo luctu spargere caput cinere. ¶ Paret exertos. nudatos apparet: ut sint magis expediti ad percutiendum. ¶ Sinus. dimittite uestes usq; ad uentrem:& occurrit hecuba ne possit respondere contrarium propter honestatem:dicendo nō opus est seruare pudorem captiuis. ¶ Substringe. dimitte & aperi. ¶ Palla. uestis superior cingat inferiorem tunicam. ¶ Vacet.intenta sit. ¶ Planctus. percussiones pectoris uerberati. ¶ Complete. quia nihil aliud restat de troia nisi cinis. ¶ Suffulta.suffarcinata & succincta ut demissa usq; ad uentrem uideantur humeri. ¶ Retheia. rethus mons est troianus in quo aiax thelemonius postq; se iterfecit sepultus é. ¶ Echo. uox quæ respondet ex locis concauis:est indeclinabilis. ¶ Extrema.ultima: nam nisi ultima solet respōdere: clamate ita fortiter ut referat omnes uoces. ¶ Pulsu.uerberatione. ¶ Sanguineos.plenos sanguine. ¶ Tibi.ad honorem tui ¶ Cicatrix. signum sanati uulneris: iterum rumpunt cicatrices uerberando quas fecerāt superioribus annis in funere hectoris. ¶ Columen.hector tutela patrie.. ¶ Mora. qui tardabas calamitatem troianam. ¶ Fulta. sustentata. ¶ Cecidit. dum stabat hector stetit troia:dum cecidit destructa est.

Miseramq3 leua regina manum.
Vulgus dominam uile sequamur.
Non indociles lugere sumus.
He.Fidę casus nostri comites
Soluite crines:per colla fluant
Mœsta capilli:tepido troiæ
Puluere turpes:paret exertos
Turba lacertos:ueste remissa
Substringe sinus:uteroq3 tenus
Pateant artus:cui coniugio
Pectora uelas captiue pudor?
Cingat tunicas palla soluta:
Vacet ad crebri uerbera planctus
Furibunda manus.Placet hic habitus.
Placet agnosco troada turbam
Iterum luctus redeant ueteres:
Solitum flendi uincite morem.
Hectora flemus.
Che.Soluimus omnes lacerum multo
Funere crinem:coma dimissa est
Libera nodo:spsitq3 cinis: Feruid9 ora.
He.complete manus:hoc ex troia
Sumpsisse licet.cadat ex humeris
Vestis apertis:utrunq3 tegat
Suffulta latus:iam nuda uocant
Pectora dextras:nunc nunc uires
Exprome dolor tuas:retheia sonent
Littora planctu:habitansq3 cauis
Montibus echo:non ut solita est
Extrema breuis uerba remittat.
Totos reddat troiæ gemitus.
Audiat omnis pontus & æther:
Sæuite manus:pulsu uasto
Tundite pectus:non sum solito
Contenta sono:hectora flemus:
Cho.Tibi dextra ferit nostra lacertos
Humeroq3 ferit tibi sanguineos.
Tibi nostra caput dextra pulsat.
Tibi maternis ubera palmis
Laniata iacent:fluit & multo
Sanguine manat quācumq3 tuo
Funere feci rupta cicatrix.
Columen patriæ:mora fatorum:
Tu præsidium phrygibus fessis
Tu murus eras:humerisq3 tuis
Stetit illa decem fulta per annos
Tecum cecidit:summusq3 dies
Hectoris idem patriæq3 fuit.

¶ Vertite.

He. Vertite planctus: priamo noſtro
Fundite fletus: ſatis hector habet.
Cho. Accipe rector phrygiæ planctus.
Accipe fletus bis captæ ſenex.
Nil troia ſemel te rege tulit:
Bis pulſari dardana graio
Mœnia ferro: biſq3 pharetras
Paſſa herculeas: poſt elatos
Hecube partus regumq3 thoros
Poſtrema pater funera cludis.
Magnoq3 ioui uictima ceſus:
Sigea præmis littora truncus:
Hecu. Alio lachrimas flectite ueſtras:
Non eſt priami miſeranda mei
Mors iliades: fœlix priamus
Dicite cuncte: liber manes.
Vadit ad imos: nec feret unq̃
Victa graium ceruice iugum
Non ille duos uidit attridas:
Nec fallacem cernit ulixem.
Non argolici præda triumphi
Subiecta feret colla tropheis.
Non aſſuetas ad ſceptra manus
Poſt terga dabit: curruſq3 ſequens
Agammẽnonios aurea dextra
Vincula geſtans Latis fiet pompa micenis
Cho. Fœlix priamus dicimus omnes:
Secum excedens ſua regna tulit
Nunc eliſii nemoris tutus
Errat in umbris: interq3 pias,
Fœlix animas, hectora querit.
Fœlix priamus: fœlix quiſquis
Bello moriens omnia ſecum
Conſumpta uidet.

Actus ſecundus Taltibius Chorus.

¶ Taltabius loquitur.

QVã lõga danais ſemp ĩ portu mora
Seu petere bellũ petere ſeu patriam uolũt
Cho. Quæ cã ratibꝰ faciat & danais morã
Effare reduces quis deus cludat uias:
Tal. Pauet aĩmꝰ: artꝰ horridꝰ q̃ſſat tremor
Maiora ueris monſtra uix capiunt fidem.
Vidi ipſe uidi: ſumma iam titan iuga
Stringebat: ortus uicerat noctem dies.
Cum ſubito terra ceco mugitu fremens
Concuſſa cæcos traxit ex imo ſonos.
Mouere ſiluæ capita: & excelſum nemus
Fragore uaſto tonuit: & lucus ſacer

¶ Vertite. exhortatur ut modo priamum fleant. ¶ Bis capte. troia bis capta fuit primo ab hercule quando fuit cum argo nautis: ſecũdo a græcis ſub agãmẽnone. ¶ Troia. dum fuiſti rex troia bis tulit omnia. ¶ Pharetras. fatatum erat troiam non poſſe capi: ſecundo ſine ſagittis herculis: unde Philotetes armiger herculis cum ſagittis ipſius ad bellum troianum ductus eſt. ¶ Partus elatos. filios ſepultos. ¶ Cludis. ultimus moreris cum priusuideris tot mortes filiorum. ¶ Victima. quia ãte aras interfectus fuit. ¶ Alio. ad aliam partem: noli dolere mortem priami: quia felicior eſt me quæ ſuperſum ad tot miſerias. ¶ Iliades. matres troiane. ¶ Iugum. ſeruitutem quemadmodũ ego. ¶ Atridas. filios atrei agãmẽnonem & menelaon: nam grauiſſimum eſt uidere hoſtes uictores & pati. ¶ Non argolici. non ducetur catenatus in triumphum. ¶ Vincula. quia non ducetur uinculo aurato poſt currum agãmennonis. ¶ Micenis. ubi regnauit agãmennon. ¶ Elyſii. cãpi ubi anime beatorum dicebantur eſſe: ut deſcribit Virgili. in. vi.

QVam longa. Hic é ſecũdus actus: in quo inducitur taltibius renuncians choro mirãda prodigia quæ uidit: & umbrã achillis ſibi apparuiſſe increpantem græcos ingratitudine ab eoq3 monitum ſe dicit ut polixena ad ſepulchrum eius mactaretur. ¶ In portu. illud accidit græcis quando ueniebant ad bellũ troianum: cũ agãmennon in aulide famoſiſſimo portu boetiæ ceruam dianæ ignarus occidiſſet: & ob id diana a græcis uentos abſtuliſſet: reſponſo habito ut agãmẽnonio ſanguine dea placaretur: factum eſt ut iphigenia agãmennonis filia ſacrificaretur: ſed miſeratione deæ pro ea oblata é cerua. ¶ Petere. ire. ¶ Maiora ueris. maiora quã poſſint credi. ¶ Vix capiunt fidem. uix credũtur. ¶ Stringebat leuiter percutiebat ſummos colles. ¶ Fremens. murmurans. ¶ Cæcos. quoꝝ cauſam ignoramus. ¶ Sacer. conſecratus cybeli in ida.

¶ Suũ. quia natus est de thetide dea maris. ¶ Hiatus. apertura terræ: fecit iter ab inferno ad superos. ¶ Leuat. subleuat. ¶ Emicuit. in tanto tumore terræ exiuit ũbra achillis thessalici ducis. ¶ Proludens. quasi faciens proludiũ & principiũ sue uirtutis. ¶ Threicia. quando græci ibant ad bellum troianum finitima quæq; loca populabãtur sicut achilles multos duces & urbes abstulit: quod prosequitur Homerus. ¶ Iuuenem. cignũ de quo inferius dicemus. ¶ Hectorem & troiam. ná mortuo hectore uisa é troia capta. ¶ Irati. s. achillis: & hæc fuit eius uox ídignãtis. ¶ Debitas. meritas. ¶ Magno. s. damno. ¶ Desponsa. hæc erat eius petitio. ut mactaretur polixena per manus filii sui. ¶ Coeunte. cõiungente se: nam supra dixerat apertam fuisse terrã. ¶ Triton. tubicẽ neptuni cecinit hymineum epithalamium tanquã polixena deberet duci ad maritum.

CVm læta. propter uictoriã hæc est secunda pars secundi actus: achilles petebat polixenam mactari ad tumulum suũ: agãmẽ non negat: pirrhus achillis filius cũ agãmennone disputat ut illa mactetur. ¶ Excidit. ab aĩo tuo: deleta sunt patris mei beneficia q cã fuit istius uictoriæ. ¶ Breui. puo tpe troia cadens cõpensauit tarditatẽ eius. ¶ Scyros. insula maris egei una ex eycladibus lycomedis regis patris in qua achilles habitu puellari a thetyde matre occultatus é ne iret ad bellũ troianũ: tandẽ cognitus ab ulixe ductus est ad obsidonẽ troianã. ¶ Illo. achille: erat habitũ oraculo troiã nõ posse capi sine achille. ¶ Velis. si uelles dare p̃miũ achilli sero id facturus es: cũ alii duces totã p̃dã intra se diuiserint pater meus debebat esse primus & erit ultimus. ¶ Minor merces. q̃ una puella hostium. ¶ Iussus. s. ab oraculo & matre tethide: unde ꝓbat per merita illud nõ debere negari. ¶ Sedens. ociosus: ná si uoluisset uiuere sine bello ut erat fatatũ a ioue potuisse uiuẽ tercentũ ános ut uixit uestor. ¶ Senis pilii. nestoris regis pilii: pylos opidũ fuit iuxta thessaliã uersus marinum littus a neleo patre nestoris cõditũ. ¶ Falsas uestes. muliebres quibus achilles fuit apd̃ licomedem. ¶ Fassus. demonstrauit ut scribit Statius in achileide: ulixes uolens reperire achillem inter mulieres attulit munera diuersum generis. ¶ In hospitali. telephus fuit herculis filius ex auge nympha progenitus: ut sophocles attestatur: quẽ in siluis expositũ a cerua lactatũ dixit. Sed tractu tp̃is robustus effectus in licia cithẽsibus. Impauit. uenienſq; deinde in auxiliũ troianorum dum ulyxem insequit̃ a trunco: quẽ in uinea forte offendit p̃peditus: ab achille in siniſtro femore uulnerat̃: sed ausis ꝓtectus manus illius effugit: ac cum malo in dies uulneris grauaretur: nec adhibita ꝓficerẽt remedia apollinẽ cõsuluit: q̃ respõdit nõ aliter posse liberari q̃ q̃ itez̃ ab achille uulnerãdus accederet q̃ sic quoq; ab illo itez̃ uulneratus icolumis effectus est. q̃ Oui. tetigit lib. i. de remediis cum ait Vulnus achilleo quæ quõdam fecerat hosti uulneris auxilium pelias asta tulit. ¶ In hospitali. quia nolebat dare hospitium græcis. ¶ Impotens. ferox. ¶ Mitem. quando sanauit eum.

Idea ruptis saxa ceciderunt iugis.
Nõ sola tellus tremuit: sed põtus suum
Adesse achillem sensit ac spirauit.
Et hiatus erebi peruium ad superos iter
Tellure fracta præbet ac tumulum leuat.
Emicuit ingens umbra thessalici ducis.
Threicia qualis arma proludens tuis
Iam troia fatis strauit: aut neptunium
Cana nitentem perculit iuuenem comia.
Aut cum inter acis marte uiolento furens
Corporibus amnes clausit: & quærens iter
Tardus cruento xanthus errauit uado.
Aut cum superbo uictor in curru stetit
Egitq; habenas hectorẽ & troiam trahẽs:
Impleuit omne littus irati sonus.
Ite ite inertes debitos manibus meis
Auferte honores: soluite ingratas rates
Per nostra ituri maria: non parua luet
Iras achillis grætia. ac magno luet.
Desponsa nostris cineribus polixena
Pirrhi manibus mactetur & tumulũ riget:
Hæc fatus alta nocte diuisit diem:
Repetẽsq; ditem mersus ingentem specũ
Coeunte terra iunxit: immoti iacent
Tranquilla pelagi: uentus abiecit minas:
Placidumq; fluctu murmurat leui mare:
Triton ab alto cecinit hymeneum choro.
Pyrrhꝰ Agãmennõ Calchas. Pyr. loq̃tur.

CVm leta pelago uela reditur? dares
Excidit achilles: cuius unius manu
Impulsa troia corruit tandem solo.
Breui repensans quicquid adiecit moræ.
Scyros: fretumq; lesbos ægeum secans
Illo remoto dubia quo cederet stetit.
Velis licet quod petitur: ac properes dare
Sero es daturus: iam suum cuncti duces
Telere præciũ: quæ minor merces potest
Tante dari uirtuti: an meruit parum
Q ui fugere bellum iussus, & longa sedens
Euum senecta degere, ac pilii senis
Transcendere annos, exuit matris dolos
Falsasq; uestes: fassus est armis uirum:
In hospitalis telephus regno impotens
Dum mysie ferocis introitus negat:
Rudem cruore regio dextram imbuit:
Fortemq; tãdem sensit & mitem manum.
Cecidere thebæ: uidit echion capi
Sua regna uictus: clade subuersa est pari

¶ Cecidere

¶ Cecidere thebe. fuerunt thebe in egypto urbs q̃ busuris egypti rex condidit græci helliopolim: hoc ẽ solis urbem uocauere: huius ambitũ centum quadraginta stadiorũ fuisse scribit herodotus: alia fuit ĩ boetia: alia in cilicia patria andromaches quæ fuit hectoris dilectissima cõiunx filia tetionis thebarũ in cilicia regis: ut ostendit Home. li. iliados. vi. Nã inducẽs illã cum hectore loquentẽ lamẽtariq; miserabiliter rettulit de achille: qui patriam suã thebas in qua orta fuerat euerterat: & patrem regem septẽq; suos fratres occiderat: traxeratq; captiuam matrem quã dein de ĩmensa summa redemptã. Diana apud edes paternas cõmorantem sagittis interfecit. ¶ Lyrnesos. euntibus græcis ad troiam achilles utrãq; ciliciã & thebaicã & lyrnesiã inuasit. Thebaicam tetion: andromaches pr̃ lyrnesiam Minetes regebat His trucidatis ex thebe Astimonẽ Chrysi: ex lyrneso Hyppodomiã Brisei filiã expugnatis oppidis abduxit: quãq; Eustachius ex pedaso hyppodomiã abreptam tradit. Agãmẽnon græcorũ imperator ex oĩ præda sibi delegit astimonẽ: achilli nestore & idomeneo: partiende p̃de autoribus hyppodamia sorte obtigit: Interea chryses apollinis smynthei sacerdos in tẽplo erat ĩ chryseo multis oblatis muneribus repetit. Minabundus senẽ a se abigit agãmẽnon: apollo sui antistitis contumelia percitus nouẽ diebus. ut Home. scribit: & iumẽta & hoies sagittis confodit: cadebat hac peste quotidie miserãda multitudo: palladis monitu uocata contione achilles deplacanda deorũ ira deliberat calchas testoris filius q cũ mopso de uaticinio certauit: nisi astimone patri redderet placari apolinẽ non posse in medium protulit: Aclamãtibus uniuersis: Agãmẽnon per Vlixem ad patrẽ puellam remittit Achilli uero quẽ reddẽde astimones auctorem credebat: apparitoribus Teltibio & Eribate missis hyppodamiã abstulit: ideo dicit crise causa litis. ¶ Tenedos. fuit insula notissima in cõspectu troiæ. ¶ Cilla. urbs consecrata phœbo.
¶ Caicus. fluuius ẽ phrygie reste Liuio in sexto de bello macedonico ueniẽs a mysia. ¶ Attollens. q̃ solet crescere tpe ueris quando soluuntur niues.
¶ Hæc tanta. tot urbes & quincie capte fuissent alteri magna gloria expugnãdo illas in longo tpe sed eundo achilles illas expugnauit. ¶ Pauor. nam oĩbus erat terror. ¶ Parat. dum uadit ad troiam.
¶ Hector. omittamus alia merita patris: satisfecit si nõ fecisset alia occidendo hectorẽ cuius morte troia de facili capta ẽ. ¶ Ilion troia. ¶ Mẽnon. filius titoni & aurore fratris priami qui ab oriẽte uenerat. ¶ Parens. mater aurora ꝓpter mortem filii obscurauit se. ¶ Victor. achilles cũ interfecisset filium deæ timuit: nã cũ esset ipe quoq; filius deæ tethidis: ĩtellexit deaq; filios posse occidi. ¶ Amazon. pentheselea regina amazonũ maximus uiribus præstans. ¶ Debes. agãmẽnon obligatus es: etiam si peteret unam de tuis miceneis & argiuis: quãtomagis debes dare unã hostem tumulo suo.
¶ Nato pelei. achilli. ¶ Feq;. esse crudele. ¶ Priami. illius qui genuit paridẽ raptorem helene: pro qua uoluisti imolare filiã tuam ut haberes uẽtos secundos ut posses ire factũ uindictã contra troianos. ¶ Helene. cã helene ut posses hére eam. ¶ Iuuenile uitium. iuuenes quicqd appetunt uolunt. ¶ Paternus. aliis iuuenibus accidit furor ꝓp abundantiam sanguinis: sed tu ultra hoc habes iram hereditariam a patre. ¶ Lentus. patiens: probat patrem eius fuisse iracundum quod ausus est resistere sibi regi. ¶ Tumidi eacide. superbi patris tui. ¶ Quo. quanto plus quis potest tanto submissius debet se gerere: ut est sententia Ciceronis in primo officiorum. ¶ Cede. morte polixene. ¶ Vmbras. animã. ¶ Victor. non debet uictor facere qd̃ põt in uictis: sed uti modestia decet.

Apposita celso parua lernysos iugo:
Captaq; tellus nobilis briseidæ:
Et causa litis regibus crysæ iacet:
Et nota fama thenedos: & quæ pascuo
Fecunda pingui thratios nutrit greges.
Et sacra phœbo cylla: quid quas abluit
Vernis caycus gurgitem attollens aquis:
Hæc tanta clades gentium ac tãtus pauor:
Sparse tot urbes turbinis uasti modo,
Alterius esset gloria ac summum decus:
Iter est achilli: sic meus uenit pater.
Et tanta gessit bella dum bellum parat:
Vt alia sileam merita non unus satis
Hector fuisset: ilium uicit pater
Vos diruistis: inclytas laudes iuuat
Et clara magni facta genitoris sequi.
Iacuit peremptꝰ hector ante oculos patris.
Patruiq; memnon: cuius ob luctum parẽs
Pallente mœstum protulit uultu diem.
Suiq; uictor operis exemplum horruit:
Dixitq; achilles & dea natos mori.
Tum uersa amazon ultimus cecidit timor:
Debes achilli merita si digne æstimas
Et si ex mycenis uirginem atq; argis petat?
Dubitatur etiã: placida nec subito probas:
Priamiq; natam pelei nato ferum
Mactare credis? sat tuam natam parens
Helenæ ĩmolasti: solita iã & facta expeto.
Aga. Iuuenile uitiũ ẽ regere nõ posse ĩpetũ.
Aetatis alios feruor hic primę rapit:
Pirrhum paternus: spiritus quondã truces
Minasq; tumidi lentus æacide tuli.
Quo plura possis plura patienter feras:
Quid cæde dira nobiles clari ducis
Aspgis umbras? noscere hoc primũ decet:
Quid facere uictor dẽbeat: uictus pati.

¶ Quoq3.quando aliquis euectus est ad altiorem gradum:tanto magis debet considerare quid sibi accidere posset. ¶ Fauentes:qui habet unde amplius ascendere nō possit: debet timere casum & ruinam. ¶ Vincendo.expugnando troiam didici magna non esse firma. ¶ Loco.simili statu & cōditione possemus & nos uinci. ¶ Impotens. non moderans meipsum reputaui me plusquā sim:sed exemplo priami diminui superbiam meam quod mihi accidere posse cognoui quod illi tanto regi euenit. ¶ Superbum. ppter uictoriam. ¶ Timidū. propter meum ruine. ¶ Esse.quid facit me timidum:considero regna caduca esse:& sub nomine fœlicitatis habere multa mala. ¶ Splendore. qui non habet quod ostendit. ¶ Decentem. ornatā. ¶ Vinculo. diademate. ¶ Hoc.s. nomen regni. ¶ Breuis.quia una hora perditur. ¶ Nec mile.nō omnibus euenit quod priamo qui per decem annos sustinuit bellum. ¶ Arguissem.noluissem cupiebam superare Troianos:sed nō destruere troiam eo modo:tamen ira & dolor iniurie: & uictoria nocturna hoc uoluit:ut tam crudeliter deripe retur:quia de nocte maior habetur licentia. ¶ Irritat.ascendit ad malefaciendū. ¶ Gladius fœlix. qui cum semel intingitur sanguine non potest refrenari unde dicit uecors libido.i. immoderatus appetitus effundēdi sanguinem. ¶ Cuius infecti. gladii sanguine tincti. ¶ Quicquid.satis ē factum crudeliter in troiam:unde quicqd supereſt seruandum est. ¶ Regia uirgo.polixena. ¶ Facinus.hāc mortem indignam:ut appellem thalamos & coniugium achillis non patiar:nam quicquid mali fit: regi imputatur. ¶ Vetat.ut Cicero in primo officiorum qui non resistit iniuriæ cum possit tātum est in culpa:ut si patriā & parentes deserat. ¶ Manes.anima patris mei. ¶ Cuncti.simul omnes laudabunt illum fortissimū. ¶ Quod si.si umbra delectatur sanguine potest īmolari alia uictima quā polixena. ¶ Opima.pinguia ex grege capto. ¶ Inferias.in sacris mortuorum. ¶ Quando.quasi dicat nunquam. ¶ Inuidiam.odium quia si hoc fiet omnes haberent illum odio. ¶ Pœna.s.polixene ¶ O tumide.iratus pyrrhus minatur Agāmēoni dicens quando es in fœlici statu efficeris tumidus & insolens:quando habes fortunā aduersam es timidior dama:sinon immolauero polixenam patri:teipsum interficiam ad sacra patris peragēda quemadmodum interfeci priamū. ¶ Regum. nam in exercitu sub agāmēnone erant alii reges. ¶ Flāmatū.incēsū amorquēadmodū de briseide.

Violenta nēmo imperia continuit diu.
Moderata durant:quoq3 fortuna altius.
Euexit ac leuauit humanas opes:
Hoc se magis suprimere fœlicem decet:
Varioſq3 casus tremere: metuentem deos
Nimium fauentes:magna momēto obrui
Vincendo didici:troia nos tumidos facit:
Nimium & feroces:stamus hoc danai loco
Vnde illa cecidit:fateor aliquādo impotēs
Regno ac superbus:altius memet tuli.
Sed fregit illos spiritus hæc quæ dare.
Potuisset alii causa:fortunæ fauor
Tu me superbū priame: tu timidum facis:
Esse ego quicq̄ sceptra nisi uano putem
Fulgore tectum nomen:falso comam
Vinclo decentē:casus hoc rapiet breuis.
Nec mile forsan manibus:aut ānis decem
Non oībus fortuna tam lenta imminet.
Equidem fatebor space hoc dixisse tua
Argiua tellus liceat afflicti phrygas
Vinciq3 uolui:ruere & æquari solo
Etiam arguissem:sed regi frenis nequit
Et ira:& ardens hostis.& uictoria
Commissa nocti:quicquid īdignū aut ferū
Cuiq̄ uideri potuit:hoc fecit dolor.
Tenebræq3 per quas ipse se irritat furor.
Gladiusq3 fœlix cuius infecti semel
Vecors libido est: quicquid euerse possit
Supereſſe troiæ maneat:exactum satis
Pœnarū & ultra est:regia ut uirgo occidat.
Tumuloq3 dono detur:cineres riget
Et facinus atrox cedis:ut thalamos uocem:
Non patiar.in mē culpa cunctorum redit.
Q ui non uetat peccare cum possit iubet.
Py.Nullū ne achillis præmiū manes ferēt
Aga.Ferent:& illū laudibus cuncti canēt:
Magnumq3 terræ nomen ignotæ audient.
Q uod si leuatur sanguine infuso cinis.
Opima phirygii colla cedantur gregis:
Fluatq3 nulli flebilis matri cruor:
Q uis iste mos est:quādo in īferias hō est
Impensus homini:detrahe inuidiam tuo
Odiumq3 patri:quem coli pœna iubes.
Py.O tumide rerum dū secundarū status:
Extollit aīos:timide cū increpuit metus:
Regum tyranne:iam ne flammatū geris
Amore solito pectus:ac ueneris nouæ:
Solus ne totiens spolia de nobis feres:

¶ Nimium:

Hac dextra achilli uictimã reddam ſuam:
Q uam ſi negas retineſq3: maiorem dabo
Dignamq3 quã det pyrrh9:& nimium diu
A cede regia noſtra ceſſat manus.
Paremq3 poſcit priamus:
Aga.Haud equidem nego
Hoc eſſe pyrrhi maximũ in bello decus:
Sæuo peremptus enſe quod priamus iacet.
Supplex paternus.
Py.Supplices noſtri patris:
Hoſteſq3 eoſdem nouimus,priam9 tamẽ:
Preſens rogauit:tu graui pauidus metu
Nec ad rogandum fortis:aiaci preces
Itachoq3 mandas:cluſus atq3 hoſtẽ timẽs.
Aga. At nõ timebat tũc tuus fateor parẽs:
Inter cædes gręti atq3 uſtas rates:
Segnis iacebat,belli & armorum ĩmemor.
Leui canorẽ uerberãs plectro chelym.
Py.tũc magn9 hector arma cõtẽnẽs tua:
Cantus achillis timuit:tanto & in metu
Naualibus pax alta theſſalicis fuit.
Aga.Nẽpe iiſdẽ ĩ iſtis theſſalicis naualib9
Pax alta rurſus hectoris patri fuit
Py.Eſt regis alti ſpiritũ regi dare:
Aga.Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua:
Py.Mortẽ miſericors ſæpe pro uita dabit:
Aga.at nũc miſericors uirgĩes buſto petis
Py.Iam ne ĩmolari$ uirgĩes credis nefas:
Aga.Præferre patriã liberis regem decet.
Py.lex nulla capto parcit aut pœnas ĩpedit.
Aga.qđ nõ uetat lex:hoc uetat fieri pudor.
Py.Q uodcunq3 libuit facere uictori licet.
Aga.minimũ decet libere:cui multũ licet.
Py.His iſta iactas quos decẽ ãnorũ graui
Regno ſubactos pyrrhus exoluit iugo:
Aga.Hos ſcyros animos:
Py.Scelere quæ fratrum caret
Aga.Incluſa fluctu.
Py.Nempe cognati maris:
Atrei & thieſte nobilem noui domum.
Aga.Ex uirginis conceptẽ furtiuo ſtupro
Et ex achille nate:ſed nũndum uiro.
Py.Illo ex achille genere qui mundũ ſuo
Sparſus per omne regnum cœlitum tenet.
Thetide equor:umbras æacho:cœlũ ioue.
Aga.Illo ex achille q paridis manu iacet:
Py.Q uẽ nec deorũ cõminus quiſq̃ petiit.
Aga.Cõpeſce qđẽ uerba:& audacẽ malo

¶ Nimium. tunc parabat impetum contra eum. ¶ Parem. regem quẽadmodũ ipſe erat ut ſecũ comes uadas ad inferos. ¶ Haud equidẽ. trahit laudem pyrrhi in uituperium: nõ eſt mirum ſi interfeciſti priamũ ita crudeliter quẽ pater tuus ſuppliceẽ habuerat. ¶ Paternus. patris tui. ¶ Supplices: reſpõdet pyrrhus ſi priamus ſupplicauit pri meo fuit fortior quã tu ipſe uenit ad eũ. Tu uero timidus nõ ferens cõſpectum eius miſiſti ulixẽ ſupplicatum ei. ¶ Mãdas itacho. cõmiſiſti ulixi: & aiaci thelemonio: ut pacem a patre meo irato tibi ĩpetrarent. ¶ Auſus. nõ audens egredi. ¶ Chelim. cytharam: ſcio patrẽ tuum non timuiſſe quãdo hector combuſit naues græcoꝝ quare tunc ocioſus pulſabat cytharam ſub tentorio ſuo: & hoc eſt dictum indignatiue. ¶ Tunc magnus. hector nõ timens te deuaſtabat exercitum græcoꝝ ſed ad tẽtoria patris mei nõ audebat uenire: ubi ipſe cantabat ocioſus. ¶ Theſſalicis. patris mei: quia ad illas nunq̃ uenit hector. ¶ Nempe. iſtud reuoluit in uituperium pyrrhi: ueꝝ eſt qđ erat ſecurus: quia accipiebat hoſtes & dimittebat: ut fecit de priamo quãdo iuit redemptum corpus hectoris. ¶ Eſt regis. intereſt magnanimi regis donare ſpiritum .i. uitam regi. ¶ Cur. quid ergo occidiſti eũ. ¶ Mortem. feci ea ratione qua pater meus uoluit eũ ſeruare florentem: ego aũt interficere uolui ne uiueret ĩ ludibrio hoſtiũ: quæ mors fuit illi gratiſſima: nam ut inquit Cicero. melius eſt honeſte mori q̃ turpiter uiuere. ¶ Miſericors. deridet eũ. ¶ Buſto. ad ſepulchrum patris. ¶ Immolari. nonne ſcis qđ uoluiſti ẽt uirginẽ filiã tuã immolare: ut ſupra dictũ eſt. ¶ Patriam. quæ ut inquit Cicero. oĩum charitates cõplexa eſt. ¶ Lex. dicis te habuiſſe iuſtam cãm ĩmolandi iphigeneã: ipſe quoq3 habeo quia cũ ſim uictor de uictis poſſum facere quicqd placet. ¶ Pudor. honeſtas. ¶ Multũ. q hẽt multã licẽtiã nõ debet uti ea. ¶ Libere. placere uti licẽtia. ¶ Subactos. q fuerũt ſubditi tibi p. x. ãnos. ¶ Iactas inaniter oſtẽtas. ¶ Pirrhus. de ſe loqtur in tertia pſona fatatũ erat troiã nõ poſſe capi ſine uno de genere eacidaꝝ. ¶ Iugo. ſeruitute. ¶ Hos ſcyros. pirrhus natus erat ex deidamia filia lycomedis re gis ſcytus ubi achilles occultatus fuit ſub ueſte muliebri: unde dicit ſcyros dat ne tibi tantã audatiã: ſaltẽ natus eſſes in loco nobili. ¶ Scelere. ĩpropat pirrhus patriã agãmẽnoni: qđ ſcyros nõ ẽ ita ſcelerata quẽadmodũ mycene ubi factũ fuit ſcelꝰ thieſtis & attrei: ut ſupra hũimus. ¶ Incluſa fluctu q̃ſi minima ĩſula inter aq̃s. ¶ Cognati maris. reſpondet pirrhus eſt ueꝝ q ĩſula ẽ in mari minima: ſed ẽ gloria nr̃a: cũ illic ſit dea tethis mater pr̃is mei. ¶ Noui. hironice: bene ſcio te nobiliſſimũ q̃ſi ex domo Attrei & Thieſte qui fuerũt ſceleratiſſimi. ¶ Cõcepte. tu q es generatus ex ſ. upro unius uirginis: & achille nũdũ uiro. i. q tũc erat ĩductus habitu muliebris apud lycomedẽ. ¶ Illo. hẽt emphaſim: ſũ natꝰ ex achille q matrẽ hẽt deã tethidẽ auũ eacũ iudicẽ iferoꝝ & ioué regẽ cœli, pauũ ſuum. ¶ Paridis. q. d. e fœminati hoĩs manu ĩterfectus ẽ. ¶ Cominus. i. pari certamĩe: ſũ natꝰ ex illo achille

cum quo nullus deoꝝ est ausus congredi: sed paris insidiose interfecit eum sagittis. ¶ Composce. si uellé possem te punire de tanta audatia. sed sum assuetus parcere etiá hostibus. ꝓpterea uocet calchas interp̃s ut intelligamus si placuerit diis ꝙ polixena mactet. ¶ Dabo. concedá. ¶ Tu qui. uertit sermonem ad calcantem. ¶ Rati. nauibus græcis quãdo retinebant in aulide insula ꝓp tempestaté: tu p̃dixisti nobis tũc uoluntaté deoꝝ. ¶ Referas. aperis facis ut intelligamus secreta cœli. ¶ Viscerũ. per extipitiũ. ¶ Fragor mundi. cœli tonitrua. ¶ Semitá. uiam longum cũ cauda: per circuitioné dicit cometá. ¶ Ora cuius. cuius oracula. ¶ Ingé ti mercede. qui iphigeniá ꝓpriam filiam immolare uoluit: quæ postea trãslata é in taurica regione ¶ Iubeat. an polixena mactetur. ¶ Dant. respondens calchas dicit uirginé esse mactandá: cum dii cõcedãt nobis reditum eo pacto quo uenimus ad troiam. s. humano sanguine. ¶ Iugari. cõiugari eo ornatu quo mulieres thesalie ducũtur ad maritũ: ita polixena debet duci ad bustum achillis. ¶ Ionides nurus. mulieres de ionia: quæ græcoꝝ est regio: atq; colonia in extremitate minoris asie uersus nos: ut scribit pomponius. media inter cariam & eoliá: accepitq; nomen a duce Ionio athenienſi qui coloniá deduxit asiam teste uitruuio libro. iiii. architeture. ¶ Pirrhus. manu pirrhi debet mactari. ¶ Hæc una. hæc sola non est cá nostri impedimenti: sed supereſt unus filius hectoris mactádus priusq; discedamus. ¶ Hectoreus. astyanax filius hectoris. ¶ Oppetat. moriatur.

Et im. Inducitur chorus mulieꝝ troianorum qui audiuit polixenam eé mactandá ad placandos manes achillis: unde dolens negat animá posse aparare uiuentibus: qđ illa moriente corpore simul cũ eo moritur: & est opinio epicureoꝝ quæ falsa est. Versus est asclepiadeus. ¶ Verum. petit an sit uerum ꝙ appareat aía post mortem. ¶ Timidos. quibus uidetur esse qđ non est quod fit ꝓpter timorem. ¶ Conditis. sepultis. ¶ Oculis. consuetudo antiquorũ erat: ut ꝓximior clauderet oculos mortuo: ut Oui. in penelope testatur. ¶ Solibus. luci: quia ultima die perdunt lucem. ¶ Prodest. nõ est opus mactare in exequiis more antiquorũ animam. i. hominem uiuentem. ¶ Nulla pars. quãdo combustũ est cadauer anima quoq; cõsumitur. ¶ Spiritus. uita nostra. ¶ Nudũ. corpus positum in rogo. ¶ Pegaseo gradu. celeri passu: ná pegasus equus alatus fuit uelocissimi cursus: dicit credo ꝙ oía quæ sunt in oriente & occidente cito moriantur. ¶ Quo bissena. duodecim signa: ut illa faciũt cursu suum ita cito transita uita nr̃a. ¶ Turbine cursu. accelerato. ¶ Dominus. sol princeps stellaꝝ a quo oía sumunt lucé. ¶ Hecate luna. ¶ Obliquis. hét obliquũ cursum ꝓ zodiacũ: nec hét splendoré nisi per solé obliquũ: ut euitet terram. ¶ Flexibus. flexionibus. ¶ Lacus. per circuitioné dicit stygiá paludé ꝓ quã iurãt dei. ¶ Vsq; q semel mortuus é ãplius nõ est. ¶ Vt calidis. quéadmodũ uáescit fumus & nubes ĩ aere: ita & spiritus noster moriente corpore. ¶ Arctoi. uéti septentrionalis.

Potẽram domare: sed mẽus captis quoq;
Scit parcere ensis: potius interpres deum:
Calchas uocetur: fata si poscunt dabo.
Tu qui pelasge uincula soluisti rati:
Morasq; belli: arte qui reseras polum.
Cui uiscerum secreta: cui mundi fragor.
Et stella longa semitã flamma trahens:
Dat signa fati: cuius ingenti mihi
Mercede constant ora: quid iubeat deus
Effare calcha: nosq; consilio rege.
Cal. Dant fata danais quo solẽt præcio uiã.
Mactanda uirgo est thessali busto ducis:
Sed quo iugari thessale cultu solent.
Ionides ue uel myceneæ nurus.
Pyrrhus uxorẽ parenti tradat suo:
Sic rite dabitur: nõ tamen nostras tenet,
Hæc una puppes causa nobilior tuo
Polixena cruore debetur cruor.
Q uẽ fata querunt dura reclusus cadat:
Priami nepos hectoreus & lætũ oppetat.
Tum mille uelis impleat classis freta.

Chorus.

Verum an timidos fabula decipit:
Vmbras corpibus uiuere conditis.
Cum cõiunx oculis imposuit manũ
Supremusq; dies solibus obstitit.
Et tristes cineres urna cohercuit.
Non prodest animam tradere funeri.
Sed restat miseris uiuere longius.
An toti moriamur: nullaq; pars manet:
Noster cum profugo spiritus halitu
Immixtus nebulis cessit in aera:
Et nudum tetigit subdita fax latus:
Q uicquid sol oriẽs: quicquid & occidẽs
Nouit: ceruleus oceanus fretis
Q uicquid uel ueniens uel fugiens lauat
Aetas pegaseo corripiet gradu.
Q uo bissena uolant sidera turbine
Q uo cursu ꝓperat: secula uoluere
Astrorum dominus: quo properat modo
Obliquis hæcate currere flexibus:
Hæc omnes petimus fata: nec amplius
Iuratos superis qui tetigit lacus
Vsq; est: ut calidis fumus ab ignibus
Vanescit: spatiũ per breue: sordibus
Vt nubes grauidas quas modo uidimus:
Arctoi boreæ dissipat impetus.
Sic hic quo regimur spiritus effluet.

Post mortē nihil est:ipsaq3 mors nihil.
Velocis spatii meta nouissima.
Spem ponant auidi,solliciti metum:
Quæris quo iaceas post obitum loco:
Quo non nata iacent.
Tempus nos auidum deuorat & chaos.
Mors indiuidua est noxia corpori.
Nec parens animæ:trenara,& aspero
Regnum sub domino limen:& obsidens
Custos:non facili cerberus hostio.
Rumores uacui:uerbaq3 inania.
Et par sollicito fabula somnio.
Actus.iii. Andromacha:Senex Vlyxes.

Andro.loquitur. manē

Q Vid mœsta phrygie turba laceratis
Miserūq3 tunsæ pect̄:effuso genas
Fletu rigatis:leuia perpessæ sumus
Si flenda patimur:ilium uobis modo:
Mihi cecidit olim:cum ferus curru incito
Mea mēbra raperet:&graui gemeret sono
Peliacus axis pondere hectoreo tremens.
Tunc obrupta atq3 euersa troia cecidit.
Torpens malis rigens sine sensu feror.
Iam erepta danais cōiugem sequærer meū
Nisi hic teneret:hic meos animos domat
Moriq3 prohibet:cogit aliquos deos:
Adhuc rogare:tempus erumnæ addidit.
Hic mihi malorū maximū fructū abstulit.
Nihil temere:prosperis rebus locus
Ereptus omnis:dira qua uenient habent.
Miserrimum est timere:cum speres nihil.
Se.Quis te repens cōmouit afflictā metu:
An.Exoritur aliqd maius ex magno malū:
Nundum ruentis ilii,fatum stetit.
Se.Et quas reperiet:ut uelit clades deus
An.Stigii,pfundi claustra:& obscuri spec̄
Laxantur:& ne desit euersis metus:
Hostes ab imo conditi tumulo exeunt.
Solis in retro peruium est danais iter:
certe eq̄ mors ē:turbat atq3 agitat phrygas.
Communis istē terror:hic ,pprie meum
Exterret animum:noctis horrende sopor:
Se.Quæ uisa portāt:effer ī mediū metus.
An.Partes fere nox alma transierat duas:
Clarumq3 septem uerterant,stelle iugum:
Ignota tandem uenit afflictæ quies:
Breuisq3 fessis somnus obrepsit genis.
Si somnus ille est mentis attonitæ stupor.

ptentrionalis. ¶ Spacii.uitæ nostre uelociter currentis. ¶ Meta.ultimus terminus. ¶ Auidi.cupidi moriendi qui putant se post mortem ire ad fœlicitatem nihil inueniēt. ¶ Solliciti.anxii q timēt pœnas non est opus cum nihil sit post mortem. ¶ Queris.ubi eris priusquā esses natus.ſ. nusquā. ¶ Chaos confusio elementorum:oīa dissoluūtur in principia sua. ¶ Indiuidua.non separatur mors ut faciat partē hominis uiuere partē mori. ¶ Trenara.specū apud lacedemonem ubi dicebatur discensus ad inferos:noli credere q̄ sit ifernus: nec iudex inferni:nec cerberus custos qa sunt fabule. ¶ Vacui.fama sine effectu. ¶ Somnio. quēadmodum somnias aliquod malū quod te sollicitat deinde nihil reperis: Vnde credendum non est animam achillis apparuisse.

Parens

Q Vid mœsta. Hic ē tertius actus ubi andronache comitata a sene pp pudorem arguit chorum mulierū plorantium qđ potius moriantur quā uiuant in tātis miseriis: unde dicit iam dudum interfecissem me quādo uidi hectorē mortuum:sed amor filii mei prohibet. ¶ Vobis. nunc troia uobis est destructa. Mihi autem quando hector fuit mortuus ex eo tempor̄ putaui me captam. ¶ Ferus axis.crudelis currus achillis quo tractus ē hector mortuus ter circum mœnia troiana. ¶ Mea membra.i. Hectorem maritum meum. Nam tunc putabā me trahi. ¶ Sono.strepitu pp pondus. ¶ Torpēs.ecce illud qđ dicit leuia qā non debent tantum flere:ipsa doleo plusquā uos: & non lachrimor:sed stupeo. ¶ Torpens. ,pter dolorem stupens. ¶ Rigens.quasi res congellata. ¶ Erepta.non essem in manu græcorū: sed mortua sequerer maritū meū:nisi hic.ſ.filius meus teneret. ¶ Erūne.miserie. ¶ Hic mihi.solent summa mala facere securū qui oīa passus nihil timet: sed filius meus eripit mihi istū fructum quod non mihi.sed ipsi timeo. ¶ Prosperis.nō habemus aliquam spem boni:sed mali. ¶ Dira.aduersa. ¶ Habent.ſ.uiā qua ueniant ad nos. ¶ Exoritur timeo quod uideo aliud maius malum nobis impēdere quā habuimus:quia fatū ruentis ilii adhuc non stetit.i.firmatū est. ¶ Vt uelit.quāuis deus uelit dare nobis maiora mala nō posset reperire. ¶ Stigii laxantur.aperiuntur claustra inferni & surgunt anime quæ sanguinem nostrū petant. ¶ Solis danais. est ne cōcessum solis græcis redire ab inferis magis quam marito meo: & aliis. ¶ Equa.equalis. ¶ Terror.omnibus troianis hic terror est qđ surgant græci:ad petendum sanguinē sed me turbāt uisa noctis. ¶ Phrygas.troia nos. ¶ Partes. explicat andromache uisa:dicens qđ uidit hectorem laceratum qui monebat ut filium astianata occultaret quæ res ipsam sollicitam facit. ¶ Septem stelle.quæ faciunt plaustrum ut supra diximus. ¶ Iugum.temonem manet in similitudine plaustri. ¶ Ignota quies. quia non solebant dormire. ¶ Obrepsit genis. oculis,clam uenit.

¶ Ideis. ſumptis de ida ſilua quando combuſit naues græcorum. ¶ Vera. arma achillis quibus erat indutus patroclus: unde dicit achille ſimulato. qa iuuenis magni animi ſumpſerat arma achillis: ut incuteret terrorem troianis: & illum hector occidit: armiſq; ſpoliauit. ¶ Similis noſtro. ita triſtis quemadmodum eſt meus. ¶ Iuuat. licet fuerit iſta ſqualidus iuuat tamen me uidiſſe. ¶ Mihi gelidus. cum uidiſſem umbrã mariti: ſubito cœpi tremere quod malum erat ſignum. unde oblita filii: illũ ſolum quærebam: ſed nõ completi potui. ¶ O nate. andromache cõmiſerans nato loquitur de ſpe illius qui pergama poſſet reſtituere ſi ſuperſtes fuerit: ſed ubi occultet eum non eſt locus in urbe tã dirupta: tandem ueniens ad ſepulchrum patris hectoris in eo occultare ſtatuit illum. ¶ Diſſipans. ſpargẽs habebat collum latum & crinet ſuper inſuſos. ¶ Sero. tarde. ſi eſſes adultus & magnus poſſes defendere patriam. ¶ Matri cito. quia ſi non eſſes adhuc natus non haberem hanc calamitatẽ. ¶ Recidiua. renaſcentia uidebo ne illud tempus quo reſtituas troiam. ¶ Vota. magnum é uotum quod debeas inſtaurare troiam: ſed tãtum orabo ut poſſimus uiuere: quod ſatis debet eſſe captis. ¶ Timori meo. filio pro quo timeo. ¶ Arx. ſolebamus habere arcem potẽtiſſimam conſtructam ab apolline & neptuno quæ nũc eſt uerſa in cineres. ¶ Fraudi occultationi filii mei eligam. ¶ Parens. priamus pater hectoris. ¶ Non auarus. qui uoluit facere magnificum tumulum in memoriã luctus filii ſui hectoris. ¶ Credam. committã ad cuſtodiam patri hectori. ¶ Omen. ſignum mortis filio meo quem uolo occulere in ſepulchro. ¶ Feralis. dicati morti. ¶ Hæc cauſa. ſi crederent ipſum mortuum eſſe non quærerent: & ipe eſſet tutus. ¶ Credi periſſe. qd' crederent aliqué mortuũ. ¶ Vix. nulla é ſpes occultationis apud ſupos.

Cũ ſubito noſtros hector ante oculſs ſtetit.
Non qualis ultro bella in argiuos ferens:
Graias petebat facibus idæis rates.
Nec cæde uaſta qualis in danaos furens:
Vera ex achille ſpolia ſimulato tulit.
Non ille uultus flammeũ inſendẽs iubar.
Sed feſſus ac deiectus: & fletu grauis
Similiſq; noſtro: ſqualida obtectus coma:
Iuuat tamẽ uidiſſe: tum quaſſans caput.
Depelle ſomnos inquit: & natum eripe
O fida coniunx: lateat hæc una eſt ſalus.
O mitte fletus: troia quia cecidit gemi:
Vtinam iaceret tota: feſtina amoue
Q uocunq; noſtræ paruulã ſtirpẽ domus
Mihi gelid⁹ horror ac trẽor ſomnũ excutit
Oculoſq; nunc huc pauida nũc illuc ferẽs:
Oblita nati miſera quæſiui hectorem.
Fallax per ipſos umbra amplexus abit.
O nate magni certa progenies patris
Spes uita phrygibus unica afflicte domus.
Veteriſq; ſoboles ſanguinis nimiũ inclyti
Nimiumq; patri ſimilis: hos uultus meos
Habebat hector: talis inceſſu fuit.
Habituq; talis: ſic tulit fortes manus.
Sic celſus humeris: fronte ſic torua minax:
Ceruice fuſam diſſipans lata comam.
O nate ſero phrygibus: matri cito.
Erit ne tempus illud ac fœlix dies.
Q uo troici defenſor & uindex ſoli.
Recidiua ponas pergama: & ſparſos fuga
Ciues reducas: nomen & patriæ ſuum
Phrygibuſq; reddas: ſed mei fati ímemor
Tã magna timeo uota, quod captis ſat eſt
Viuamus: heu me quis loc⁹ fidus meo
Erit timori: qua ue te ſede occulam:
Arx illa pólens opibus & muris deum
Gentes per omnes clara & in uidiæ capax.
Nũc puluis altus: ſtrata ſunt flãma omnia:
Supereſtq; uaſta ex urbe ne tãtum qdem
Q uo lateat ífans: quẽ locũ fraudi legam:
Eſt tumulus ingens cõiugis cari ſacer:
Verendus hoſti: mole quẽ immenſa parẽs
Opibuſq; magnis ſtruxit: in luctus ſuos
Rex non auarus: optime credam patri.
Sudor per artus frigidus totos cadit.
Omen tremiſco miſera feralis loci.
Se. Hæc cauſa multos una ab íteritu arcuit
Credi periiſſe. uix quicq; ſpei eſt ſuper

¶ Nobilitas.

Graue põdus illũ magna nobilitas premit.
Se. Ne prodat aliquis: amoue teſtes doli.
An. Si q̃ret aliquis. Se. Vrbe in euerſa pit
An. quid ꝓderit latuiſſe rediturο ĩ manꝰ:
Se. Victor feroces impetus primos habet:
An. quid qđ latere ſine magno metu neqt
Se. Miſer occupet præſidia: ſecurus legat:
An. Quis te locus quæ regio ſeducta: ſuia:
Tuto reponet: quis feret trepidis opem
Quis proteget: qui ſemper, etiã nunc tuos
Hector tuere: coniugis furtum pie
Serua: & fideli cinere uicturum excipe.
Succede tumulo nate: quid retro fugis:
Turpeſq3 latebras ſpernis: agnoſco ĩdolẽ,
Pudet timere: ſpiritus magnos fuge
Animoſq3 ueteres: ſume quos caſus dedit.
En intuere turba quæ ſumus ſuper
Tumulis puer captiua cedẽdum eſt malis:
Sanctas parentis conditi ſedes age
Aude ſubire: fata ſi miſeros iuuant
Habes ſalutem: fata ſi uitam negant
Habes ſepulchrũm.
Se. Clauſtra commiſſum tegant
Quem ne tuus producat ĩ medium timor
Procul hinc recede: teq3 diuerſam amoue.
An. Leuius ſolet timere qui propiꝰ timet:
Sed ſi placet referamus hinc alio pedem.
Se. Cohibe parũp ora: queſtuſq3 opprime.
Greſſꝰ nefãdos dux cephalonũ admouet.
An. Dehiſce tellus: tuq3 coniunx ultimo
Specu reuulſam ſcinde tellurem: & ſtygis
Sinu profundo conde depoſitum meum.
Adeſt ulyxes: & quidem dubio gradu.
Vultuq3 nectit pectore aſtus calidos.
Vli. Dure miniſter ſortis: hoc primũ peto
Vt ore q̃uis uerba dicantur meo:
Nõ eſſe credas noſtra: graiorum omnium
Procerũq3 uox ẽ: petere quos ſeras domos
Hectorea ſoboles, ꝓhibet: hãc fata expetũt:
Sollicita danaos pacis incerte fides
Semper tenebit: ſemper a tergo timor
Reſpicere coget: arma nec poni ſinet.
Dũ phrygibus animos natus euerſis dabit
Andrõache. an. ueſter augur hec calcas cãit
Vli. Et ſi taceret augur hoc calchas: tamen
Dicebat hector cuius & ſtirpem horreo:
Generoſa in ortus ſemina exurgunt ſua.
Sic ille magni paruus armenti comes

¶ Nobilitas. quæ ipſum nõ dimittit occultari: nã principes apud omnes cognoſcuntur. ¶ Amoue. uade ſola ut nullus ſciat. ¶ Vrbe. dicito ꝙ mortuus eſt in euerſione urbis. ¶ Quid proderit. ſi nũc occulto ipſum quãdo diſcedam non dimittam eũ ad quid. igitur occulto ſi oĩno uenturus eſt in manus hoſtium. ¶ Victor. eſt ferotior in primo ĩpetu deinde remittit iras. ¶ Quid quod. ſi bene occulto eũ ero ſemper in timore. ¶ Miſer. qui habet fortunam ꝓpitiã põt facere quod uult qui habet aduerſam faciat qđ poteſt. ¶ Securus. qui hẽt tps eligendi quod uult. ¶ Occupet. accipiat qđ affertur. ¶ Quis te. diſcedens andromache ad occultandum filium cũ eo loquitur. ¶ Seducta. ſeparata. ¶ Inuia. remota. ¶ Furtũ. filiũ furtim occultatum. ¶ Victuꝝ. ſ. filius. ¶ Succede. ingredi intelligendũ eſt quod aperto ſepulchro uolebat filiũ introducere & ipſe nolebat intrare. ¶ Pudet timere. ſcio qđ habes animoſitatem paternã & nõ uelles timere: ſed opus eſt qđ deponas iſtos ſpiritus: & inſpicias caſus noſtros. ¶ Intuere. conſidera ꝙ ſumus adeo pauci & nihil reſtat niſi tumuli de patria noſtra quare oĩa alia ſunt dirupta. ¶ Cedendum. oportet facere ut poſſumus in tantis malis. ¶ Conditi. ſepulti: ſi dii dabunt tibi fauorem habebis uitã: ſi erunt contrarii ad minus habebis ſepulchrum. ¶ Clauſtra. puer intrauit ſepulchrum: unde ſenex dicit recede mater ne tu prodas ipm hoſtibus tremore tuo. ¶ Diuerſam. ſemotã a loco iſto. ¶ Leuius. ẽ melius ut remaneam ibi: quia preſentes non timent niſi quæ uidẽt: abſentes autem omnia timent. ¶ Propius. uicinius. ¶ Referamus pedem. recedamus ſi uis. ¶ Cohibe. cũ ſenex uidiſſet ulixem uenientẽ ad quærẽdum puerum: dicit illi tace. ¶ Cephalonum. populi cephalonie quæ inſula eſt in ionio mari: teſte Pli. lib. iiii. hæc menela. quondam dicebatur: fuitq3 ſub ulixis imperio. ¶ Admouet appropinquat. ¶ Dehiſce tellus. rogat tacita andromache ut terra apiat ſe: & maritum ſuum ut accipiat filium ad inferos ne ulixes reperiat eum. ¶ Cõde. occulta. ¶ Depoſitum. filium meum quem depoſui in ſepulchro & credidi tibi. ¶ Dubio. quãdo quis uadit cogitabũdus nõ continuo gradu ambulat. ¶ Aſtus. aſtutias magnas inuenit ꝙ apparet in uultu eius. ¶ Dure. loqtur Vlixes excuſando ſe andromache ꝙ ſi petit filiũ ſuum: id facit nõ ſpõte: ſed mãdato græcorum. ¶ Sortis. qa electus ſum ad id a græcis. ¶ Vt ore. licet dicã iſta uerba: non credito eſſe mea: ſed oſum græcoꝝ qui nõ diſcedent niſi prius habuerint filiũ hectoris. ¶ Seras. tardas qui' manſerunt apud troiam per decẽ annos. ¶ Hãc. ſobolẽ filiũ tuum. ¶ Sollicita fides. qui nunq̃ credent ſe tutos eſſe ſi ſuperet proles hectoris quæ patrẽ & patriã ulciſci poſſit. ¶ Natus. filius tuus faciet aĩos troianis reſtituendi troiam: græci nunq̃ erunt ſecuri. ¶ Calchas. prædixit uobis hoc fatum augur ueſter. ¶ Dicebat. uidebatur dicere demonſtrando uirtutem ſuam qualem puto futuram filii ſui ſi uixerit. ¶ Generoſa. põit aliquas ſimilitudines quibus probat filium hectoris patri ſimilẽ futurum.

¶ Scindés.qui nūdum emiſit cornua. ¶ Comes. uitulus ſequens armentum. ¶ Quæ tenera. alia ſimilitudo. ¶ Matri.arbori de qua, fuit ipſa uirga inciſa. ¶ Subit creſcit. ¶ Nemus.copiam ramoꝝ. ¶ Sic male.alia ſimilitudo:facto incēdio niſi ignis bene extinguatur:iterum accenditur. ¶ Eſt quidem. cognoſcimus hoc non eē equum: ſed dolor & timor futuri cogit nos hoc facere. ¶ Exigas. ſi tu conſideres factum iſtud dabis nobis ueniā qui timemus iterum reuerti ad bella quibus defatigati fuimus per decem annos & totidem menſes. ¶ Iacentem.nunq̄ putant ſatis eſſe deſtructā troiam:quia illam pullulare poſſe credūt. ¶ Hector. filius tuus futurus alius hector. ¶ Libera.ſ.dando filium tuum. ¶ Deductas.paratas ad nauigandū: quia propter illum reſtamus. ¶ Heret.ſtat firma. ¶ Horreſtem.filiū agāmennonis:noli putare me crudelem ſi iſto modo peto filium tuū:nam ſi tuliſſet ſors ita petiuiſſem filium agammennonis. ¶ Patere.habeas patientiam q̄ filius tuus occidatur:q̄ uictor ideſt agāmennon tulit quādo paſſus eſt filiam iphigeniam in aulide inſula Diane īmolari. ¶ Vtinam. neſcio ubi ſit filius meus utinam eſſet in poteſtate mea ſcirem ad minus quis caſus mihi illum eriperet. ¶ Confoſſa.figurate per cōſtructionem græcam. ¶ Perſtricta. manus aſtrictas. ¶ Cinta.ſi eſſem circundata flāmis nunq̄ fallerem fidem matris erga filium:nec eum proderem:ſed o filii neſcio ubi ſis:an ſis inter ſiluas errabundus an ſepultus in cinere patrie. ¶ Luſit.quia eras ita paruus ut quaſi ludibrio te occiderit ſine labore. ¶ Fere.aut eſt laniatus ab aliqua fera īida ſilua. ¶ Simulata.ulixes flectit ſermonē dicens ſcito andromache te non poſſe ,decipere ulixem & habet emphaſim quaſi aſtutum hominem:inueni achillem occultatum etiam a matre dea. ¶ Caſſa. uana. ¶ Vbi hector.credo quod ſit mortuus ſicut alii. ¶ Vnum quæris.unicum filium meū ego demonſtro ubi ſunt omnes. ¶ Coacta.minatur Vlixes. ¶ Admota.uicina: quando uidebis uicinam mortē & tormenta nō habebis iſta uerba. ¶ Vitā ſi uis me cogere dicito me uiuere: q̄ cupio mori. ¶ Adiget.cōpellet. ¶ Neceſſitas.q̄ magnā hēt ui.

Primiſq3 nundum cornibus findens cutē:
Ceruice ſubito celſus & fronte arduus:
Gregem paternū ducit ac pecori imperat.
Q uæ tenera ceſo uirga de trunco ſtetit:
Par ipſa matri tempore exiguo ſubit:
Vmbraſq3 terris reddit:& cœlo nemus:
Sic male relictus igne de magno cinis
Vires reſumit:eſt quidem iniuſtus dolor
Rerum eſtimator:ſi tamen tecum exigas
Veniam dabis:quod bella poſt ānos decē
Totidemq3 mēſes iam ſenex miles timet.
Aliaſq3 clades rurſus:ac nunq̄ bene
Troiam iacentē:magna res danaos mouet
Futurus hector:libera nos hoc metu.
Hæc una naues cauſa deductas tenet.
Hic claſſis hæret:neue crudelem putes
Q uod ſorte iuſſus hectoris natum petā.
Petiſſem horreſtē:patere q̄d uictor tulit;
An.Vtinā q̄dē eſſes nate materna ī manu
Noſcemq3 qūis te caſus ereptum mihi
Teneret:aut quæ regio:non hoſtilibus
Confoſſa telis pectus:aut uinclis manus
Secantibus perſtricta:non acri latus
Vtrumq3 flamma cincta:maternā fidem
Nunq̄ exuiſſem:nate quis te nunc locus
Fortunaq3 poſſedit:errore auio
Vagus arua luſtras: uaſtus an patrie uapor
Corripuit artus:ſæuus an uictor tuo
Luſit cruore:nunquid immanis feræ
Morſu peremptus paſcis ideas aues
Vl.Simulata remoue uerba:nō facile ē tibi
Decipere ulyxem:uicimus matrum dolos
Etiam dearum:caſſa conſilia demoue.
Vbi natus eſt?
An.Vbi hector?ubi cuncti phryges?
Vnum queris:ego quero oīa:ubi priamus?
Vli.Coacta dices:ſponte quæ fari abnuis.
An.Tuta eſt:perire quæ debet:pōt cupit.
Vli.Ma.uerba mors,ppe admota excutit.
An.Si uis ulyxe cogere andrōachā metu:
Vitam minare:iam uotum eſt mori mihi.
Vli.Verberib⁹:igne:morte: cruciatu:eloq̄
Q uōcunq3 celas adiget inuitam dolor
E pectore īmo condita arcana eruet.
Neceſſitas plus poſſe quam pietas ſolet:
An.Propōe flāmas uulnera & diras mali
Doloris artes:& famem& ſeuam ſitim
Variaſq3 peſtes undiq3 & ferrū inditum.

¶ Stulta

Viſceribus uſtis:carceris cæci luem:
Et quicquid audet uictor iratus tumens:
Vli. Stulta eſt fides celare qđ ꝑdas ſtatim:
Animoſa nullos mater admittit metus.
Hic ipſe quo nunc cõtumax perſtas amor:
Conſulere paruis liberis danaos monet:
Poſt arma tam longinqua poſt ānos decẽ:
Minus timerem quos facis calchas metus
Si mihi timerem:bella telemacho paras.
An. Immiti ulixi gaudiũ ac danais dabo:
Dandũ ẽ:fauere quos premis luctus dolor
Gaudete atride:tuq3 letifica ut ſoles
Refer pelaſgis:hectoris proles obiit.
Vli. Et eẽ uerũ hoc:qua ꝑbas danais fide:
An. Ita qđ minari maximũ uictor poteſt
Contingat & maturo me fata exitu
Faciliq3 ſoluant:ac meo condant ſolo.
Et patria tellus hectorem leuiter premat.
Vt luce caruit:inter extinctos iacet.
Datuſq3 tumulo debita exanimis tulit:
Vli. Expleta fata ſtirpe ſublata hectoris:
Solidamq3 pacem lætus ad danaos feram.
Quid agis ulixe:danai credent tibi:
Tu cui parenti:fingit an quicquã parens:
Nec abominande mortis auſpitiũ pauet.
Auſpitia metuunt qui nihil maius timent.
Eidem alligauit iureiurando ſuam.
Si peierat timere quid grauius poteſt:
Nunc aduoca anime nunc fraudes dolos
Et totum ulyxem:ueritas nunq̃ latet.
Scrutare matrẽ:mœret illachrimat gemit
Sed huc & illuc anxios greſſus refert.
Miſſaſq3 uoces aure ſolicita excipit.
Magis hæc timet q̃ mœret:ĩgenio opus eſt
Alios parentes alloqui in luctu decet:
Tibi gratulãdũ eſt miſcra qđ nato carẽs:
Quẽ mors manebat ſæua:præcipitẽ datũ
Et turre lapſis ſola quæ muris manet.
Reliquit aĩus membra quatiuntur labant.
Torpet q3 inuitus frigido ſanguis gelu.
En timuit hac hac parte quærẽda eſt mihi:
Matrem timor detexit:iterabo metum.
Ite ite celeres:fraude materna abditum
Hoſtem pelaſgi nominis:peſtem ultimã
Vbicũq3 latitat:eruptam in medium date:
Bene eſt tenetur perge:feſtina attrahe
Quid reſpicis trepidaſq3:iam certe perit:
An. Vtinã timerẽ:ſolit⁹ ex lõgo eſt metus

¶ Stulta fides. ſtultum eſt occultare quod ſtatim ꝑdere cogaris. ¶ Hic ipſe. quod tu mater animoſa non uideris timere:ſignum eſt quod filius tuus uiuit:& quẽadmodum times pro eo:doces græcos timere pro ſuis. ¶ Perſtas. cõtumax pertinax perſeueras. ¶ Si mihi. ſi malum eſſet uenturũ tantum in me nõ adeo timerem quemadmodũ pro filio meo telemacho. ¶ Paras. denuncias o calcas. ¶ Immiti. denunciat gaudium græcis dicens filiũ ſuum eſſe mortuum. ¶ Qua fide. quo teſte probas eſſe mortuum. ¶ Ita. poſſem ita mori ego ſicut mortuus eſt filius meus. ¶ Meo ſolo. ut ſepeliar in mea terra priuſq̃ rapiar in græciam. ¶ Leuiter. non grauet. id ſolebat mortuis optari. ¶ Luce. in obſcuritate:nõ uult dicere uita. ¶ Exanimis. mortuis. ab exanimus:ma. mum. ¶ Quid agis:uolens diſcedere ulixes conuertit ad ſe ipſum qđ facis:credis ne hoc. ¶ Cui. ſ. credis quaſi matri quæ iuraret falſo amore filii. ¶ Fingit. mater quæ nõ timet mortẽ pro filio nec timebit fingere & falſa iurare. ¶ Auſpiciũ. denunciationẽ & minas mortis. ¶ Grauius. quaſi dicat nihil. ¶ Nunc. quando ita eſt o anime mi aduoca & adhibe omnes aſtutias tuas:ut ſcias ueritatem. ¶ Totum ulixem. quaſi dicat omnia quæ nouit ulixes. ¶ Mœret. hcc ſunt ſigna q̃ filius uiuit. ¶ Timet. de malo futuro quod nõ curaret ſi filius eẽt mortuus. ¶ Ingenio:oportet ĩgenioſe elicere ueritatẽ: unde dicit debemus conſolari alios parentes orbatos filiis: ſed tibi eſt gratulandum quod filius tuus mortuus ſit quem mors tam ſeua manebat:ſtatuerãt græci illũ præcipitare ex turre quæ ſola ſupereſt de ruina troie tunc mater concuſſa eſt tremore:quod uidẽs ulixes intra ſe dicit filius uiuit ſunt ſigna euidẽtia: & ut certius uideat utitur alia aſtutia. ¶ Inuitus. quare nollet tamen indicat. ¶ Quærenda. examinãda hac parte. ſ. timoris. ¶ Ite ite. uocat famulos & fingit illum ſe reperiſſe. ¶ Eruptã. ex tenebris extractam. ¶ Tenetur. iam iuuentus eſt. ¶ Quid reſpicis. dicit ulixes andromache. ¶ Vtinã. eſſet uerũ q̃ haberẽ cãm timẽdi q̃ filius meus eſſet uiuus

¶ Dediſcit.obliuiſcitur illa quæ diu didicit non facile deponit. ¶ Luſtrale.ſacrum purgatoriũ:poſtquam mortuus eſt filius meliore morte q̃ dicebat calcas qui dicit:q̃ ſaltem ſpargamus cineres hectoris per mare ſi non poſſumus habere illius filium ¶ Debitũ muris.qui debebat deici de turri. ¶ An teceſſit. quia prius mortuus eſt. ¶ Si placet. mitiget mare. ¶ Nunc.poſtq̃ filius tuus fugit hác mortem:incipiamus diſturbare ſepulchrum hectoris. ¶ Admouenda. appropinquanda ad deſtructionem tumuli. ¶ Sacris ſedibus.ſepulture hectoris. ¶ Quid agimus.dubitat andromache utrum potius prodat filium:aut ſinat cineres Hectoris diſpgi:& dirui ſepulchrum:demum ſtatuit ſeruare filium: & intra ſe ita loquitur. ¶ Diſtrahit.in duas partes trahit. Non aliud.nil aliud placet mihi in filio niſi quod eſt imago tua:uideor uidere te mari tum meum quando uideo.eum. ¶ Referre. repreſentare. ¶ Proruptus.loqtur pro alia parte mariti:& ita diuerſa trahebatur. ¶ Poteris.nunc loquitur pro filio. ¶ Faſtigia.ſummitates turris. ¶ Rotari.uolui. ¶ Potero.reſpondet ſibiipſi. ¶ Poſt fata.poſt mortem. ¶ Hic ſuá.loquitur pro filio: filius meus uiuit & ſentiet mala:hector autem mortuus nihil ſentiet. ¶ Tuto.quia nil poteſt ſentire. ¶ Quid fluctuaris. quid dubitas tã diu. ¶ Statue. delibera. ¶ Pene.ad pœnam. ¶ Extrahas.uel filium uel maritum. ¶ Ingrata.de marito quem tantum amabas. ¶ Erras.reſpondet ſibiipſi in filio ẽ hector & magiſq̃ in ſepulchro unde melius eſt illum ſeruare. ¶ Anime.ad ſeipſam dicit:nam ſperabat ſe poſſe ſeruare filium ſi daret cineres ſpargendos. ¶ Peragam.complebo quod dicit calcas ¶ Vendidiſtis.nã priamus corpus hectoris ſepulture dandum emit ab achille:ut Virgi.in.ii. ænei, Exanimũq̃ auro corpus uendebat achilles. ¶ Pirrhe.uocat & deos & pirrhum filiũ achillis ut tueatur ſepulchrum hectoris a patre ſuo dati priamo ¶ Fuerat.adhuc græci nõ uiolaſtis ſepulchra: ſed modo uiolabitis quẽadmodum templa ex quibuſ rapuiſtis palladium:unde dicit deos fauentes.i.ipſam palladem in cuius templo etiam caſſandra fuit uiolata ab aiace oileo. ¶ Tranſierat.quare nundum uiolauerat. ¶ Reſiſtam.obſtabo inermis cõtra armatos interrogatiue. ¶ Ira.cupiditas uindicte:ero talis ut fuit pẽtheſelea uel menas ſacerdos bacchi furioſa. ¶ Entheo.denunciante futura:dicuntur enthei hoc eſt deo pleni qui oracula præbebant. ¶ Deo.ideſt baccho. ¶ Expers ſui.carens mente ſua nec ſentiens quid faciat: ſic irruam in iſtos diruentes ſepulchrum & ſimul cadam ideſt moriar cum marito meo. ¶ Ceſſatis.loquitur uli xes ad famulos ſimulans uelle diruere ſepulchrũ.

Dediſcit animus ſero quod didicit diu:
Vli. Luſtrale quoniã debitum muri puer
Sacrum anteceſſit:nec poteſt uatem ſequi
Meliore fato raptus:hoc calcas ait
Modo piari poſſe redituras rates:
Si placet undas hectoris ſparſi cinis:
Ac tumulus imo totus equetur ſolo.
Nunc ille quoniam debitã effugit necem:
Erit admouenda ſedibus ſacris manus.
an.qd agim⁹:aĩum diſtrahit gemin⁹ timor
Hinc natus illinc coniugis cari cinis:
Pars utra uincit:teſtor immites deos
Deoſq3 ueros coniugis manes mei.
Non aliud hector in meo nato mihi.
Placere quam te:uiuat ut poſſit tuos
Referre uultus:proruptus tumulo cinis
Mergetur:oſſa fluctibus ſpargi ſinam
Deſiecta uaſtis:potius hic mortẽ oppetat.
Poteris nefande deditum mater neci
Videre:poteris celſa per faſtigia
Miſſum rotari:potero perpetiar feram
Dum non meus poſt fata uictoris manu
Iactetur hector, hic ſuam pœnam poteſt
Sentire:at illum fata iam in tuto locant.
quid fluctuaris: ſtatue quẽ penę extrahas:
Ingrata dubitas:hector eſt illic tuus.
Erras:utrinq3 eſt hector:hic ſenſu potens.
Forſan futurus ultor extincti patris.
Vtriq3 parci non poteſt:quidnam facis:
Serua e duobus anime quem danai timẽt:
Vli. Reſpõſa peragã: funditus buſta eruã.
An. Q uæ uendidiſtis:
Vli. Pergam:& e ſummo aggere
Traham ſepulchra.
An. Cælitum appello fidem:
Fidemq3 achillis pyrrhe genitoris tui
Munus tuere. Vli. Tumulus hic cãpo ſtati
Toto iacebit. An fuerat hoc prorſus nefas
Danais inauſum:templa uiolaſtis deos
Etiam fauentes: buſta tranſierat furor
Reſiſtam ĩermes offeram armatis manus.
Dabit ira uires:qualis argolicas ferox
Turmas amazon ſtrauit:aut qualis deo
Percuſſa mennas entheo:ſiluas gradu
Armata tyrſo terret:atq3 expers ſui
Vulnus dedit nec ſenſit:in medios ruam.
Tumuloq3 cineris ſotia defenſo cadam.
Vli. Ceſſatis:& uos flebilis clamor mouet

¶ Repelle.

Furorq3 caſſus fœminæ:iuſſa otius pĕragite:
An.Me mĕ ſternite hic ferro prius:
Repelle animum:rumpe fatorum moras.
Molire terras hector ut ulixem domes
Velis:umbra ſatis ex:arma concuſſit manu.
Iaculetur ignes:cernitis danai hectorem:
An ſola cerno. Vli.Funditus cuncta erue.
An.Quid agis.ruina mater & natū & uirum
Proſternis una:forſitan damnos præce
Placare poteris:conditum elidet ſtatim
Immane buſti pondus:intereat miſer
Vbicunq3 potius:ne pater'natum obruat
Præmatq3 patrem natus:ad genua occido
Suplex ulixe:quāq3 nullius pedes
Nouere dextram:pedibus admoueo tuis
Miſerere matris:& prĕces placidus pias
Patienſq3 recipe:quoq3 te celſum altius
Superi leuarunt:mitius laſos præme.
Miſero datur quodcunq3 fortunæ datur:
Sic te reuiſitat coniugis ſancte thorus.
Annoſq3 dum te recipit extendat ſuos
Laertes:ſic te iuuenis excipiat tuus.
Et uota uincens ueſtra fœlici indole
Etate auum tranſcendat:ingenio patrem.
Miſerere matris:unicum afflicte mihi
Solamen hic eſt.
Vli.Exhibe natum & roga.

¶ Andromacha loquitur.

Hvce latebris procede tuis:
Flebile matris furtum miſere:
Hic puer:hic eſt:terror ulixe
Mille carinis:ſumitte manus
Dominiq3 pedes ſupplice dextra
Stratus adora:nec turpe puta
Quicquid miſeros fortuna iubet:
Pone ex animo reges atauos:
Magniq3 ſenis iura per omnes
Inclita terras:excidat hector.
Gere captiuum:poſitoq3 genu
Si tua nundum uulnĕra ſentis:
Matris fletus imitare tuæ.
Vidit pueri regis lachrymas
Et troia prior:paruuſq3 minax
Trucis alcidæ flexit priamus:
Ille ille ferox cuius uaſtis
Viribus omnes ceſſere fere.
Qui perfracto limine ditis:
Cæcum retro patefecit iter.

¶ Repelle.ab inferis quid facis hector. ¶ Molire dehiſce terras ut domes ulixē. ¶ Vmbra. ſatis eſt umbra tua ad ſuperandum illum. ¶ Arma.cum eſſet in fantaſia uidetur uidere hectorem. ¶ Erue.deice funditus oĩa. ¶ Quid agis. ſecum loquitur mater melius ē q̄ conuertam me ad præces quam patiar ſepulchrum dirui: ſub quo etiā miſerabiliter peribit filius meus. ¶ Elidet ſuffocabit. ¶ Cōditum.filium meum ſepultum. ¶ Immane.ingens lapis ſepulchri. ¶ Obruat. ne ſepulchrum patris ſit cā mortis filii. ¶ Ad genua occido.cado & p̄ſterno ad genua tua:conſuetudo erat græcoꝝ ſupplicantium tangere barbam & genua. ¶ Admoueo appropinquo manū meam petibus tuis quæ nulli unquā ſupplicauit. ¶ Fortunæ.quicquid dat miſero a potente datur fortune quia & ille in tales miſerias pōt cadere. ¶ Sic te.adiurat eum per res gratas per cōiugem penolopem & lartem patrem & filium telemachum. ¶ Extendat.proroget. ¶ Iuuenis'uincens. telemachus ſuperans uota ueſtra ſit maior uirtute ex excellentia quā optatis. ¶ Patrē.ſ.tranſcendat & ſuperet te ingenio ſuo. ¶ Hic eſt filius aſtyanax ſolus miſeram matrē poteſt ſolari. ¶ Exhibe. ducas filium deinde pete miſericordiam.

Hvce latebris.uerſus ē anapeſticus aptus ad lamētationem.andromache facit exire filiū:rogatq3 ut petat ueniam ab ulixe quod ipſe negat. ¶ Magni ſenis. priami. ¶ Gere captiuum.fac tanquam captiuus. ¶ Si tua.forte ſi non'intelligis malum tuū:imitare'matrem plorantem:nam in miſericordia captanda plurimum ualēt lachrime: quod probat exemplo Priami pueri qui uitam impetrauit ab hercule a quo troia prius fuit capta. ¶ Pueri regis.ſcilicet priāi. ¶ Trucis alcide.herculis aſperi. ¶ Ille ille.habet emphaſim hercules qui omnia monſtra ſuperauit: & clauſtra inferni rupit uictus eſt lachrimis pueri. ¶ Cæcum.obſcurum: nam infernus eſt in centro terre.

o

¶ Dixit.s.hercules. ¶ Suscipe habenas accipe & regna. ¶ Meliore fide. q̃ habuistis. ¶ Hoc fuit bonum capi sub tam mansueto hercule. ¶ Discite.uos græci capite exemplum mãsuetudinis herculis qui irã mutauit. ¶ Sola arma. nõ mansuetudinem uultis imitari:an arma illius sine quibus dicitis troiam nõ potuisse capi. ¶ Supplex.filius meus non inferior illo supplice.s.priamo puero. ¶ Regnum.uadat regnum quocunq; dum uiuat filius meus.

Matris. Versus ẽ trimeter iambicus: respõdet ulixes mouẽt me lachrime tuæ sed magis mouent lachrime græcarũ mulierum quæ filium tuum timent ne crescat ad excidium suũ. ¶ Hic.puer meus poterit ne restituere troiam. ¶ Vana ẽ spes troianorum si esset in isto puero. ¶ lacemus.ita sumus destructi:ut amplius non possimus esse timori alicui. ¶ Ipse pater.diceres timeo ne sit similis patri:credo si ipse uiueret postquam tractus fuit circum muros iliacos deposuisset animũ & audaciam quã frangunt.i.diminuunt mala & aduersa. ¶ Si pœna.si uultis facere magnam uindictam non potestis dare maiorem pœnam quam seruitutem quæ grauissima est regibus. ¶ lugũ.famulare onus seruitutis. ¶ Collo nobili.metaphorice a iumentis qui subiciunt collũ iugo. ¶ Calchas negat.excusat se ulixes hoc non fieri uolũtate sua:sed calchantis. ¶ O machinator furiis accensa Andromache Vlixi insultat accusando illum. ¶ Virtute fortitudine. sed insidiis. ¶ lacent.mortui sunt. ¶ Etiam.pelasgi.græci ut Palamedes qui dolis tuis interfectus est. ¶ Prætendis.opponis ad excusationẽ tuam uatem Calcantẽ:& deos ita uelle. ¶ Nocturne.ad cõemptum ipsius appellat nocturnum militem:quasi furẽ qui de nocte palladium rapuit:& rhesum regẽ thracie sub tẽtoriis interemit. ¶ Solus.sine socio:quia in aliis insidiis habuisti Diomedem socium. ¶ Nõ uacat. nõ est tempus. ¶ Legit.colligit anchoras:quia uolunt discedere. ¶ Misereri.dulci uerbo usus Vlixes dicit utinam esset in potestate mea dimittere tibi filium tuum:sed quod est in potestate mea concedam accipe filium & cõplectere & plora:dolor enĩ lachrymis leuat ut Oui. Expletur lachrymis egeriturq; dolor. ¶ Summum.extremum. ¶ Cui ego. rogabam deos ut posses uenire ad uirtutem patris & ad mediam etatem aui:sed uota mea fuerunt uana.

Hostis parui uictus lachrymis.
Suscipe dixit rector habenas:
Patrioq3 sede celsus solio:
Sed sceptra fide meliore tene.
Hoc fuit illo uictore capi.
Discite mites herculis iras:
An sola placent herculis arma:
Iacet ante pedes non minor illo
Supplice supplex:uitamq3 petit.
Regnũ troiæ quocunq3 uolet:fortuna feret.
Vlixes:andromacha:astyanas:

Vlixes loquitur.

Matris qdẽ me mœror attonite mouet
magis pelasge me tĩ matres mouent
Quarum iste magnos crescit in luctus puer
An. An has ruinas urbis in cinerem datas
Hic excitabit:he manus troiam erigent:
Nullas habet spes troia:si tales habet.
Non sic habemus troes:ut cuiq̃ metus
Possimus esse:spiritus genitor facit.
Sed nempe tractus ipse post troiam pater
Posuisset aĩos:magna quos frangunt mala.
Si pœna petitur:quæ peti grauior potest:
Famulare collo nobili subeat iugum.
Seruire liceat:aliquis hoc regi negat:
Vli. Non hoc ulixes:sed negat calchas tibi
An. O machinator fraudis & scelerũ artifex:
Virtute cuius bellica nemo occidit.
Dolis & astu maleficę mentis iacent
Etiam pelasgi:uatem & fontes deos
Pretendis hoc est pectoris facinus tui.
Nocturne miles:fortis in pueri necem.
Iam solus audes aliquid & claro die:
Vli. Virtus ulixis danais nota est satis:
Nimisq3 phrygibus:nõ uacat uanis diem
Conterere uerbis:anchoras classis legit.
An. Breuem morã largire:d ũ officiũ parens
Nato supremum reddo:& amplexu ultimo
Auidos dolores satio. Vli. Misereri tui
Vtinam liceret.quod tamen solum licet
Tempus moramq3 dabimus arbitrio tuo.
Implere lachrymis:fletus erumnas leuat.
An. O dulce pignus:o decus lapse domus
Summumq3 troie funus:o danaum terror.
Genitricis o spes uana:cui ego demens
Laudes parentis bellicas.annos aui
Medios præcabar:uota destituit deus
Iliaca non tu sceptra regali potens

Gestabis

Geſtabis aula:iura nec populis dabis.
Victaſq3 gentes ſub tuum mittes iugum.
Non graia cædes terga:nō pyrrhum trahens
Non arma tenera parua tractabis manu.
Sparſaſq3 paſſim ſaltibus latis feras
Audax ſequeris:non ſtatuto luſtri die
Solemne referens troici luſtri ſacrum.
Puer citatas nobilis turmas ages.
Non inter aras mobili uelox pede:
Reuocante flexo concitos cornu modos
Barbarica priſco templa ſaltatu coles.
O morte dira triſtius læti genus.
Flebilius aliquid hectoris magni nece
Muri uidebunt. Vli. Rūpe iam fletus parens:
Magnus ſibiipſi non facit finem dolor.
An. Lachrimis ulixe parua q̄ petim⁹ mora ē.
Concede paruos:ut mea condam manu
Viuentis oculos:occidis paruus quidem
Sed iam timendus:troia te expectat tua.
I uade liber:liberos troas uide.
Aſti. Miſerere mater.
An. Quid meos retines ſinus
Manuſq3 matris:caſſa præſidia captas:
Fremitu leonis qualis audito:tenet
Timidum iuuencus applicat matri latus
At ille ſæuus matre ſummota leo:
Prædam minorem morſibus uaſtis premēs:
Frangitq3 uehitq3:talis e meo ſinu
Te rapiet hoſtis: oſcula & fletus puer
Laceroſq3 crines excipe:& plenus mei
Occurre patri:pauca maternæ tamen
Perfer querelæ uerba:ſi manes habent
Curas priores:nec perit flammis amor:
Seruire graio pateris andromachem uiro
Crudelis hector:lætus & ſegnis iaces
Rediit achilles:ſume nunc iterum comas
Et ſume lachrimas:quicquid e miſero uiri
Funere relictum eſt:ſume que reddas tuo
Oſcula parenti:matris hanc ſolatio
Relinque ueſtem:tumulus hanc tetigit meus
Maneſq3 cari:quicquid hic cineris latet
Scutabor ore. Vli. Nullus eſt flendi modus:
Arripite propere claſſis argolice moram.
Chorus troianorum.
Q Ve uocat ſedes habitanda captas:
Theſſali montes & opaca tempe:
An uires tellus dare militares
Aptior phytiæ:meliorq3 fœtu

Periere mores: ius: decus: pietas: fides:
Et qui redire neſcit cum perit pudor.
Da frena. & omnẽ nequitiam prona incita.
Per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter.
Tecum ipſe nunc euolue fœmineos dolos:
Quod nulla coniunx perfida atq3 impos ſui
Amore ceco: quod nouercales manus
Auſæ quod ardens impia uirgo face.
Phaſiaca fugiens regna theſſalica rate.
Ferrum: uenena: uel micenea domo
Coniuncta ſocio: profuge furtiua rate.
Quid timida loqueris: furta & exilium: fugas
Sors iſta fecit: te decet maius nefas.
Nu. Regina danaum: & inclytum ledæ gen⁹
Quid tacita ueraſ: quidue conſilii impotens:
Tumido feroces impetus animo geris:
Licet ipſa fileas totus in uultu eſt dolor.
Promde quicquid eſt: da ſpatiũ ac tẽpus tibi.

niunt inter reges qui arces habitãt. ¶ Bellona. quæ græce enio dicitur ſoror martis dea belloꝝ ſemper cedes & arma ſequuntur reges & erynnis furia iferni exagitat illos. ¶ Tumidas. ſuperbas & magnas. ¶ Supnos. mortales homines. ¶ In planũ. ecce inſtabilitatem regni q; oĩ hora corruere põt. ¶ Vacent. ceſſet ad deliciendum: tamẽ hæc ẽ natura reꝝ: ut cũ omnia magna ſint in ſublimi pondere ſuo corruãt: nã nihil diu põt eſſe mortalibus: ut dicit Lucanus in ſe magna erũt. ¶ Sidũt. deorſum ſe inclinãt. ¶ Cedit. uincitur quãdo nimiũ creuit. ¶ Vela. probat per ſimilitudinẽ nauis quæ ꝓſpero uẽto ꝓducitur: & ex illo impetu periclitat. ¶ Nubibus. alia ſimilitudo turris alte quæ oẽs uentos excipit. ¶ Incerta. immixta habẽs cacumẽ ſublime inter nubes. ¶ Frãgi. ſimiliter arbores nimiũ alte ſentiunt ruinã. ¶ Corpora. magna facilius egrotant. ¶ Patẽt. aperta ſunt. ¶ In paſtus. i. paſcua: quando leo eſt famelicus inuadit magna aialia: & nõ parua & uilia. ¶ Quicquid. cõcludit q; illa quæ ſunt eleuata magis ſunt ꝓna ad caſum & ruinã. ¶ Leuat. tollit. ¶ Modicis. mediocribus tutius uiuit qui ẽ in mediocri ſtatu. ¶ Aura. ꝓbat per ſimilitudinẽ qui uadit prope littus ſecurior uadit: quã qui petit alta. ¶ Medie. quicũq; contentus eſt hẽre uitam inter mediocres. ¶ Stringit. leniter pcutit. ¶ Legit tranſit. ¶ Propiore. uiciniore non recedit nimium a littore ut tutior ſit.

Quid ſegnis. Hic eſt ſecũdus actus ubi Clytemneſtra capit cõſilium de nece mariti: & ſecũ loquitur diuerſa uolutans. ¶ Segnis. tarde: cito eſt deliberãdum. ¶ Fluctuaris. uerſaris in dubitationem. ¶ Via. quæ erat uiuere pudice: nõ opus eſt qd' timeam pudorem quẽ iam amiſi. ¶ Tutari. ſeruare. ¶ Toros. i. matrimonium. ¶ Sceptra. regnũ Agãmẽnonis: cũ tu eſſes regina. ¶ Da frena. loqu. ſ pertranſactionẽ equitantis: qui dat habenas equo curratí. ¶ Per ſcelera. quado qs cõmiſit unũ ſcelus ſi debet tutari illud opus eſt qd' faciat aliud. ¶ Tutũ. qui uult tegere ſcelera utaꝫ aliis ſceleribus. ¶ Fœmineos. emphaſim habet: quaſi magnos. ¶ Impos ſui. quæ nõ põt regere animũ ſuum inſana amore. ¶ Impia uirgo. maius quã illud qd' fecit medea: ut ſupra uidimus. ¶ Face. amore ardenti. ¶ Theſſalica rate. naui argo in theſſalia fabricata. ¶ Ferrũ. uel ferro uel ueneno occidas illũ: uel ſaltẽ fuge micenis cum aegiſtho. ¶ Quid timida. dicit ſi medea fecit iſtud repente nõ habuit ſpaciũ deliberandi. Tu uero quæ habes tẽpus: potes maius facere quã fugam. ¶ Regina. nutrix nõ audiẽs iſta uerba. ſed ex perturbato uultu cognouit illam cõmotam eſſe: unde hortatur ad equitatẽ animi. dicens oĩa tẽpore leniri. ¶ Genus ledenam fuit ſoror helene: & filia lede uxoris tyndari. ¶ Impotens. quæ nõ poteſt capere certã deliberationem. ¶ Tumido. pleno furore. ¶ In uultu. ſcilicet perturbato demonſtratur.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu

¶ Mora ipsum tp̃us sæpe sanauit quod ratio non potuit. ¶ Quam ut. ut non. ¶ Timor. propter adulteri/
um. ¶ Dolori. quem habeo qd̃ maritus teneatur amore cassandre. ¶ Inuidia. qd̃ amet captiuam. ¶ Hinc
cupido. ex alia parte amor incestus Aegisthi tangit me. ¶ Vetat. s cupido se uinci: uult potius qd̃ occidã
maritum q̃ relinquã Aegisthum. ¶ Obesse. circũdare tot passionibus. ¶ Pessundatus. depditus pudor tan
git me quẽ amisi: & nescio quid faciã. ¶ Profundum. mare: facit similitudinem. ¶ Extus. feruor. & motus
aquæ. ¶ Cedat. an uento an estui: ita facit mihi
quæ incerta sum an pudori uel dolori cedam.
¶ Regimen. sicut nauita ĩ tãtis fluctibus dimit/
tit omnẽ gubernationẽ & tendit quo fortuna
ducit: sic facio. ¶ Cedã. cõmendabo fortune.
¶ Vbi aĩus. quando incertus est animus & ne/
scit deliberare: bonũ est sequi fortunam. ¶ Cæ
ca. nutrix respõdet contrariũ. ¶ Temeritas. q̃
est contraria consilio est cæca & ignara futuri.
¶ Cui dubia. nil possum hẽre pœius: unde nõ
opus est ut timeã: alii legunt ultima fortuna &
melius est. ¶ Si pateris. adhuc adulteriũ tuũ est
occultum: si aggrediar aliqd forte scieť. ¶ Per
lucet. clarꝫ est: ut Cice. nullũ factum aut. dictũ
principis latere põt: sic luue. O corydon cory/
don secretũ diuitis ullũ esse putas: taceãt serui
iumẽta loquenť. ¶ Struis. paras: dicis cõmissũ
tuum te grauare: & paras aliud. ¶ Modus. mẽ/
sura: est itultitia ponere modũ nequitiæ. i. libi/
dini: q̃ nullo modo fieri põt. ¶ Quod metuit.
qui uult tegere scelus scelere auget: qd̃ metuit.
¶ Ferrum & ignis. imo ne crescãt mala solent
cadẽte ferro peruri. ¶ Extrema. dicis ueꝫ: sed
prius adhibent. malis alias medicinas antequã
utanť ferro & igne. ¶ Preceps. fortuita & incõ
siderata. ¶ Reflectas. cõsideres illũ esse maritũ
tuũ: nec esse uiolandũ. ¶ Vidua. debeo cõside/
rare q̃ reliquit me per decẽ annos. ¶ Sobolis.
filioꝫ q̃ sunt pignus amoris. ¶ Equidem decet
meminisse quãdo græci retinebanť in aulide
insula: ut plene supra dixius. Misit ulixẽ ad me
ut illi tradãrẽ filiã Iphigeniã quã dicebat se da/
turꝫ uxorẽ achilli: & illã sacrificare uoluit. ¶ Iu
gales. quæ solent portare in nuptiis. ¶ Præsti/
tit. hyronice decepit me. ¶ Redemit. pro illa
græci hũerunt nauigationẽ & uẽtos. ¶ LangO
re. torpore quẽ græci malachiã uocant: quãdo
mare uideť stare. ¶ Fixa. immota sine uentis.
¶ Pudet. ad qd̃ deuenimus ut ipsa quæ sum fi/
lia Iouis peperim filiã immolandã pro uentis.
¶ Tyndaris. ego filia putatiua tyndari. ¶ Lu
strale. purgatoriũ. ¶ Caput. filiã. ¶ Reuoluit.
recordaťur: dicis me meminisse debere sobolis:
ipsa memini quõ maritauit filiã meã: sicut me/
retur domus pelopidarꝫ ex qua oẽs fuerũt sce
lerati. ¶ Ore sacrifico. cũ agãmẽnon ante aras
diceret uerba depcantia: & teneret filiã immo
landã: ipe calchas qui fuit auctor illius sacrificii
horruit. ¶ Recedentes. qui uidebanť recedere
pp icelus. ¶ O domus. s. pelopidarꝫ quæ semp
auget scelera. ¶ Emimus uẽtos cruore. tragice
diciť rẽ non factã pro facta. iphigenia non fuit
sacrificata: sed loco illius diana ceruam posuit.
¶ Sed uela. habuerunt pspẽrã nauigationẽ pp
hoc. ¶ Non est. nõ hũerũt cursum pp hoc: sed
aulide non patientes illos: ex portu eiecerunt.

Q uod ratio nequit: sæpe sanauit mora.
Cly. Maiora cruciant q̃ ut moras possim pati:
Flamme medulas: & cor exurunt meum:
Mixtus dolori subdidit stimulos timor.
Inuidia pulsat pectus: hinc animum iugo
Premit cupido turpis: & uinci uetat.
Et inter istas mentis obsesse faces:
Fessus quidem: & deuictus & pessundatus:
Pudor rebellat: fluctibus agor uariis.
Et cum hinc, pfundum uẽtis: hinc extus rapit:
Incerta dubitat unda cui cedat malo.
Proinde emisi regimen & manibus meis:
Q uocũq̃ me ira: quo dolor: quo$ spes feret:
Huc ire pergam: fluctibus dedi ratem.
Vbi animus errat: optimum est casum sequi.
Nu. Cæca ẽ temeritas: quæ petit casum ducẽ:
Cly. cui dubia est fortuna: quid dubiũ timet:
Nu. Tuta est: latetq̃ culpa si pateris tua.
Cly. Perlucet omne regiæ uitium domus.
Nu. Piget prioris: & nouum crimen struis:
Cly. Res est profecto stulta: nequitiæ mod⁹.
Nu. Q d̃ metuit auget: q̃ scelere scelus obruit
Cly. Et ferrũ & ignis: & sæpe medicĩæ loco ẽ.
Nu. Extrema primo nemo tentauit loco.
cly. capienda rebus in malis præceps uia est.
Nu. Ad te reflectat coniugii nomen sacrum.
cly. Decem per annos uidua respiciã uirum:
Nu. Meminisse debes sobolis ex illo tuæ.
cly. Equidem & iugales filiæ memini faces:
Et generum achillem. prestitit matri fidem.
Nu. Redemit illa classis immotæ moras:
Et maria pigro fixa langore impulit.
cly. Pudet pigetq̃: tyndaris: cœli genus:
Lustrale classi doricæ peperit caput.
Reuoluit animus uirginis thalamos meæ:
Q uos ille dignos pelopeia fecit domo.
cum stetit ad aras ore sacrifico pater
Q uasi nuptiales: horruit calchas suæ
Respõsa uocis: & recedentes focos.
O scelera semper sceleribus uincens domus:
cruore uentos emimus: bellum nece.
Nu. Sed uela pariter mille fecerunt rates.
cly. Non est soluta prospero classis deo:

Eiecit

Eiecit aulis impia portus rates.
Sic auſpicatus bella: non melius gerit.
Amore captæ captus immotus præce:
Smynthea tenuit ſpolia phœbi ducis.
Ardorem ſacre uirginis tantum ferens.
Non illum achilles flexit indomitis minis.
Non ille: ſolus fata qui mundi uidet.
In nos fidelis augur: in captas lenis.
Non populus eger: & relucentes rogi
Inter ruentis greciæ ſtragem ultimam.
Sine hoſte uictus marcet: ac ueneri uacat:
Reparatq3 amores: ne ue deſertus foret
A pellice unq̃: uel ſuus celebs thorus:
Ablatam achilli diligit briſeida.
Nec rapere puduit e ſinu uulſam uiri.
Hem paridis hoſtẽ: nunc nouũ uulnus gerit.
Amore phrygie uatis incenſus furit.
Et poſt trophea troica ac uerſum ilium:
Capte maritus remaneat: & priami gener.
Accingere anime: bella non leuia apparas.
Scelus occupãdũ eſt: pigra quẽ expectas diẽ
Pelopeia phrygiæ ſceptra dum teneãt nurus
An te morantur uirgines uidue domi:
Patriq3 horeſtes ſimilis, horum te mala
Ventura moueãt: turbo quis rerum imminet:
Quid miſera ceſſas: an adeſt natis tuis
Furens nouerca: per tuum ſi aliud nequit
Latus exigatur enſis ut perimat duos.
Miſce cruorem: perde pereundo uirum:
Mors miſera non eſt: cõmorĩ cum quo uelis.
Nu. Regina frena temet: & ſiſte impetus.
Et quanta tentas cogita: uictor uenit
Aſiæ ferocis: ultor europe, trahit
Captiua pergama: & ducit uictos phrygas.
Hunc fraude nunc conaris inſana aggredi
Quem non achilles enſe uiolauit ferro:
Quamuis, pacem toruus armaſſet manum.
Non melior aiax: morte decreta furens.
Non ſola danais hector & bello mora.
Non tela paridis certa, nõ mennon niger:
Non xantus armis corpora immixta gerens.
Fluctibus ſimois cedæ purpureos agens.
Non niuea proles cygnus equorei dei.
Non bellicoſa creſſa, cum rheſo phalanx.
Non picta pharetras: & ſecurigera manu
Peltata amazon: hunc douium reducẽ paras

¶ Aulis teſte Strabone regiuũcula eſt boetiæ petroſa & ciuitas eiuſdẽ noĩs: iuſta q̃ portus ẽ quingẽtarũ nauiũ capax euripo chalcidico, pximus ubi fuit ſtatio claſſis græcorũ ĩ troiã cõiurantiũ. ¶ Auſpicatus. tali pricipio. ¶ Amore. fecit & mihi alias iniurias cũ ante captã troiã diuerſe ex uariis troianorũ locis raptarent puelle due ĩter alias formoſiſſime capte ſunt Chriſeis & briſeis: quarũ briſeis in pde diſtributiõe cõtingit achilli. Chriſeis uero agãmẽnon: & qm que ſuã ardẽter amabat: ſed cũ chriſeis chriſeidos pr̃ pro filia rediméda ut ſcribit Homerus ĩ initio iliados: ueniret ad græcos: nõ ſolũ multa deferẽs munera: ſed ornatus ĩſulis & aliis ſacerdotalibus ornamẽtis orabat eos: ut apollinis reuerẽtia cuius ſacerdos ĩ criſa ĩſula erat: filiã ſibi reſtituerẽt: & p̃cioſa acciperẽt munera: cui cũ ceteri græci aſſentirẽt: agãmẽnon q illã amabat eũ iniurioſus: & minacibus uerbis repulit apollo ſui antiſtitis contumelia pcitus nouẽ diebus: ut Home. ſcribit. Et iuméta & hoĩes ſagittis cõfodit cadebat hac peſte quotidie miſerãda multitudo: Palladis monitu uocata cõtione achilles deplacãda deorũ ira deliberat calchas theſtoris filius qui cũ mopſo de uaticinio certauit. niſi aſtimõe pr̃i redderet placari apollinẽ nõ poſſe in mediũ protulit. Acclamãtibus uniuerſis agãmẽnon p ulixẽ ad patrẽ puellã remittit. Achilli uero quẽ reddẽde aſtimones autorẽ credebat appitoribus Theltibio & euribate miſſis hypodomiã abſtulit. ¶ Smynthea. apollinis ſmynthei q colebat ĩ criſa. ¶ Qui uidet. ſ. calchas augur. ¶ In nos. qa dicit filiã meã eſſe ĩmolandã: ſed ĩ captas lenis. i. benignus: qa iubet illas reſtitui. ¶ Nõ populus. q moriebat peſte: & regi mortuorũ non potuerũt flectere agãmẽnonẽ. ¶ Sine hoſte. qa captiua uincebat illũ. ¶ Briſeida. q̃ diximus raptã fuiſſe ab achille. ¶ Viri achillis. ¶ En. hironica indignatio: uide illũ acerrimũ hoſtẽ paridis q illius ſororem captã ſinu fouet. ¶ Nouũ uulnus. nouũ amorẽ ¶ Phrygie uatis. caſſandre. ¶ Accingere. para te ad uindictã. ¶ Occupãdũ. p̃ueniẽdũ. ¶ Pigra. tarda ad necẽ mariti: an expectas illas captiuas troianas: ut regnent. ¶ Nurus. mulieres alias uxor filii. ¶ An te. ad ſeipſã loqr̃: reſiſtis ne pp filias q̃s relictura es aut pp oreſtẽ qui ſimilis futurus ẽ pr̃i. ſ. ſceleratus. ¶ Virgines uidue. filie orbate matre. ¶ Morant. tardãt. ¶ Horũ ſi tardas pp iſtos: imo potius deberes accelerare: nã paſſuri ſunt multa mala ab illis captiuis. ¶ Turbo. nõ uides, pcellã quæ ĩminet eis. ¶ Furẽs. caſſandra: uel odio cõtra filios uel qa uates erat. ¶ Per tuũ. ſi nõ ẽ alia uia ĩterficiẽdi maritũ: niſi te cũ eo interficias: ẽt hoc debes aggredi: ut cũ eo moriaris. ¶ Cõmori. ſimul mori nõ miſera mors erit: qa cõtẽta morieris. ¶ Regĩa. nutrix dehortat clytẽneſtrã ne tãtũ ſcelus aggrediat. ¶ Procacẽ audacẽ: nã pcari ẽ audaciter petere nã achiles poſuit manũ ad ẽſem: ut ĩterficeret agãmẽnonẽ. ¶ Aiax. tot reges & uiri fortiſſimi nõ potuerũt occidere illũ quẽ inſidiis p̃dere conaris. ¶ Hector. de his oĩbus ſupius diximus. ¶ Purpureos. aq̃s ĩfectas ſanguine. ¶ Cygnus. filius neptuni: de quo di-

ximus in troade. ¶ Non.ubiq; ad non ſupple uiolauit. ¶ Feret.q.d.nō: etiam ſi interfeceris illum grætia nō patietur illū inultū. ¶ Equos. pone ante oculos potentiā Agāmennonis: & facinora q̄ ipſe fecit. ¶ Regeſta.facta ab eo tāta uirtute iō pacifica animū tuū:& cepto deſine.

Quod tp̄us. Aegyſthus agāmēnonē uenientem timet:& clyteneſtra exhortatur eum ne timeat moté:dicitq; ſe uelle debitā reuerentiam marito præſtare. Aegiſtus aūt illam dehortatur q̄ ex ſupbia agāmenonis:& cū illis captiuis nunq̄ bene uiuere poterit:clyteneſtra reſpondet p̄p concubinas nō eſſe iraſcendū marito:quemadmodū ipſa peccauit debeo peccanté fere:demū aegiſthus deliberat exulare:q̄ uidés Clyteneſtra ſtatuit cū eo agāmennonē interficere. ¶ Extremū.quia putat ſe moriturū. ¶ Quid terga.hortatur ſeipſum:ut ſit fortis animi. ¶ Impetu.p metaphoram:quid ſtatim abicis oēm rōnem: nā ſi moriendū eſſet:etiā illud fortiter ferendum eſſet ¶ Aduerſo.nō fugiente. ¶ Sic nato. infami:ſicut tu qui patre & filia natus es: nam ut inquit Cice. Melius é mori quā turpiter uiuere. ¶ Tu nos.ſi ueneris mecum īterficiā agāmennonē. ¶ Ledea.caſus ablatiui.i.tua:tua haſta. ¶ Ignauus ductor.agāmennō qui ſemp marcet amoribus. ¶ Fortis pater.ſ.ad immolādum filiam iphygeniam.reddet ſanguinem.ſ.filie. ¶ Obtutus.aſpectus. ¶ Amor iugalis.maritalis:quare effecta ſit pallida. ¶ Abire prius.nō uiolare torū mariti ut feci. ¶ Fortuna impotens.potētia eius nullis frenis ſe cohibens. ¶ Flatu. magno ſucceſſu uictorie ſue metaphora eſt a uentis: ¶ Grauis moleſtus etiā quādo indigebat ope: nunc autem quid faciet ſolus uictor. ¶ Efferūt ſolentes faciunt. ¶ Turba pellicum.cōcubinarum quas ſecū ducit. ¶ Longe.ſ.dominatur ultra alias. ¶ Famula.caſſādra uates ueridici dei ideſt apollinis. ¶ Victa.ſubiecta. ¶ Conſorté. participem.ſ.caſſandram. ¶ Illa nolet.ſ. te pati:etiam ſi uelles nam te expellet. ¶ Vltimum. ſ.habere pellicem. ¶ Regna.pulchra ſentētia. ut regnum nō patitur ſocium:nec capit duos. ¶ Sic tede.ideſt matrimonium non uult ferre parem. ¶ Victor.ſi agāmennō aliquid ſibi permiſerit: quod minus liceat in caſſandrā raptā illi eſt concedendum propter uictoriā: nec decet uxorem reſpicere. ¶ Solio.ideſt regi: nam ſolium ſedes regalis eſt:aliud conceditur regibus:quod nō liceret priuatis toris.i. matrimoniis in quibus decet ſeruare fidem. ¶ Admiſſi. adulterii:nam & ipſa peccauī in eum quemadmodū ipſe in me. ¶ Det ille.qui eſt in crimine parcat aliis ſimiliter delinquentibus. ¶ Ita eſt. ſ.q̄ habebis ueniam:legendum eſt hironice.

Mactare:& aras cæde maculare impia:
Vltrix in ultum græcia hoc facinus feret:
Equos:& arma:claſſibuſq3 horrens fretum:
Propone:& alto ſanguine exundans ſolum.
Et tota fata captæ dardanie domus
Re geſta danais:comprime affectus truces
Mentemq3 tibimet pacifica tuam:
Aegyſthus Clytemneſtra.Egyſth⁹ loqtur.
Quod tēpus aīo ſemp & mente horrui:
Adeſt profecto.rebus extremū meis:
Quid terga uertis aīe quid prīo īpetu
Deponis arma:crede perniciem tibi
Et dira ſæuos fata moliri deos:
Oppone cunctis uile ſuppliciis caput
Ferrumq3 & ignes pectore aduerſo excipe.
Cly.Egiſte nō eſt pœna ſic nato mori.
Egi. Tu nos periculi ſocia:tu lædea haſta
Comitare tantum ſanguinem reddet tibi:
Ignauus iſte ductor:ac fortis pater.
Sed quid trementes circuit pallor genas
Iacenteſq3 uultu languido obtutus ſtupet:
Cly. Amor iugalis uincit ac fleuit retro.
Remeemus illuc unde non decuit prius
Abire:ſed nunc caſta repetatur fides
Nam ſera nunq̄ eſt ad bonos mores uia.
Quem penitet peccaſſe pene eſt innocens.
Egi. Quo raperis amēs:credis aut ſperas tibi:
Agammennonis fidele coniugiū:ut nihil
Subeſſet animo,quod graues faceret metus.
Tamen ſuperba & impotens flatu nimis
Fortuna magno:ſpiritus tumidos daret.
Grauis ille ſociis ſtante adhuc troia fuit.
Veniet tyrannus:proſpera animos efferunt:
Effuſa circa pellicum quanto uenit
Turba apparatu:ſola:ſed longe eminet
Tenetq3 regem famula ueridici dei:
Feres ne thalami uicta conſortem tui.
At illa nolet:ultimum eſt nupte malum:
Palam mariti poſſidens pellex domum.
Nec regna ſotium ferre:nec tæde ſciunt:
Cly.Egiſthe quid me rurſus ī præceps rapis:
Iramq3 flammis iam reſidentem excitas:
Permiſit aliquid uictor in raptam ſibi.
Nec cōiugē hæc reſpicere:nec dominā decet.
Lex alia ſolio eſt:alia priuato in thoro.
Quid quod ſeueras ferre me leges uiro
Non patitur animus turpis:admiſſi memor.
Det ille ueniam facile:cui uenia eſt opus.

Eg. Ita est pacisci mutuam ueniam licet.
Ignota sunt tibi iura regnorum haud noua.
Nobis maligni iudices: & equi sibi.
Id esse regni maximum pignus putant:
Si quicquid aliis non licet: solis licet.
Cly. Ignouit helenæ iuncta menelao reddit
Quæ europā: & asiam: paribus afflixit malis.
Egi. Sed nulla atridē uenere furtiua abstulit:
Nec cōpit animum: coniugii: obstrictum suæ.
Iam crimen ille quærit: & causas parat.
Nil esse crede turpe commissum tibi.
Quid honesta prodest uita flagitio carens:
Vbi dominus odit: fit nocens: non quæritur.
Spartem num repetes spreta & a tanto uiro
Patriasq3 sedes profuga: non dant exitum
Repudia regum: spe metum falsa leuas:
Cly. Delicta nouit nemo nisi fidus mea.
Egi. Non intrat unq̄ regium limen fides:
Cly. Opibus merebor: ut fidē præcio obligē.
Egi. Præcio parata uincitur: præcio fides.
Cly. Surgit residuus pristinæ mentis pudor.
Quid obstrepis: quid uoce blādiloqua mala
Consilia dictas: scilicet nubet tibi
Regum relicto rege generosa exuli:
Egi. Et cur atrida uideor inferior tibi
Nat⁹ thyeste. Cly. Si parū ē: adde: & nepos.
eg. auctore phebo gignor: haud generis pud3
Cly. Phœbū nefandæ stirpis auctorē uocas:
Quem nocte subita frena reuocantem sua
Cœlo expulistis: quid deos probro aduocas:
Surripere doctus fraude geniales thoros:
Quem uenere tantum scimus illicita uirum:
Secede propere: dedecus clare domus
Asporta ab oculis: hæc uacat regia uiro.
Egi. exilia mihi haud sunt noua: assueui malis.
Si tu imperas regina: non tantum domo
Argisue cædo: nil moror iussu tuo
Aperire ferro pectus erumnis graue.
Cly. Si quidē hoc cruenia tyndaris fieri sinā:
Quæ inuita peccat: ostendit & culpe fidem.
Secede mecum potius: ut rerum statum
Dubium ac minacē iuncta consilia explicent.

Chorus.

Canite o pubes inclyta phœbum:
Tibi festa caput turba coronat.
Tibi uirgineas laurum quatiens
De more comas innuba fundit
Stirps inachia: tu quoq3 nostros

¶ Ignota. scis reges putare peccata sua nulla esse: & aliorum grauia. ¶ Equi. quia putant se benefacere nec in se uulla esse peccata. ¶ Pignus. scilicet facere omnia pro libidine. ¶ Ignouit. quemadmodum menelaus pepcit helene: ita & mihi parcere poterit. ¶ Atridem menelaum: nulla fuit pellex menelao: quemadmodū agammennoni quæ animum eius impelleret. ¶ Crimen. quod possit obicere tibi. ¶ Crede. pone q̄ nihil peccaueris: ipse inueniet causam qua te perdat. ¶ Quid honesta. pulchra sentētia non prodest innocentia ubi tirannus uult aliquem perdere. ¶ Non queritur. sutrum sit innocens: quia omnino uult perdere. ¶ Spartem. remouet aliam spem. nam tibi nulla erit fuga a tāto uiro. nā repudia regum fiunt morte uxoris repudium ē separatio tori. ¶ Leuas. delinis falsa spe fuge. ¶ Fidus. fidelis: nullus scit adulterium meum nisi fidelis: unde celari potest. ¶ Fides. quæ nulla est aduersus reges quorum facta nunq̄ possunt esse secreta. ¶ Merebor. donabo munera ut seruēt secretū. ¶ Vincitur. ubi maius munus habet ab aliis. ¶ Surgit. quid opus est ut tot rationibus me adhorteris: constitui seruare pristinam fidem marito meo. ¶ Dictas. proponis. ¶ Scilicet. hironice: linquam maritum regem regū pro te exule: quia ibis in exilium. ¶ Natus thyeste. respondet ad illud q̄ dicit generosa: nam & ipse filius thiestis. ¶ Si parum. scilicet q̄ sis filius: adde etiam tu es nepos illi: nā ex filia te suscepit. ¶ Auctore phœbo. si me genauit ex filia: id fecit suadente apolline. ¶ Reuocantem. reducentem currus suos nam sol obscuratus est quando pater tuus comedit filios. ¶ Aduocas. scilicet ad excusationem sceleris uestri. ¶ Geniales. coniugium: nam proprium est uestrum uti semper inconcessa uenere: propterea discede cito. ¶ Vacat uiro. seruit marito. ¶ Aperire pectus. non solum discedam si iubes: etiam me interficiam si uolueris. ¶ Tyndaris. ego filia tindari: non hoc patiar ut te interficias: sed potius mecum secede ut rebus nostris consulere possimus. ¶ Culpe fidem. quæ debet haberi etiam cum peccante.

Canite. Inducitur Chorus audiens agā-
mennonem redeuntem cum uictoria:
exhortaturq3 populum ad gaudēdum
& agendum gratias diis. ¶ Innuba. innupta.

¶ Manus. multitudo inuitat alium populum. ¶ Eraſmi. fluuii in agro argiuo: de his diximus ſuperius. ¶ Manto. uates filia tyreſie quæ præcepit thebanis ut collerent apollinem & dianam. ¶ Latonigenas. apollinem & dianam filios latone. ¶ Arcus. inuitat phœbum ut ueniat ſine arcu: ſed cum ſola cythara quã canat laudes. ¶ Titanas. gigantes: nam deorum laudes cecinit poſt bellum giganteum. ¶ Monſtris. gigantibus uolentibus aſcendere cœlum ut tota hiſtoria ſupra fuit declarata. ¶ Ades. adſis: modo inuocat iunonem. ¶ Tibia. quæ canit tibi in laudem tuam. ¶ Multifora. quæ habet multa foramina. ¶ Fila. chordas cythare. ¶ Lãpada: faces nam lampas quicquid ardet dicitur a lampo luceo. ¶ Coniunx. tauri iuuenca. ¶ Tuq3. inuocat palladem quæ amica ſemper fuit græcis contra troianos. ¶ Nexilibus. intexti floribus. ¶ Grandeui. annoſi. ¶ Compote. nam habuerunt quicquid petiuerũt. ¶ Trementi propter ſenium. ¶ Triuia. inuocat dianã quæ fecit ſtare. ¶ Delon ut ſupra diximus quæ eſt una ex cicladibus in mari egeo.

Thebana manus comitare choros.
Q uæq3 eraſmi gelidos fontes:
Q uæq3 eurotam: quæq3 uirenti
Tacitum ripa bibis hyſmenon.
Q uam fatorum præſcia mantho
Sata thyreſia: latonigenas
Monuit ſacris celebrare deos.
Arcus uictor phœbe relaxa
Humeroq3 graues: leuib⁹ telis. Põe faretras.
Reſonetq3 manu: pulſa citata
Vocale chelis: nil acre uelim.
Magnumq3 modis intonet altis:
Sed quale ſoles leuiore lira.
Flectere carmen ſimplex luſus
Cum docta tuos muſa recenſet.
Licet & corda grauiore ſones.
Q uale canebas cum titanas
Fulmine miſſo fregere dei.
Vel cum montes montibus altis:
Superimpoſiti ſtruxere gradus
Trucibus monſtris: ſteterit impoſita
Pelion oſſa: pinifer ambos
Preſſit olympus: ades o magni
Soror & coniunx: conſors ſceptri
Regia iuno: tua te colimus
Turba mycenæ: tu ſolicitum
Supplexq3 tui numinis argos
Sola tueris: tu bella manu
Pacemq3 regis: tu nunc claros
Agammennonios accipe uictrix.
Tibi multifora tibia buxo
Solenne canit: tibi fila mouent
Docta puelle carmĩe molli. tibi uotiuã matreſ
Lampada iactant: ad tua coniunx graiæ
Candida tauri delubra cadit.
Neſcia aratri. nullo collũ Signata iugo: tuq3 o
Nata tonantis inclyta pallas. (magni
Q uæ dardanias ſæpe periſti
Cuſpide turres: te permixto
Matrona minor maiorq3 choro
Colit: & reſerat ueniente dea Tẽpla ſacerdos
Turba corõis redimita uẽit: (tibi nexilib⁹
Tibi grandeui laſſiq3 ſenes
Compote uoto reddunt grates:
Libantq3 manu uina trementi.
Et te triuia grata memores Voce p̃camur: tu
Siſtere delon lucina iubes: maternam
Huc atq3 illuc prius errantem

Ciclada

Ciclada uentis:nunc iam ſtabilis
Fixa terras radice tenet.
Reſpuit auras:religatq3 rates
Aſſueta ſequi:tu tantalidos
Funera matris numeras uictrix.
Stat nunc ſypili uertice ſummo
Flebile ſaxum:& adhuc lachrymas
Marmora fundunt antiqua nouas.
Lachrimas mœſta æternũ. Marmora manãt.
Colſit impenſe femina uirq3
Numen geminum:tuq3 ante omnes
Pater ac rector fulmine pollens:
Cuius nutu ſimul extremi
Tremuere poli generis noſtri
Iupiter auctor:cape dona libens
Abauuſq3 tuam non degenerem.
Reſpice prolem.
Sed ecce uaſto concitus miles gradu:
Manifeſta properat ſigna leticiæ gerens:
Nanq3 haſta ſummo laureum ferro gerit:
Fiduſq3 regi ſemper euribates adeſt.
Arctus.iii.Eury.clytem.Eury.loquitur.

O Elubra:& aras cœlitũ: & primos lares:
d Pᵖlõga feſſus ſpacia:uix cõcedẽs mihi
Supplex adoro:uota ſuperis ſoluite.
Telluris altum remeat agricolæ decus:
Tãdem ad penates uictor agãmennon ſuos:
cly.Fœlix ad aures nuncius uenit meas:
Vbi nam petitus per decem coniunx mihi
Annos moratur:pelagus an terras præmit:
Eu.Incolumis:auctus:gloria:laude:inclytus:
Reducem expetito littori impreſſit pedem.
cly.Sacris colamus proſperum tãdem diem.
Et ſi propicios attamen lentos deos.
Tu pande uiuat coniugis frater mei:
Et pande teneat quas ſoror ſedes mea.
Eu.Meliora uotis poſco:& obteſtor deos.
Nam certa fari ſors maris dubii uetat.
Vt ſparſa tumidum claſſis excepit mare:
Ratis uidere ſociam non potuit ratem:
Quin ipſe atridẽs æquore immenſo uagus:
Grauiora pelago damna q̃ bello tulit.
Remeatq3 uicto ſimilis.exiguas trahens
Laceraſq3 uictor claſſe de tanta rates.
cly.Quis:fare noſtras hauſerit caſus rates:
Aut quæ maris fortuna diſpulerit duces:
Eu. Acerba fatu poſcis:infauſtum iubes
Miſcere læto nuncium:refugit loqui

¶ Sequi.cum eſſet inſtabilis. ¶ Tantalidos.niobes filie tantali cuius filias ſeptẽ ſagittis confecit ut uidimus in Hercule furente. ¶ Sypili. ſaxi de quo eodem loco diximus. ¶ Impenſe. uehementer. ¶ Numen geminum. Apollinẽ & dianam. ¶ Pater.inuocat iouem. ¶ Ab auus. nam pater Tantali fuit luppiter ex quo deſcendit Agammennon. ¶ Laureum.dum loquitur uidet nuncium Euribatem accelerantem:mili teſq; laureatos:ut moris erat in uictoria: & ſic dat locum ſequenti ſcene.

O Elubra.Hic eſt tertius actus ubi Euri-
d bates nunciat Agammennonem ueni
entem:eumq; iterrogat clytemneſtra
ubi ſit maritus. ¶ Decus agammennon appoſitiue. ¶ Expetito . deſiderato diu. ¶ Lentos. tardos:nam per decem annos abfuit maritus frater ſcilicet menelaus. ¶ Soror.ſcilicet helena. ¶ Meliora. dicit Euribates: meliora opto narrare:nam ſi dico iſta opus é enarrem tempeſtatem. ¶ Votis.cum uotis:non eſt comparatiuum. ¶ Obteſtor rogo deos. poſſe dicere meliora:ſors dubia maris uetat me dicere certa:ſed tamen dicit cum primum receſſerunt a troia curſum proſperum habuerũt:poſtea orta tempeſtas in mari:ita ut omnes naues ſeparate ſint nec fratrẽ uidere potuerit agãmẽnõ qui tanq̃ uictus nũc redit cum paucis nauibus. ¶ Tãta.nã mille naues hẽbat. ¶ Fatu.ad fandũ.

¶ Grauat.quia deteriora credit.¶ Torquent: cruciant. ¶ Vt pergamum.incipit narrare Euribates. ¶ Exonerat. quia omnes deponunt arma & se nauigationi parant. ¶ Recursus. reditus in patriam: quando datum est signum a naue regis ut omnes discederent. ¶ Hinc aura.primo habuerunt secundū uentum. ¶ Alapsa. ueniens. ¶ Tremit. desuper crispabatur: propter leuem afflatum. ¶ Splendet.propter arma & aurum. ¶ Latet propter multitudinē nauium. ¶ Nuda.sine edificiis. ¶ Lentare. flectere remigando.¶ Nixu.a nitor niteris.¶ Alterno.per uices: nam a pectore remouent & rursus reducunt. ¶ Sulcata. nam uidetur nauis facere sulcum per mare.¶ Increpant.ut faciunt læti in nauigando qui clamant in sponda nauis:ideo dicit increpant idest resonant latera nauium. ¶ Dirimunt.diuidunt. ¶ Cane.albicantis propter concitationem remorum. ¶ Vt aura.postq̄ habuerunt prosperum uentum ceperunt esse naute ociosi in trāstris: hoc est sedilibus nauium. ¶ Tonsas.remi tonse dicuntur a tondo: quia tondunt aquas. ¶ Reciprocus.qui uadit &redit per eandem uiā:tunc uidimus delphinas qui tempestatem futuram demonstrant ludentes p maria. ¶ lacēte. equali:sine fluctibus. ¶ Pando.recuruo & magno. ¶ Agit.mouetur in rotunditatem. ¶ Comes. aliquando sequebatur nos equaliter: aliquādo preibat. ¶ Chorus. multitudo delphinum. ¶ Lasciuit ludit & exultat. ¶ Prima rostra.primas naues classis. ¶ Millesimam. ultimā quare erant mille. ¶ Iam littus.eramus elongati a littore ut nihil appareret nisi fumus:& tūc cessauit uentus apparuerunt nobis signa tempestatis.¶ Dubia.quæ uix poterant uideri.¶ Per uicax.perseuerans oculus. ¶ Iam lassa. defatigatos equos sol soluebat iugo. idest tendebat ad occasum.¶ Prona.inclinata in noctē.¶ Præceps.cadens.¶ Globo.densitate obscura.¶ Inclinat.obtenebrat iubar cadentis solis occidētis:quod signum est future tempestatis. ¶ Varius.quia non erat unius coloris.

Mens ægra:tantis atq3 in horrescit malis.
Cly.Exprime:clades qui scire refugit suas:
Grauat timorem:dubia plus torquent mala.
Eu.Vt pergamū omne dorica cecidit face:
Diuisa preda est:maria properantes petunt.
Iamq3 ense fessum miles exonerat latus.
Neglecta summas scuta per puppes iacent.
Ad militares remus aptatur manus.
Omnisq3 nimium longa properāti mora est:
Signum recursus regia ut fulsit rate:
Et clara lentum remigem emouit tuba.
Aurora primas prora signauit uias:
Aperitq3 cursus mille quos puppes secēt.
Hinc aura primo leuis impellit rates.
Alapsa uelis:unda uix tactu leuis
Tranquillo zephyri mollis afflatu tremit.
Splendetq3 classe pelagus:pariter latet.
Iuuat uidere nuda troiæ littora:
Iuuat relicti sola sigei loca.
Properat iuuentus omnis adductos simul
Lentare remos:adiuuat uentos manu
Et ualida nixu brachia alterno mouet:
Sulcata uibrant æquora:& latera increpant.
Dirimuntq3 cane ceruleum spumæ mare.
Vt aura plenos fortior tendit sinus.
Posuere tonsas:credita est uento ratis.
Fususq3 transtris nauita:aut terras procul
Q uantum recedunt uela fugientes notat.
Aut bella narrat:hectoris fortis minas
Curruq3 & empto redditum corpus rogo.
Sparsum cruore regis herculeum iouem.
Tum qui iacente reciprocus ludit salo:
Tumidumq3 pando transilit mare:
Tyrrhenus omni piscis exultat freto:
Agitq3 gyros:& comes lateri annatat
Anteire naues lætus:& rursus sequi:
Nunc prima tangens rostra lasciuit chorus:
Millesimamq3 nunc ambit & lustrat ratem:
Iam littus omne tegitur:& campi latent.
Et dubia patent montis idei iuga.
Et iam quod unum peruicax acies uidet:
Illiacus aira fumus apparet nota.
Iam lassa titan colla releuabat iugo.
In astra iam lux prona:iam præceps dies.
Exigua nubes sordido crescens globo
Nitidum cadentis inquinat phœbi iubar
Suspecta uarius occidens fecit freta:
Nox prima cœlum sparserat stellis:iacent

Deserta

Deſerta uento uela:tum murmur graue
Maiora minitans collibus ſummis cadit.
Tractuq3 longo littus ac petre gemunt.
Agitata uentis unda uenturis tumet.
Cum ſubito luna conditur:ſtelle cadunt.
In aſtra pontus tollitur:
Nec eſt nox una:denſa tenebras obruit
Caligo & omni luce ſubducta fretum
Cœlumq3 miſcet:undiq3 incumbunt ſimul
Rapiuntq3 pelagus infimo euerſum ſolo:
Aduerſus euro zephirus & boreæ nothus.
Sua quiſq3 mittunt uela:& infeſti fretum
Emoliuntur:turbo conuoluit mare:
Strimonius altas aquilo contorquet niues.
Libicuſq3 arenas hauſter ac ſyrtes agit.
Nec manet ĩ hauſtro:fit grauis nimbis notus:
Imbre auget undas eurus orientem mouet.
Nabathea quatiens regna:& eoos ſinus
Quid rapidus ora chorus oceano exerens:
Mundum reuelli ſedibus totum ſuis:
Ipſoſq3 ruptos crederes cœlo deos
Decidere:& atrum rebus induci chaos.
Vento reſiſtit æſtus: & uentus retro
Aeſtum reuoluit:non capit ſeſe mare:
Vndaſq3 miſcent imber & fluctus ſuas.
Nec hoc leuamẽ deniq3 erumnis datum eſt.
Videre ſaltem & noſce quo pereant malo.
Premunt tenebre lumina:& dire ſtygis
Inferna nox eſt:excidunt ignes tamen
Et nube dirum fulmen eliſa micat.
Miſeriſq3 lucis tanta dulcedo eſt male.
Hoc lumen optant:ipſe ſe claſſis premit
Et prora prore nocuit:& lateri latus.
Illam dehiſcens pontus in præceps rapit
Hauritq3:& alto redditam reuomit mare.
Hæc onere ſedit:illa conuulſum latus
Summittit undis fluctus hanc decimus tegit.
Hæc lacera:& omni decore populata leuis
Fluitat:nec illi uela nec tonſæ manent
Nec rectus altas malus antennas ferens.
Sed fracta toto turpis ionio natat.
Nil ratio & uſus audet in magnis malis:
Tenet horror artus:omnis officio ſtupet
Nauita relicto:remus effugit manus:
In uota miſeros ultimus cogit timor:
Eademq3 ſuperos troes & danai rogant.
Quid fata poſſunt:inuidet pyrrhus patri:
Aiaci ulyxes:hectori atrides minor.

¶ Graue.raucum. ¶ Petre.quæ ſunt uicine littoribus. ¶ Tumet.creſcit. ¶ Luna.abſcõditur propter nubes. ¶ Tollitur.eleuatur:poetica ẽ hyperbole. ¶ Vna nox.non eſt ſimplex ut naturalis:ſed obſcurior propter tenebras nubium. ¶ Obruit.tenet. ¶ Miſcet.turbat. ¶ Sua.iſti uenti mittunt quiſq3 ſua:unuſquiſq3 mittit:ita expõitur quaſi prolepſis implicita. ¶ Emoliuntur.euertunt. ¶ Turbo.reuolutio uentorum. ¶ Strimonius.thracius boreas. ¶ Contorquet.cum impetu portat. ¶ Auſter. notus a meridie:ubi eſt libia. ¶ Inauſtro.non contẽtus regno ſuo ibat uſq3 in ſeptentrionẽ. ¶ Grauis plenus nimbis.& pluuia. ¶ Nabatea.orientalia a nabata rege. ¶ Corus.uentus collateralis zephiri. ¶ Oceano.ſcilicet orientali. ¶ Exerens. ducens & extrahens ora ſua. ¶ Chaos. confuſionem elementorum. ¶ Eſtus.impetus maris. ¶ Non capit.non eſt capax ſuiipſius:ita intumebant unde. ¶ Nec hoc.poteramus cognoſcere quomodo periremus obdẽſas tenebras. ¶ Præmunt. occultant. ¶ Lumina. ſtellas. ¶ Stygis. talis eſt nox qualis in inferno. ¶ Eliſa.fracta:nam nubibus fractis emittũtur fulmina. ¶ Miſeris.tanta eſt dulcedo uidendi lucem:ut optarent fulmina. ¶ Male. aduerſe. ¶ Ipſa claſſis.nam cum non uiderent:frequentes naues ſeipſas collidebant. ¶ In præceps.talem tempeſtatem deſcribit Virgilius ĩ primo æneidos. ¶ Dehiſcens.aperiens. ¶ Haurit.abſorbet. ¶ Reuomit.reddit. ¶ Decimus fluctus. magnus:poete ponunt de tempeſtate ſcribentes decimum pro magno: nã decimus eſt maior numerus:quia poſt decem ſemper reincipimus:inde decumana porta dicitur. ¶ Leuis. facta leuior. ¶ Malus.arbor nauis. ¶ Rectus. quia faciebatur uentis. ¶ Vſus.experientia poteſt præſtare ſpem. ¶ Officio.uidelicet gubernandi. ¶ Effugit.non poterant tenere in manu remum. ¶ Troes.troiani captiui. ¶ Quid fata.ideſt dii. ¶ Inuidet. quia uellet eſſe mortuus: quemadmodum pater: eo modo ulixes & atrides minor ideſt menelaus.

¶ Seruat.de qbus est fama & sepulti sunt apud troiam uictam. ¶ Ferent.auferent. ¶ Nobile. facinus forte. ¶ Facta ignaua.mors sine honore. ¶ Pudenda.de qua pudorem habere possumus. ¶ Quisquis.conuertunt præces ad deos. ¶ Serena.fac numen tuum nobis fauẽs. ¶ Vel troia.etiam illa quæ nobis est inimica. ¶ Dori cum.græcum. ¶ Exitio.ad pditionem. ¶ Quibus.propter quos perimus: si uultis nos pdere propter troianos saltem deberetis illos seruare qui nobiscum sunt in periculo. ¶ Sistite. sedate. ¶ Nec plura.non poterant loqui:cum fluctus occuparet uocem. ¶ Ecce.nũc uenit ad particularem tempestatẽ Aiacis oilei qui fulminatus fuit a Pallade:ut uidimus: & scribitur a Virgi.in.i.ænei. ¶ Hasta.nã armata hæc dea scribitur. ¶ Aegide.clipeo suo í quo erat caput meduse gorgonie.ut scribitur ab Oui. ¶ Igne patrio.fulmĩe louis:nã ipsa lia louis fuit. ¶ Noue.renouabantur ꝓcelle:& solus Aiax resistebat. ¶ Luctatur.contra nititur. ¶ Tenso rudẽte fune quo uela trahuntur. ¶ Perstrinxit.leuiter percussit. ¶ Aliud libratur.secundũ mittit̃ in aiacem. ¶ Certũ.quia non fefellit. ¶ Reducta.retro ducta:nã qui uult iacere retrahit manum ad maiorem impetum. ¶ Extat.eminet. ¶ Collucet.splendet ꝓpignẽ fulminis. ¶ Tandem.ipse furibundus ingenti uoce clamat dũ esset in scopulo. ¶ luuat.dicit ipse Aiax uicisse delectat mare natando fulmina & palladem. ¶ Bellici dei.martis ut scribit Homerus. ¶ Phebea.apollinis qui semper cum marte fauit troianis. ¶ Pepulerant.fecerunt me retro cedere. ¶ Istos.s.deos. ¶ Tandem.si nõ timui illos deos:timebo ne palladẽ quæ uiribus alienis utitur.s.fulmine iouis. ¶ Inertis.fœminea. ¶ Ipse. s.iuppiter:ẽt illum non timerem. ¶ Tridente. sceptro suo trium cuspidũ:cum audiret iactantem aiacem neptunus subruit scopulũ in quo erat. ¶ Exerens.eleuans ipse neptunus. ¶ Soluit.impulit & dirruit. ¶ Montem scopulum. ¶ Cadẽs.s.aiax. ¶ Nos alia.descriptionem cladis facit quã habuerunt ꝓpe montem capharcum:ut supra diximus de nauplio patre palamedis qui signum dederat ex illo promontorio:ut illuc uenientes græci periclitarẽt. ¶ Humilis.non profunda:describit locum ubi passi sunt cladem. ¶ Vadis.ubi non sunt aque alte. ¶ Scrupeis.ubi sunt saxa scrupus inde diminutiuum scrupulus lapis dicitur. ¶ Mendax.quia sub aqua latent saxa. ¶ Vorticibus.circũuolutionibus aque. ¶ Fallax caphareus. de hoc supra diximus. ¶ Alterna uice. propter euripũ qui mare est angustum ubi est incertus refluxus modo fluit in unam partem modo in aliã.

Agammennon priamo:q̃squis ad troiã iacet
Fœlix uocatur:cadere qui meruit manu.
Quem fama seruat:uicta quem tellus tegit.
Nil nobile ausos pontus atq3 unde ferent:
Ignaua fortes fata consument uiros:
Perdenda mors ẽ:quisquis es nundum malis
Saciate tantis:cœlitum tandem tuum
Numen serena:cladibus nostris daret
Vel troia lachrimas:odia si durant tua:
Placetq3 mitti doricum exitio genus:
Quid hos simul perire nobiscum iuuat
Quibus perimus:sistite infestum mare:
Vehit ista danaos classis & troas simul:
Nec plura possunt:occupat uocem mare.
Ecce alia clades:fulmine irati iouis
Armata pallas:quicquid aut hasta minas
Aut ægide aut furore gorgonio potest:
Aut igne patrio tentat:& cœlo nouæ
Spirant procelle:solus inuictus malis
Luctatur aiax.uela cogentem hunc sua
Tenso rudente:flamma perstrinxit cadens.
Libratur aliud fulmen:hoc toto impetu
Certum reducta pallas excussit manu.
Imitata patrem:transit aiacem & ratem
Ratisq3 partem secum & aiacis tulit:
Nil ille motus ardua ut cautes salo
Ambustus extat:dirimit insanum mare
Fluctusq3 rumpit pectore:& nauem manu
complexus in se traxit:& ceco mari
collucet aiax:omen resplendet fretum
Tandem occupata rupe furibũdum intonat.
Superasse nunc se pelagus:atq3 ignes:& iuuat
Vicisse cœlum:palladem:fulmen:mare:
Non me fugauit bellici terror dei:
Et hectorem una solus:& martem tuli.
Phœbea nec me tela pepulerunt graudu:
cum phrygibus istos uicimus:tãdem horreã:
Aliena inerti tela mitti dextra:
Quid si ipse mittet:plura cũ auderet furens.
Tridente rupem subruit pulsam pater
Neptunus imis exerens undis caput
Soluitq3 montẽ quem cadens secum tulit.
Terraq3:& igne uictus:& pelago iacet.
Nos alia maior naufragos pestis uocat:
Est humilis unda scrupeis mendax uadis
Vbi saxa rapidis clausa uorticibus tegit
Fallax caphareus:estuat scopulis fretum
Feruetq3 semper fluctus alterna uice.

Arx

Arx imminet prerupta: quæ ſpectat mare
Vtrimq3 geminum: pelopis hinc ora tui
Et iſtmon: arcto qui recuruatus ſolo
Ionia iungi maria phryxeis uetat.
Hinc ſcelere lennon nobilẽ: & hic calcedona
Tardamq3 ratibus aulida: hãc arcem occupat
Palamedis ille genitor: & clarum manu
Lumen nefanda uertice ex ſummo efferens.
In ſaxa ducit perfida claſſem face:
Herent acutis rupibus fixe rates:
Has inopis unde breuia comminuunt uada:
Pars uehitur: huius prima pars ſcopulo ſede:
Hanc alia retro ſpatia relegentem ferit.
Et fracta frangit: iam timent terram rates
Voluntq3 maria: cecidit in lucem furor:
Poſtq̃ litatum eſt: phœbus in lucem redit.
Et damna noctis triſtis oſtendit dies.
Cly. Vtrum ne dolem: læter an reducẽ uirũ:
Remeaſſe lætor: uulnus at regni graue:
Lugere cogor: reddẽ iam grais pater:
Altiſſona quatiens regna: placatos deos:
Nunc omne læta fronde ueletur caput:
Sacrifica dulces tibia effundat modos
Et niuea magnas uictima ante aras cadat.
Sed ecce turba triſtis incomptæ comas:
Iliades ad ſunt: quas ſuper celſo gradu
Effrena phœbas entheas laurus quatit.

¶ Chorus Caſſandra. Chorus loquitur.

Heu q̃ dulce malum mortalibus additur
Vite durus amor: cum pateat malis
Effugiũ & miſeros libera mors uocet.
Portus æterna placidus quietæ
Nullus hunc terror: nec impotens
Procella fortunæ mouet:
Aut iniqui flamma tonantis
Pax alta nullos ciuium cetus
Timet: aut minaces uictoris iras.
Non maria aſperis inſana coris.
Non acies feras: puluereamq3 nubem
Motam barbaricis equitum cateruis.
Non urbe cum tota populos cadentes:
Hoſtica muros populante flamma.
Indomitum ue bellum: perrumpet omnẽ
Solus contentor lenium deorum.
Q ui uultus acherontis atri:
Q ui ſtygia triſtem non triſtis uidet.
Audetq3 uitæ ponere fidem:
Par ille regi: par ſuperis erit.

¶ Geminum. ionium & egeum. ¶ Arcto. ſtricto & breui ut deſcripſimus ſuperius. ¶ Pelopis tui. ſ. aui. ¶ Phryxeis. heleſponto ut declaratum eſt eam parte egei ubi hellæ merſa fuit appellatum fuiſſe heleſpontus. ¶ Lenos. inſula egei nobilis ſcelere ꝓpter mulieres quæ ibi maritos occiderũt. ¶ Calcedona. ciuitatem in littore heleſponti: q̃uis longe ſit a caphareo tamen deſcribitur ibi. ¶ Aulida. ciuitate boetie ubi portus famoſiſſimus in quo naues græcorum retente ſunt: ut ſupra dictum eſt: ideo ibi tardam appellat. ¶ Hanc arcem. ſ. caphareum ¶ Ille. habet ẽphaſim ille ſceleratus nauplius. ¶ Efferens. eleuans ignem quod nobis datum eſt. ¶ Comminuunt. frangunt quia non erat aqua profunda. ¶ Sedet. hæret ſupra. ſcopulũ. ¶ Ferit. alia nauis percuſſerat ſaxum & frãgebat alium ſequentem retro cedẽdo licet & ipſa eſſet fracta. ¶ Timent terram. nos antea cupidi eramus uenire in terram: quã tunc timebamus. ¶ Volunt. maria potius quam terram. ¶ Cecidit. ceſſauit ĩ lucem: uel durauit uſq; ad lucem furor. i. tempeſtas. ¶ Litatum. ſacrificatum ad pœnas noſtras. ¶ Damna. quæ nocte paſſi ſumus: nec uidebamus: orta luce uidimus claſſem perditam. ¶ Vulnus. magnum damnũ amiſſa claſſe. ¶ Redde. leuat manus ad cœlum rogando loué. ¶ Sacrifica. ſacris adhibita. ¶ Cadat. immoletur. ¶ Sed ecce. dat locum ſequenti ſatyre: nã ueniebat Agãmennon cum turba captiuoꝝ: & ante erat caſſandra. ¶ Iliades. troiane. ¶ Effrena phœbas. furens ſpiritu caſſandra. ¶ Entheas phœbeas quaſi diuinas: nam laurus dicata eſt phœbo.

Heu quam. Introducit chorus deplorãs miſeriam ſuam quæ ſibi euenit: cũ non ſint auſe ſeſe occidere: nam mors eſt finis miſeriarum & ipſam cõmendat. ¶ Durus. inflexibilis. uolunt etiam hoĩes in miſeriis uiuere. ¶ Libera. quæ omnem ſeruitutẽ fugit: hoc eſt ſecundum inſtitutum ſtoicũ qui in extremis malis mortem acerſcẽdam putabant: quod Cicero in catone damnat: dicẽs nõ eſſe egrediendum a cuſtodia iniuſſu imperatoris: non nec eſſe moriẽdum priuſquam deus nos euocet. ¶ Effugium. qua poſſumus fugere mala. ¶ Nullus. commedat hunc portum mortis in quo nulla eſt procella. ¶ Impotens. amara. ¶ Flamma. uerſus eſt lambicus. ¶ Cetus. congregationes: non timet conſpirationes ciuiũ: quia nihil poſſunt facere. ¶ Coris. uentis. ¶ Inſana. turbata. ¶ Nõ acies. nõ timet hoſtes nec arma. ¶ Perrumpet. ſ. iſte portus: ipſa mors ſuperat omnia. ¶ Solus. qui non curat mori contemnit ſupplicatiões deorum lenium ideſt fauentium & benignorũ. ¶ Non triſtis. non dolens neq; inuitus. ¶ Ponere. ſeipſum occidere. ¶ Par regi. qui audet ſe occidere eſt ſimili regi: & diis qui poſſunt dare & tollere uitam.

¶O quam.magna miseria est hominis calami tosi qui nescit finire illam morte.¶ Munus.equum.in quo erant armati:ut scribit Virgi. in ii.ænei.¶Fatale.quod tulit nobis fatum & excidium.¶Dorici.græci.¶ Raperitis.cõsumeretis.¶ Bello.imo insidiis:nõ capta fuit ui quẽ admodum ab hercule. ¶ Natus pelei.achilles. ¶ Carus pelide.i.achilli:patroculum intelligit qui susceptis armis achillis pugnauit cũ hectore & ab eo interfectus est.¶ Falsus achilles.ipe patroclus inductus armis achillis:¶ Feroces. fortes & iratos.¶ Sustulit eleuauit.¶ Luctu. morte amici patrocli.nam prius rapta sibi briseide ociosus in castris nolebat pugnare.¶ Saltum. scilicet achillis timebãt troiani ex muris ne ipse ascenderet.¶ Perdidit.hucusq; pendet hyperbatum ista:patria quæ nunq̃ uictima fuit a patroclo nec achille: nunc perdidit extremum decus.s.fortiter uinci: nam turpiter ẽ uicta per insidias.¶Troia.ibi constructio incipit ¶ Vidimus.s. equum ligneũ maximũ:de quo supra.¶Molis.equi maximi.¶ Fatale.qđ nobis ferabat fatum & mortem: hoc est sumptũ a Virgilio.¶Conditos.occultatos.¶Dolos.i. dolosos licebat eos obruere cum equo.¶ Caderent.morirentur:nam potuimus uersare.i. intelligere:nam parme ideſt clipei sæpe strepitum fecerũt intus.¶Pyrrhus.filius achillis audax male parens ideſt obediens ulixi fraudulẽto sæpe clamare uoluit prohibẽte ulixe.¶ Pubes.inuentus sine metu gaudebat tangere funes sacros quibus trahebatur equus ille consecratus minerue.¶ Astianax.filius hectoris cũ grege equeuo.i. cum turba puerorum eiusdẽ etatis ibat ad uidendum illum equum: ex alia parte desponsa.i.polixena ducta rogo hemonio.i.ad sepulchrum achillis hemonii.i.Thessalici:ut uidimus in troade:ducebat turmas puellarum.¶ Votiua.quibus agerent·gratias diis. ¶ Vultus.s.letitie:similiter omnes erant læti. ¶ Ignes.rogos hectoris.¶ Hecube.nominati ui casus.¶Quid nunc.ideo cum habet tot calamitates:dicit quid primo lugere debeat: aut ultimum.¶ Non uacat.non est ocium & tempus.¶Magne parens.priame.¶ Iugulo. guttu re.¶ Exiguo.qa modicus sanguis erat.¶ Cohibete.subsequitur Cassandra dicens ne muliores troiane fleãt priamum patrem suum sed potius suos.ille autem respondent se uelle cõmunicare dolorem suum:quia ipsa non posset sufficere tanto luctui etiam si haberet socias aues quæ semper plorant.¶Quæstus.lamentationes.¶ Sufficiam.per me potero lugere.

O quam miserum est nescire mori
Vidimus patriam ruentem nocte funesta:
Danaumq3 fatale munus.
Cum dardana tecta dorici raperitis ignes
Non illa bello uicta nec armis:
Vt condam herculea cecidit pharetra.
Quam non pelei tetydosq3 natus
Caruſq3 pellidę nimiũ feroci:
iVcit:acceptis cum fulsit armis
Fuditq3 troas falsus achilles.
Aut cum ipse pellides animos feroces
Sustulit luctu:celeremq3 saltum
Troades summis timuere muris
Perdidit in malis extremum decus
Fortiter uinci restitit annis
Troia bis quinis:unius noctis peritura fato.
Vidimus simulata dona molis immense:
Danaumq3 fatale munus duximus nostra
Crudeles dextra:tremuitq3 sæpe
Lumine in primo sonipes:cauernis
Conditos reges bellumq3 gestans:
Et licuit uersare dolos:ut ipsi
Fraude sua capti caderent pelasgi.
Sæpe commotæ sonuere parmæ:
Tacitumq3 murmur percussit aures
Et fremuit male subdolo parẽs pyrrhus ulixi
Secura metu troica pubes:
Sacros gaudet tangere funes.
Hinc æqueui gregis astyanax:
Hinc hemonio desponsa rogo
Ducunt turmas:hæc femineas ille uiriles
Feste matres uotiua ferunt munera diuis.
Festi patres adeunt aras
Vnus tota est uultus in urbe.
Et quod nunq̃ post hectoreos uidimus ignes.
Læta est hecube:qd nũc primũ dolor ifelix:
Quidue extremum deflere paras:
Mœnia diuum fabricata manu:diruta nostra:
An templa deos super usta suos.
Non uacat istis lachrymare malis.
Te magne parens fleant iliades:
Vidi uidi senis in iugulo.
Telum pyrrhi uix exiguo sanguine tingi.
Cas. Cohibete lachrymas oẽ quas tẽpus petit
Troades:& ipsę uestra lamentabili
Lugete gemitu funera:erumnæ meæ
Socium recusant:cladibus quæstus meis
Remouete:nostris ipsa sufficiam malis.

¶Secrete.

Cuius gener est:qui fuit hostis:
Vicit sapiens tamen obsequium
Coniugis:alte pressusq3 dolor.
Sola tonantem tenet æthereo
Secura thoro maxima iuno.
Nec mortali captus forma:
Deserit altam iuppiter aulam.
Tu quoq3 terris altera iuno:
Soror augusti coniunxq3 graues
Vince dolores.
Oct. Iungentur ante sæua sideribus freta:
Et ignis:unde:tartaro tristi polus.
Lux alma tenebris:roscide nocti dies.
Quam cum sceleſti coniugis mente impia
Mens nostra:semper fratris extincti memor.
Vtinam nephandi principis dirum caput
Obruere flammis cœlitum rector paret:
Qui sæpe terras fulmine infesto quatit.
Mentesq3 nostras ignibus terret sacris:
Nobisq3 monstris:uidimus cœlo iubar
Ardens:cometam pandere funestam facem
Qua plaustra tardus noctis ætrenæ uice
Regit bootes frigido arctoo rigens.
En ipse diro spiritu sæui ducis
Polluitur æther:gentibus clades nouas
Minantur astra:quæ regit dux impius
Non tam ferum typhona neglecto ioue
Irata tellus edidit:quondam parens.
Hæc grauior illo pestis:hic hostis deum
Hominumq3 templis expulit superos suis:
Ciuesq3 patria:spiritum fratri abstulit.
Hausit cruorem matris:& lucem uidet
Fruiturq3 uita. noxiam atq3 animam trahit.
Proh summe genitor tela cur frustra iacis
Inuicta totiens temere regali manu:
In tam nocentem dextra cur cessat tua:
Vtinam suorum facinorum pœnas luat
Nero:diuo domitio genitus patre
Orbis tyrannus:quem premit turpi iugo.
Morumq3 uitiis nomen augustum inquinat.

committit stupra. ¶ Oloris. nã mutatus in cignum stupravit ledam. ¶ Sidonii tauri. nã mutatus in taurum rapuit europam agenoris regis sydonis filiam. ¶ Aureus. nam mutatus in aureum himbrem defluxit in græmiũ danaes filie Acrisi & eam stupravit. ¶ Himbri. ablatiuus est in. i. & in. e. ¶ Sidera lede. castor & pollux filii lede relati sunt in numero deorũ similiter & bacchus & Hercules qui oẽs nati sunt ex adulterio iouis. ¶ Heben. filiam iunonis & uxorem herculis ut diximus supra. ¶ Vicit. ecce q̃uis uideret iuno tot iniurias sibi fieri tamẽ sp obsequuta est ioui. ¶ Cõiugis. iunonis. ¶ Alte. in ꝓfundo pectoris dissimulatus dolor: unde nũc sola fruitur Ioue in cœlo: quod tibi eueniet in terris si obsequeris marito. ¶ Forma. pulchritudine alicuius mortalis. ¶ Iungentur. arguit octauia ab impossibili quod ignis prius miscebitur undis: & omnia iura nature cõfundentur: q̃ ipsa habeat animum concordem cũ Nerone rogatq3 Iouem ut perdat eũ: quod tamen fieri putat quando uident cometã ex cœlo minantẽ mortẽ prĩcipis. ¶ Pandere. distendere: nã ut scribit plinius cometa crines habet & apparet semper uersus septẽtrionem unde dicit. ¶ Qua. s. parte bootes rigens. i. frigidus regit plaustra. i. ursam maiorem & minorem qd̃ sidus est in septentrione ut diximus. ¶ Polluitur æther. inficitur aer spiritu scelerati imperatoris qui nõ dignus est uiuere cum sit pestis in terris. ¶ Dux impius. intellige Neronẽ qui cum moreꝫ mori superat astra quæ mortem uidẽtur mĩnari: uel intellige iouem qui uidetur dux impius quod non tollit Neronẽ de mundo. ¶ Ferũ typhona. accusatiuus græcus: typhon fuit gigas filius terre & titani nulla pestis est grauior illo nerone: neq3 gigantes tam crudeles fuerunt quantum ipse. ¶ Templis. nã ut inquit Suetonius uasa templis sacrata cõflabat. ¶ Ciues. nam multos proscripsit pluresq3 perdidit. ¶ Fratri. britannico. ¶ Matris. agrippine. ¶ Et lucẽ. ex indignatione subiungit hoc licet mereatur mori: uiuit tamen. ¶ Noxiam. nimis nocẽtem. ¶ Inuicta. quibus nihil potest resistere: frustra iacis & temere idest sine consideratione fulmina: cum potius sæuum tyrãnum deberes ferire. ¶ Cessat. quod nõ feriat. ¶ Quẽ. orbẽ. ¶ Iugo turpi. seruitute. ¶ Augustum. nomẽ familie nr̃e. ¶ Inquinat. difama

¶ Cede. fer equo animo fortunã tuam. ¶ Vr-
getur ira. iam diu dii habent gentem noſtram
inuiſam. ¶ Quam. ſ. domum. ¶ Dura. immiſe-
ricors. ¶ Genitricis. matris meſaline quæ: cum
eſſet claudius apud hoſtiam caio filio nupſit do
te inter auſpices conſignata: ut ſcribunt Tran-
quillus & Tacitus: quod cum reciſuiſſet impe-
rator illam iubet ſupplicio affici. ¶ Nupſit. ſci-
licet iterum filio. ¶ Noſtri. filiorum quos habe
bat ex claudio. ¶ Coniugis. claudii. ¶ Legum.
contra leges id matrimonium fecerat uiuente
claudio. ¶ Illo. aduerbium: ad illum locũ. ¶ Sty-
gios. mortiferos. nam poſtea ambo interfecti
ſunt. ¶ Toros. ſcilicet meſaline & ſili. ¶ Faces.
quæ ſolent ferri in nuptiis. ¶ Principis. claudii.
¶ Cedem. ſcilicet matris mee. ¶ Extícta. poſtq̃
ipſa mortua eſt: nunq̃ deterſi lachrymas oculis
¶ Coniugem. claudium qui poſtea duxit Agri
pinam aqua uenenatus eſt una cum filio Britã
nico: unde mater fuit cauſa mortis illorum: ni-
ſi perdita fuiſſet ipſa: pater non duxiſſet Agri-
pinam. ¶ Ad umbras. ad inferos. ¶ prodidit.
fuit cauſa ruine. ¶ Furoris. inceſte libidinis:
qua iuncta eſt filio.

Q Ve fama Inducit Chorus qui fama uul
gata quod Nero duceret popeã uxorẽ
repudiata octauia: eius miſeriam deplorat po-
pulumq̃ romanum arguit quod talia patiatur
qui ſolitus erat tyrãnos expellere. Verſus ana-
peſticus eſt. ¶ Quæ fama. aliqui interrogatiue
legunt ſed potes facere totam unam conſtru-
ctionem. ſ. utinam fama q̃ peruenit ad aures ſit
credita falſo. ¶ Perdat. non ſit uera. ¶ Noua.
popea. ¶ Principis. neronis. ¶ Proles claudia.
octauia. ¶ Pignora. filios pignus pacis inter ip
ſam & neronẽ. ¶ Edat. generet. ¶ Qua pace.
¶ Soror. octauia: ſoror & uxor Neronis augu-
ſti. ¶ Diuus pater. claudius: nam a nerone in-
de in numero deorum relatus eſt ut tegeret
crimen ueneni. ¶ Nos quoq̃. uenit ad repre-
henſionem populi qui hec pati non deberet.
¶ Poſt fata. ideſt mortem: nam mortuis etiã
debetur officium. ¶ Cuius. ſcilicet ducis clau-
dii. ¶ Euo! longitudine temporis: romani de
ſanguine martis animoſi erant: ſed modo lon-
giores ab illa ſtirpe facti ſumus timidiores: in
nobiſq̃ deficit ſanguis Martius. ¶ Virgo. Vir
ginia: hiſtoria a tito liuio ſcribit plene: Apius
decemuir captus amore huius puelle illam fal
ſo per libertum in ſeruitutẽ uindicare uolebat
nã ex ancilla ſua natã eſſe libertus aſſeuerabat:
cui cũ uirginius pater puelle reſiſtere nõ poſ-
ſet: apiũ decemuirũ rogauit ut remotis arbitris
cũ filia loq liceret: quo cõceſſo: arepto gladio e
pxima laniena filiam iugulauit: malens habe-
re illam mortuã quã ſtupratã. Populus aũt vi-
dens iniquitatẽ decemuirorũ qui regibus ſuc-
ceſſerant: illos magiſtratu abire coegerũt: hæc
tota hiſtoria ibi exprimitur breuiter. ¶ Serui-
tium. ne trahereris in ſeruitutem per libertũ
Apii. ¶ Libido. ſcilicet Apii qui te cupiebat.

Nu. Indignus ille fateor: & thalamis tuis.
Sed cede fatis atq̃ fortunæ tuæ
Alumna quæſo: ne ue uiolenta moue
Iram mariti: forſitan uindex deus
Exiſtet aliquis: lætus & ueniet dies.
Oct. Graui deorum noſtra iam pridẽ domus
Vrgetur ira: prima quam fecit uenus
Furore miſere dura genitricis meæ.
Q uæ nupta demens nupſit inceſta face:
Oblita noſtri: coniugis: legum immeor:
Illo ſoluto crine: ſuccincta anguibus:
Vltrix erynis uenit ad ſtygios thoros.
Raptaſq̃ thalamis ſanguine extinxit faces.
Incendit ira pectus principis truci
Cædem in nefandam: cecidit infœlix parens
Heu noſtra ferro: meq̃ perpetuo obruit
Extincta luctu: coniugem traxit ſuum
Natumq̃ ad umbras: ꝓdidit lapſam domũ.
Nu. Renouare luctus parce cum fletu pios
Manes parentis ne ue ſolicita tuæ.
Graues furoris quæ ſuis pœnas pedit.

¶ Chorus romanorum.

Q Ve fama modo uenit ad aures:
Vtinam falſo credita perdat
Fruſtra totiens iactata fidem.
Nec noua coniunx noſtri thalamos
Principis intret: teneatq̃ ſuos
Nupta penates claudia proles.
Edat partu pignora pacis:
Q ua tranquillus gaudeat orbis:
Seruetq̃ decus roma æternum:
Fratris thalamos ſortita tenet
Maxima iuno: ſoror auguſti
Sociata thoris cura prima
Pellitur aula: ſancta quid illi
Prodeſt pietas diuuſq̃ pater:
Q uid uirginitas caſtuſq̃ pudor:
Nos quoq̃ noſtri ſumus immemores
Poſt fata ducis: cuius ſtirpem
Prodimus æuo ſuadente metu:
Vera priorum uirtus quondam
Romana fuit: uerumq̃ genus
Martis in illis ſanguiſq̃ uiris.
Illi reges hac expulerant
Vrbe ſuperbos: ultiq̃ tuos
Sunt bene manes uirgo dextra
Ceſa parentis: ne ſeruitium
Paterere graue: & improba ferret

Præmia

Præmia uictrix dira libido.
Te quoq3 bellum triſte ſecutum eſt:
Mactata tua miſeranda manu
Nata lucretii:ſtuprum ſæui
Paſſa tyranni:dedit infandi
Sceleris penas cum tarquinio
Tullia coniunx:quæ per cæſi
Membra parentis egit ſæuos
Impia currus:laceroq3 ſeni
Violenta rogos nata negauit.
Hæc quoq3 nati uidere nefas
Secula:magnum cum tyrrhenum
Rate ferali princeps captam
Fraude parentem miſit in æquor:
Properant placidos linquere portus
Iuſſi naute reſonant remis
Pulſata freta:fertur in altum
Profecta ratis:quæ reſoluto
Robore labens:preſſa dehiſcit
Sorbetq3 mare:tollitur ingens
Clamor ad aſtra:cum fœmineo
Mixtuſq3 planctu mors ante oculos
Dira uagatur:q̄rit læti Sibi q̄ſq3 fugam:alii la
Puppis tabulis hærent nudi (ceræ
Fluctuſq3 ſecant:repetunt alii
Littora nantes multos mergunt
Fata profundo:ſcindit ueſtes
Auguſta ſuas laceratq3 comas:
Rigat & meſtis fletib⁹ ora: Poſtq̄ ſpes eſt nul
Ardens ira iam uicta malis: (la ſalutis:
Hoc exclamat mihi pro tanto
Munere reddis præmia nate.
Hac ſum digna carina fateor:
Quæ te genui:quæ tibi lucem
Atq3 imperium nomenq3 dedi.
Cæſaris amens:exere uultus
Acheronte tuos pœniſq3 meis
Paſcere coniunx:ego cauſa tuæ
Miſerandæ necis:natoq3 tuo
Funeris auctor:en ut merui
Ferar ad manes inhumata tuos
Obrupta ſæuis æquoris undis:
Feriunt fluctus ora loquentis:
Ruit in pelagus:rurſumq3 ſalo
Preſſa reſurgit:pellit palmis
Cogente metu fata:& cedit
Feſſa labori:manſit & tacitis
In pectoribus ſpreta triſti

¶ Te quoq3.lucretia romani pudoris ſpecimē: lucretii filia & collatini uxor ut ſcribit a Liuio uiolata a tarqnio filio tarqni ſupbi:uocatis pa rēte & marito:māu ppria morte ſibi cōſciuit: ne adulterio cōſenſiſſe uideretur & Brutus aūt q iā diu ſtultitiā ſimulauerat arepto gladio quo ipa lucretia ceciderat in publicum prodiēs po/ pulum concitauit ad fugam regis qui cum tota ſtirpe expulſus ē. ¶ Nata lucretii.lucretia. ¶ Tul lia.filia ſeruii tullii ſexti regis romāorū:& uxor tarquini ſuperbi q patrem uxoris interfecit ut regno potiret:hæc ſcelerata fuit ſimulq3 cū tar quinio expulſa:unde ualerius maximus inquit cū hæc carpento ueheret:& is q iumenta age/ bat ſuccuſſis frenis cōſtitiſſet:repentine more cauſam req̄ſiuit & ut cōperit corpus patris Ser uii tullii occiſi ibi iacere ſupra id duci uehiculū iuſſit quo celerius ī complexu iterfectoris eius tarqnii ueniret. ¶ Lacero ſeni.pri ſeruio tul/ lio interempto noluit illū ſepeliri. ¶ Hæc quo/ q3 nati. ſcilicet neronis tangit iſtoriā quomo/ do Agripina mater Neronis periit q̄:ut īquit Suetonius cū ueneno tētaſſet perdere:ſentiret que ātidotis p̄munitā.lacunaria q noctu ſuper dormiēte laxata machina deciderent parauit: hoc cōſilio p cōſcios parū celato:ſolutilē nauē: cuius uel naufragio uel camere ruīa periret:cō mentus eſt. Atq3 ita recōciliatiōe ſimulata iu/ cundiſſimis litteris baias euocauit ad ſolemnia qnquatriū ſimul celebrāda: datoq3 negocio tri archis: q liburnicā qua aduecta erat uelut for/ tuito cōcurſu cōfringerēt protraxit cōuiuiū:re petētiq3 baiulosī locū corrupti nauigii machi/ noſum illud obtulit:hilare proſecutus:atq3 ī di greſſu papillis quoq3 exoſculatis:reliquū tēpo ris cū magna trepidatione uigilauit: operiens cœptorum exitum. Sed ut diuerſa omnia nan/ doq3 euaſiſſe eā cōperit:inops cōſilii lagerinū li bertū eius ſaluū & īcolumē cū gaudio nuncian/ tē abiecto clauſula iuſta pugione ut pcuſſoré ſi/ bi ſubornatū arripi cōſtrigiq3 iuſſit: matremq3 occidi q̄ſi deprehēſum crimē uol ūtaria,morte uitaſſet. ¶ Rate ferali.naue ſolutili & mortife/ ra. ¶ luſſi.a Nerone. ¶ Profecta.,pficiſci ſignifi cat īchoationē itineris:nō ,pfectionē plautus: ibo quo,pficiſcor. ¶ Preſſa.peſſundata. ¶ Fugā læti.fugere mortē. ¶ Secāt.natāt inherētes ta/ bulis. ¶ Repetūt.uadūt uerſus littus. ¶ Augu/ ſta.agripina mr̄ auguſti Neronis cōquerīt de ī gratitudīe filii:amiſſa oī ſpe uitæ. ¶ Exere.tol/ le ut uideas miſeriā meā. ¶ Paſcere.ſatiare ma lis meis o claudi:cū fuerim cauſa mortis tue:& nati tui Britānici. ¶ Feriūt.dū loqreī unde re/ plebant os eius:& modo inclinabaī in pelagus modo tollebaī ut unde ferebant. ¶ Pellit fata. ideſt mortem. ¶ Palmis.ſcilicet manibus na/ tando. ¶ Cedit.uincitur a labore:non poterat ſe amplius mouere. ¶ Manſit.ſcilicet in aliqui/ bus qui accurrerunt ad auxilium. ¶ Spræta. non timentes mori ut illi ſuccurrerent.

¶ Leuant.tollunt ab undis. ¶ Quid tibi.uerba Chori ad agripinam. ¶ Vix poſteritas.ita horrendum ut qui non uiderint: uix credere poſſint. ¶ Furit.ſcilicet Nero dolet euaſiſſe matré ¶ Iuſſa.morté Agripine. ¶ Cædis.mortis ſuæ rogat miniſtrum ut uentrem quoq; feriat quo Neronem dirum monſtrum tulit. ¶ Reddit. emiſit:nam ſecundum Platonem anime dicuntur reddi cœlo:unde uenerũt.

QVid me. Secũdus actus ubi Seneca præceptor Neronis:non ille Seneca q̃ hãc tragœdiam compoſuit ut diximus in principio:maxime cõqueritur de fortuna ſua: uidens tantam exuperantiam uitiorum: ut putet finem mundi adeſſe. ¶ Fallaci.quæ licet uidearis blãda:uulnera amara infers nimium ex te pendentibus. ¶ Alte.ad magnas dignitates. ¶ Edita arce. ſublimi turre:nam ſuſceptus fui domo imperatoris:elatuſq; in altum ut grauius caderem:ſemperq; animo inquietus eſſem. ¶ Latebam.ignotus eram i ſtatu priuato dum exularem in corſica: quo iuſſus eram a Nerone:ſed poſtea interceſſione Agripine reuocatus ad præturam:ut ſemp anxius eſſem in tanta uarietate rerum. ¶ Inuidie.quæ ſemper ſuperiores petit. ¶ Mihi uacabat.ſeruiebat uolũtati mee & uirtuti: non alterius libidini ut nũc ¶ Recolenti.reuoluenti ſtudia philoſophie. ¶ Intueri cœlum.contempları cœleſtium ordinem uiceſq; & ſiderum ſeriem. ¶ Artifex. creator mundi deus:& ipſa natura: ſecundum platonis opinionem:qui mundum creatum & interiturum dixit. ¶ Vices.uiciſſitudinem diei & noctis. ¶ Orbem phœbes.circulum lune. ¶ Decus. ſidera quæ ſunt ornamentum cœli. ¶ Qui ſeſe.dicit ob ſcelera inſtare finem mundi ut rurſus inchoetur a ſeculo aureo. ¶ Qui. ſcilicet æther:caſſurus ut ruat cœlum: & melior fiat mundus. ¶ Vt quondam.quemadmodũ fuit ſub rege ſaturno quo regnante fuit morum præſtantia cum adhuc homines ſaperent cœlum: mundo recenti facto. ¶ Tulit.ſcilicet melioré ſtirpem. ¶ Iuſticia.quæ aſtrea dicta fuit. ¶ Mitis.ſine ferro:nam tunc nulli erant en-

Iam morte fides:multi dominæ
Ferre auxilium pelagoq; fractis
Viribus audent:brachia q̃is
Lenta trahentem uoce hortantur:
Manibuſq; leuant:quid tibi ſæui
Fugiſſe maris profuit undas:
Ferro es nati moritura tui.
Cuius facinus uix poſteritas
Tarde ſemper ſæcula credent.
Furit ereptam pelagoq; dolet
Viuere matrem:impius:ingens
Geminatq; nefas:ruit in miſere
Fata parentis. patiturq; moram
Sceleris nullam:miſſus peragit
Iuſſa ſatelles.reſerat dominæ
Pectora ferro:cædis moriens
Illa miniſtrum rogat infœlix
Vtero dirum condat & enſem.
Hic eſt hic eſt fodiendus ait
Ferro:monſtrum qui tale tulit.
Poſt hanc uocem cum ſupremo
Mixtam gemitu animam tandem
Per ſera triſtem uulnera rẽddit.

Actus ſecundus. Seneca loquitur.

QVid me potens fortuna fallaci mihi
Blandita uultu:ſorte contentum mea
Alte extuliſti:grauius ut ruerem edita
Receptus arce:totq; proſpicerem metus.
Melius latebam:procul ab inuidiæ malis
Remotus:inter coriſici rupes maris.
Vbi liber animus & ſui iuris mihi
Semper uacabat ſtudia recolenti mea.
O quam iuuabat:quo nihil maius parens
Natura genuit:operis immenſi artifex
Cœlum intueri:ſolis & currus ſacros:
Mondiq; motus:ſolis alternas uices:
Orbemq; phœbes:aſtra quem cingunt uaga.
Lateq; fulgens ætheris magni decus.
Q ui ſeſe neſcit tantus in cæcum chaos
Caſurus iterum:nunc adeſt mundo dies
Supremus ille. qui præmat genus impium
Cœli ruina:rurſus ut ſtirpem nouam
Generet renaſcens melior:ut quondam tulit
Iuuenis:tenente regna ſaturno poli.
Tunc illa uirgo numinis magni dea
Iuſticia cœlo miſſa cum ſancta fide:
Terra regebat mitis:humanum genus
Non bella norant:non fremitus tubæ truces

Non

Non arma gentes:cingere assuerant suas
Muris nec urbes: peruium cunctis iter
Communis usus omnium rerum fuit.
Et ipsa tellus læta fecundos sinus
Pandebat:ultro tam piis fœlix parens
Et tuta alumnis:alia sed soboles minus
Conspecta mittis:tertium solers genus
Nouas ad artes extitit:sanctum tamen
Mox inquietum qui sequi cursu feras
Auderet acres:fluctibus tectos graues
Extrahere pisces reti: uel calamo leui:
Decipere uolucres crate aut leui
Tenere laqueo:subiectos præmere iugo
Thauros feroces:uulnere immunem prius
Sulcare terram:læsa quæ fruges suas
Interior alte condidit sacro sinu.
Sed in parentis uiscera intrauit suæ
Deterior ætas erruit ferrum graue
Aurumq3:sæuas mox & armauit manus.
Partita fines regna constituit nouas
Extruxit urbes:recta defendit suis
Aliena telis:aut petit:præde imminens.
Neglecta terras fugit &:mores feroces
Hominum:cruenta cæde pollutas manus
Astrea uirgo:siderum magnum decus.
Cupido belli creuit:atq3 auri fames
Totum per orbē maximū extortū est malū
Luxuria pestis blanda:cui uires dedit
Robur longum tempus:atq3 error grauis.
Recollecta uitia per tot ætates diu
In nos redundant:seculo præmimur graui.
Quo scelera regnāt:sæuit impietas furens
Turpis libido dominatur potens uenere.
Luxuria uictrix orbis immensas opes
Iam pridem auaris manibus: ut perdat rapit.
Sed ecce gressu fertur attonito nero:
Truciq3 uultu:quid ferat mente horreo.

Nero: Præfectus Seneca.

Nero loquitur.

OPErage imperata: mitte qui plauti mihi
Syllæq3 cæsi referant abscissum caput
Pre. Iussa aut morabor castra cōfestim petam
Se. Nihil in ꝓpinquos temere cōstitui decet.
Ne. Iustū esse facile est: cui uacat pect9 metu.
Se. Magnum timoris remediū clementia est.
Ne. Extinguere hostē maxima est uirt9 ducis
Se. Seruare duces maior est patriæ patri.
Ne: Precipere mitem conuenit pueris senem.
ses nec ulla discordia. ¶ Peruium. apertum: & omnibus erant omnia cōmunia. ¶ Sinus. græmium suum ferax: nam omnia sponte nascebā tur. ¶ Piis. iustis & bonis hominibus quos ipsa alebat. ¶ Tuta. sine insidiis. ¶ Alia. secūda etas argentea quæ nec omnino fuit mala: nec bona: nam adulteria per iouem inceperūt. ¶ Genus solers. ingenioſa tertia etas ad inueniendum nouas artes. ¶ Mox inquietum. laboriosum. ¶ Calamo leui. sagitta. ¶ Crate. aliquo cō texto uiminum. ¶ Premere. domare ad arandum: nam prius non comedebant nec interficiebant iumenta. ¶ Vulnere. nam terra uidetur uulnerari quando aratur. ¶ Lesa. quia uulnerata & uiolata fuit terra non sponte produxit fruges. ¶ Sed in uiscera. quarta etas ferrea cepit rimari uenas terre & eruere ferru & aurum: tunc quæ prius communia fuerant diuisa sunt: positi quæ termini agrorum: ensesq3 & arma fabricare ceperunt. ¶ Partita. illa etas diuisit. ¶ Suis telis. suis armis: uel defendit suam domum: aut petit alienam. ¶ Prede imminēs. querens predari. ¶ Neglecta. iusticia: postquā uidit tot scelera ad superos euolauit: ut inquit Iuuenalis: Vltima celestum terras astrea reliquit. ¶ Luxria. quæ est dulce malum: eomodo uoluptatem appellauit Platoescam malorum. ¶ Longum tempus. longa consuetudo: quæ ut inquit Aristoteles: inuitum etiam trahit. ¶ Error. ignorantia boni. ¶ Recollecta multiplicata. ¶ Redūdant. aucta sunt: ut inquit iuuenalis. Omne uicium in præcipiti stetit. ¶ Victrix. nā victo orbe. romāiq3 spoliis illius referti: omni luxuria cōtaminati sunt: ut Iuuenalis. Luxuria ī cubuit victumq3 ulciscitur orbem. ¶ Vt perdat ducat ad perditionem: quod euenit romanis. ¶ Sed ecce dat locum sequenti scene. ¶ Attoni. o. turbato propter iram.

OPErage. Crudelitas Neronis ex hoc maxime apparet quod ibi prefecto mandat mortem præstantissimorum Iuuenum fausti sylle cui nupta erat Antonia Claudii filia: & auli plaucii sibi propinquitate cōiuncti: ut plene scribit Cornelius tacitus. ¶ Mitte. aliquem: qui mandata mea exequatur. ¶ Nihil audiens. hoc seneca præceptor eius 'repræhēsionem interponit. ¶ Temere. incōsulte. ¶ Vacat. quæ nullum habet timorem: facile potest expectare. sed ipse timens nullam moram timori faciam: potest esse facile iustus qui nihil timet. ¶ Clementia. si non uis timere esto clemens & benignus omnibus qui te amabunt. ¶ Patri patrie. Imperatori qui pater patrie dicebatur. ¶ Senē. te senecā repellit illum dicens dato ista præcepta pueris nō mihi imperanti.

¶ Feruida. intemperata propter calorem ætatis. ¶ In hac. scilicet qua ipse sum. ¶ Comprobent: debes agere quod probabile é: & diis & hominibus. ¶ Cum faciã. hoc dicit ꝓpter claudium quem in numerum deorum collocauit: quasi dicat nõ timeo deos cũ sint similes Claudio quem ipsum deum feci. ¶ Hoc. ideo debes habere uerecundiam cum plus potes. ¶ Obsequenti. fauenti fortunæ. ¶ Dea. fortuna est leuis & inconstans: unde illi non est fidendum. ¶ Liceat. quid possit: nam debet is omnia pro uoluntate agere. ¶ Decet. Honestum est. non quod possumus turpiter & ĩpune facer̃. ¶ Calcat. si me summitterẽ: omnes mihi insultarẽt. ¶ Inuisum. quem habent odio. ¶ Fides. beniuolentia. ¶ Exprimit. p uĩ extorquet. ¶ Statuã faciã qcquid uoluero. ¶ Cõsensus. si uis statuere aliquid fac consentiant alii: & omnibus placeat. ¶ Rata. firma. ¶ Despectus. scilicet ab ipsis faciet rata: hoc est faciam cõsentire gladio. ¶ An patiar. debeo pati coniurationes in uitã meam. ¶ Exilia. nam illos in exiliũ miserat nec fracti: aut domiti erant ob id quin parent mihi mortem. ¶ Pertinax. perseuerans ĩ malum. ¶ Fauor. nam multos coniuratos sperant ĩ urbe contra me. ¶ Tollantur. interficiantur ipsi. ¶ Inuisa. Octauia moriatur & sequatur fratrẽ britannicum. ¶ Excelsum. sublime: omnes magni perdantur: nã ut scribit Tacitus Nero maxime sæuit in nobilitatem. ¶ Pulchrũ summa prudentia est scire gubernare populum suum: q; confirmat exemplo Octauiani. ¶ Eminere. esse excellentem inter claros. ¶ Iactauit. nam multa bella habuit principio imperii contra Marcum Antonium: & interfectores Cæsaris. ¶ Parẽtis. Cæsaris Iullii. ¶ Hostes. Brutum & Cassiũ. ¶ Incruẽta. suppe fortuna incruẽta sine bello. Nã impiũ habuisti ĩ pace r̃lictũ a claudio. ¶ Numẽ. ptãtẽ suã. ¶ Nutui. uolũtati. tue.

Se. Regenda magis est feruida adolescentia.
Ne. Aetate in hac satis esse consilii reor:
Se. Vt fata superi comprobent semper tua
Ne. Stulte uerebor ipse cum faciam deos.
Se. Hoc plus uerere: quod licet tantum tibi.
Ne. Fortuna nostra: cuncta peremit mihi.
Se. Crede obsequenti parcius: læuis est dea.
Ne. Inertis est nescirẽ quod liceat sibi.
Se. Id facere laus est: quod decet: nõ qd̃ licet.
Calcat iacentem uulgus.
Se. Inuisum opprimit.
Ne. ferrum tuetur principem.
Se. Melius fides.
Ne. Decet timeri cæsarem:
Se. At plus diligi: Ne Metuant necesse est.
Se. Q uicquid exprimitur graue est.
Ne. Iussisq3 nostris pareant.
Se. Iusta impera. Ne. Statuam ipse.
Se. Q uæ consensus efficiet rata.
Ne. Despectus ensis faciet.
Se. Hoc absit nefas.
Ne. An patiar ultra sanguinẽ nostrum peti:
Inuictus & contemptus: ut subito opprimar
Exilia non fregere summotos procul:
Plautum atq3 syllam: pertinax quorum furor
Armat ministros sceleris in cædem meam:
Absentum cum maneat: etiã ingens fauor
In urbe nostra: qui fouet spes exulum.
Tollantur hostes ense suspecti mihi.
Inuisa coniunx pereat: ut carum sibi
Fratrẽ sequatur: quicquid excelsum est: cadat.
Se. Pulchrum eminere est ĩter illustres uiros:
Consulere patriæ: parcere afflictis fera
Cæde abstinere: tempus atq3 iræ dare:
Orbi quietem: sæculo pacem suo.
Hæc summa uirtus: petitur hac cœlum uia.
Sic ille patriæ primus augustus parens.
Complexus astra est: colitur & templis deus.
Illum tamen fortuna iactauit diu
Terra mariq3: per graues belli uices.
Hostes parentis: donec oppressit sui.
Tibi numen incruenta summisit suum:
Et dedit habenas imperii facili manu:
Nutuiq3 terras maria subiecit tuo:
Inuidia tristis uicta consensu pio
Cessit: senatus: equitis accensus fauor
Plebisq3 uotis: atq3 iudicium patrum est.
Tu pacis auctor: generis humani arbiter

Electus:orbem ſpecie ſacra regis
Patriæ parens:quod nomen:ut ſerues petit:
Suoſq3 ciues commendat roma tibi.
Ne. Munus deorum eſt ipſa quod ſeruit mihi
Roma & ſænatus:quodq3 ab inuitis præces
Humileſq3 uoces exprimit noſtri metus:
Seruare uiros principi & patriæ graues:
Claro tumentes genere:quæ clementia eſt:
Cum liceat una uoce ſuſpectos ſibi
Mori iubere:brutus in cædem ducis
A quo ſalutem tulerat armauit manus.
Inuictus aciæ:domitor gentium ioui
Aequatus:altos ſemper per honorũ gradus
Cæſar nefando ciuium ſcelere occidit.
Quantum cruoris roma:tunc uidit ſui
Lacerata totiens:ille qui meruit pia:
Virtute cœlum diuus auguſtus uiros
Quot interemit:nobiles:iuuenes:& ſenes:
Sparſoſq3 per orbem:cum ſuos mortis metu
Fugerent penates:& ttium ferrum ducum
Tabula notante deditos triſti neci.
Expoſita roſtris capita cæſorum patres
Videre mœſti:flere nec licuit ſuos:
Non gemere dira tabe polluto foro
Stillante ſanie per putres uultus graui:
Nec finis cruoris aut cædis ſtetit.
Pauere uolucres:& ſæuas feras diu
Triſtis philippi:hauſit & ſiculum mare:
Claſſes uiroſq3 ſæpe cedentes ſuos
Concuſſus orbis uiribus magnis ducum:
Superatus acie:puppibus nilum petit
Fuge paratis:ipſe periturus breui.
Hauſit cruorem inceſta romani ducis
Aegyptus iterum:nunc leues umbras tegit.
Illic ſepultum eſt impiæ geſtum diu
Ciuile bellum:condidit tandem ſuos:
Iam feſſus enſes uictor:habetatos feris
Vulneribus:& continuit imperium metu.
Armis fideq3 militis tutus fuit.
Pietate factus nati eximia deus
Poſt fata conſecratus:& templis datus.
Nos quoq3 manebunt aſtra:ſi ſæuo prior
Enſe occupabo quicquid infeſtum eſt mihi.
Dignaq3 noſtram ſobole fundabo domum.
Se. Impleuit aulam ſtirpe celeſti tuam
Generata diuo claudio:gentis decus
Sortita fratris more iunonis thoros.
Ne. Inceſta genitrix detrahit generi fidem:

¶ Serues nomen.ſ.patris patriæ cuius officiũ eſt ſeruare ſuos non perdere. ¶ Munus deorum.confutat Nero ſe nõ fuiſſe electum a romanis:imo uoluntate deorũ. ¶ Metus noſtri. debeo diis quod iſti me timent: & ſupplicant ẽt inuiti. ¶ Exprimi.facit exprimere. ¶ Quæ clementia.quaſi dicat nulla ẽ ſeruare inimicos & ſuperbos. ¶ Vna uoce.uno mandato: ut interficiantur. ¶ Brutus.qui coniurauit in Cæſarem:probat per exemplũ q̃ hoſtes non ſunt ſeruãdi. ¶ Ducis. Cæſaris qui illum ſeruauerat cum prius:cum Põpeio fuiſſet. ¶ Inuictus.cæſar qui nunquã potuit ſuperari bello. ¶ Quantum cruoris.Nam poſtea octauianus in ultionem patris ut ſcribit Suetõius plurimos ſuſtulit. ¶ Lacerata totiens.ſcilicet per bella ciuilia. ¶ Meruit cœlum.nam per apotheoſim factus eſt deus. ¶ Penates.domos romanas. ¶ Trium ducum.poſt mortẽ Cæſaris pacato bello Mutinenſi contra Antonium:ut ſcribit Suetonius.in Auguſto factus ẽ trimiuiratus prope bononiam in inſula lauini:ubi octauianus Marcus Antonius :& Marcus lepidus cõuenerũt: & inter ſe imperiũ diuiſerunt:tabulamq3 proſcriptorum fecerunt in qua Marcus Tullius p̃ ſcriptus fuit. ¶ Deditos.nam proſcripti impune poterant interfici. ¶ Patres. ſenatores romani uiderunt capita interfectorum affixa p̃ roſtris in foro ubi eram quædam ſubſelia quæ roſtra appellabantur: quod ex nauibus captis contra antianos facta fuerant. ¶ Ferrum. ſcilicet fugerent. ¶ Tabula.ut moris erat nomina proſcriptorum ponebantur in tabula quæ album appellabatur:& in foro exponebatur. ¶ Pauere.paſtũ dederunt. ¶ Philippi.campi in Theſſalia ubi octauianus brutum ſuperauit caputq3 eius romam miſit:ut ſtatue Cæſaris ſubmitteretur. ¶ Siculum mare.hoc fuit bellũ aduerſus ſextum põpeium filiũ magni pompei. ¶ Cedentes.quia bellum erat inter ciues. ¶ Superatus. Marcus Antonius petit nilum fugit ĩ egyptum. ¶ Hauſit ĩceſta egyptus. p̃pter Cleopatram inceſtam quæ Antonio nupſerat repudiata octauia ſorore auguſti. ¶ Romani ducis. Marci Antoni. ¶ Sepultum finitum omne bellum ciuile ibi fuit. ¶ Victor.auguſtus Feris crudelibus:nam inter ciues erat bellum. ¶ Ebeatos.qui non plus incidebãt. ¶ Militis. octauianus fuit tutus armis & ſide militum non beni uolentia ciuium. ¶ Manebũt.collocabor ĩ numero deorũ ſi prius inimicos ſuſtulero. ¶ Domum.ſtirpem meam:ſi habuero uxorem de q̃ poſſũ ſuſcipere filios:nã Octauia ſterilis ẽ. ¶ Lu nonis.q̃ ioui fratri nupta ẽ. ¶ Inceſta genitrix. meſalia mr̃ eius adultera facit ut putẽ octauiã ſimilẽ illi:nec liberos certos ex illa poſſe hẽre.

¶ Coniugis. Octauie quæ nũquam dilexit me. ¶ Teneris. non debet puellam ostendere amorem: sed ĩtra pectus diligere. ¶ Tegit. occultat uerecundia. ¶ Credidi. habebam hanc opinionẽ prius: sed uideo multa signa odii. ¶ Prodirent. manifestarent. ¶ Insatiabili. quia nõ posset satiari odio meo. ¶ Ferox dea. diana. ¶ Probitas. sententia notabilis: uirtus nõ forma uxoris querenda est. ¶ Bona animi. uirtutes æterne. ¶ Florem. pulchritudinem. ¶ Carpunt. diminuunt ut inquit Elegiacus poeta. Forma bonum fragile est: quantumq; accedit ad annos: fit minor. ¶ Amor. qui certum iudicium non habet. ¶ Quem. s. amorẽ nec iupiter ipse: nec neptunus: nec pluto superare potuerunt: unde ipse illi parẽdum putauit. ¶ Volucrem. uerba sunt hæc præclara' quibus error hominũ demõstratur. ¶ Volucrem. aligerum. ¶ Immité. nulli parentem. ¶ Vis magna. quando homo dedicat mentem ad aliquid. ¶ Blandus. cui facile assentitur. ¶ Luxu. affluentia rerum. ut inquit Terentius sine cerere etbaccho friget uenus. ¶ Ocio. quiete: ut inquit Ouidius. Queritur Aegisthus modo cursit factus adulter in promptu ratio: desidiosus erat. ¶ Cadit. fugit a nobis. ¶ Voluptas. scilicet uera mariti & uxoris: habere cõiugalem & licitum amorẽ quem potest habere cum Octauia. ¶ Grato. coniugali. amore qui etiam lenit feras. ¶ Hic mihi. scilicet amor: persistit in opinione sua. ¶ Preferat. ante portet more sponse. ¶ Populi. qui nõ posset ferre octauiã destitui. ¶ Prohibeor. scilicet repudiare uxorem quod omnibus cõceditur. ¶ A summo. s. uiro: cuius: ut inquit Cicero. nec factum nec dictum latere potest. ¶ Libet experiri. scilicet si tantum possum quantum populus. ¶ Animis. s. uulgi. ¶ Fractus. debilitatus potentia mea. ¶ Cedat. discedat. ¶ Obsequere. facias gratum potius quã experiaris hoc. ¶ Dolet. quando populus nõ potest impetrare quicquam ab imperatore. ¶ Ferro. imperabo. armis & cogam eos. ¶ Est ius. est potestas exprimere. idest per uim habere. ¶ Negare. non cõcedere honestum. non iustum est ut populus cogat principem. ¶ Remittat. sponte relaxet. ¶ Victum dicent me coactum.

Animusq3 nunq̃ coniugis iunctus mihi
Se. Teneris in annis haud satis clara est fides
Pudore uictus cum tegit flammas amor.
Ne. Hoc equidem: & ipse credidi frustra diu:
Manifesta q̃uis pectore insatiabili
Vultuq3 signa proderent odium mei.
Tandem quod ardens statuit ulcisci dolor.
Dignamq3 thalamis coniugem inueni meis
Genere: atq3 forma: uicta cui cederet uenus:
Iouisq3 coniunx: & ferox armis dea.
Se. Probitasq3: fidesq3: cõiugis mores: pudor:
Placeant marito. sola perpetuo manent.
Subiecta nulli mentis: atq3 animi bona.
Florem decoris singuli carpunt dies
Ne. Omnis in unam contulit laudes deus:
Talemq3 nasci fata uoluerunt mihi.
Se. Recedat a te: temere ne credas amor
Ne. Q uẽ submouere fulminis domin⁹ neq;
Cœli. tyrannus: sæua qui penetrat freta
Ditisq3 regna: detrahit superos polo.
Se. Volucrem eẽ amorem fingit immitẽ deũ.
Mortalis error: armat & telis manus
Arcusq3 sacros instruit sæua face.
Genitumq3 credit uenere: uulcano satum.
Vis magna mentis blandus atq3 animi calor
Amor est: iuuenta gignitur luxu ocio:
Nutritur inter læta fortunæ bona.
Q uæ si fouere aut alere desistas: cadit.
Breuiq3 uires perdidit extinctus suas:
Hanc esse uitæ maximam causam reor:
Per quam uoluptas oritur: interitu caret.
Cum procreatur semper humanum genus
Amore grato: qui truces mulcet feras:
Ne. Hic mihi iugales perferat tedas deus:
Iungatq3 nostris igne popeam toris
Se. Vix sustinere posset hos thalamos dolor
Videre populi: sancta nec pietas sinat
Ne. Prohibeor unus facere qđ cunctis licet:
Se. Maiora populus semper a summo exigit.
Ne. Libet experiri uiribus fractus meis:
An cedat animis temere conceptus fauor.
Se. Obsequere potius ciuibus placidus tuis
Ne. Male imparatur cum regit uulgus duces.
Se. Nihil impetrare cum ualet: iuste dolet.
Ne. Exprimere ius est ferro: qđ nequeũt pces
Se. Negare durum est.
Ne. Principem nefas cogi.
Se. Remittat ipse. Ne. Fama sed uictum feret.

Se.

Se. Leuis atq3 uana.
Ne. Sit licet: multos notat.
Se. Excelsa metuit.
Ne. Non minus carpit tamen.
Se facile opprimitur: merita te diui patris
Aetasq3 frangat: coniugis: probitas: pudor.
Ne. Desiste tandem iam grauis nimium mihi
Instare: liceat facere quod seneca improbat.
Et ipse populi uota iam pridem moror.
Cum portet utero pignus & partem mei:
Quin destinamus ꝓximam thalamis diem.

¶ Actus tertius
Agripina loquitur.

Tellure rupta tartaro gressum extuli:
Stygiã cruẽta præferẽs dextra facem
thalãis sceleſtis: nubat his flãmis meo
Popea nato iuncta: quas uindex manus
Dolorq3 matris uertet ad tristes rogos.
Manet inter umbras impiæ cedis mihi:
Semper memoria manibus nostris grauis
Adhuc inultis. reddita & meritis meis
Funesta merces puppis: & præcium imperii.
Vox illa qua naufragia defleui mea:
Comitum necem: natiq3 crudelis nefas
Deflere uotum fuerat: haud tempus datũ est
Lachrymis: sed ĩgẽs scelere geminauit nefas.
Peremptа ferro fœda uulneribus sacros
Intra penates spiritum effudi grauem.
Erepta pelago: sanguine extinxi meo
Nec odia nati: sæuit in nomen ferus
Matris tyrannus obrui merita cupit.
Simulacra titulos destruit mortis metu:
Totum per orbem: quẽ dedit penam in meã
Puero regendum noster infœlix amor.
Extinctus umbras agitat infestus meas:
Flammisq3 uultus noxios coniunx petit:
Instat minatur: imputat fatum mihi:
Tumulumq3: nasci possit auctorem necis.
Iam parce dabitur: tempus: haud longũ peto.
Vltrix erynis impio dignum parat:
Lætum tyranno: uerbera & turpem fugam:
Pœnasq3: quis & tantali uincat sitim.
Dirum laborem sisyphi: titii alitem:
Isionisq3 membra rapientem rotam.
Licet extruat marmoribus: atq3 auro tegat
Superbus aulam: limen armate ducis
Seruẽt cohortes: & licet mittat ĩmensas opes:
Exhaustus orbis: supplices dextram petant:

¶ Leuis fama. non curenda talis est. ¶ Sit. s. leuis notat ideſt infamat. ¶ Excelsa. nullus audet contra principem. ¶ Carpit. si nõ aperte tamẽ clam. ¶ Opprimitur. facile extinguitur si bene agis. ¶ Portet. s. popea grauida ex me: quod totus populus optat. ¶ Quin destinamus. deliberamus crastinam diem ad nuptias popeæ.

Tellure. Principiũ tertii actus: licet in superiori nõ fuerit chorus cuius rei causa fuit ꝙ præcedentia chorus semper debet dicere: sed isti clam sunt loquuti: iõ non potuit scire: quid quærẽdũ esset: uenit igitur Agripina ab iferis: cõqueriturq; dicens se uelle turbare has nuptias. ¶ Præferens. portans ad thalamos filii. ¶ His flammis. facibus ĩfernalibus ad futuram infœlicitatem. ¶ Vindex. faciens uindictam de malis habitis. ¶ Rogos. mortem eius. ¶ Manet. semp recordor impietatis filii: licet sim apud inferos. ¶ Cædis. mortis meæ. ¶ Manibus inuitis. animæ meæ adhuc nõ uindicate. ¶ Reddita. loco meritoq; data est mihi pupis funesta de qua uidimus. ¶ Imperii. ꝓ me dati illi. ¶ Vox. s. manet adhuc recordor lamẽtationis qua usa sum in naufragio. ¶ Comitũ. qui mecum erant in naui solutili nihil mali merentes. ¶ Votum. ꝓpositum erat plorare illorum mortem: sed tempus non datum est: cum iussu nati in terra subito interempta fuerim. ¶ Geminauit. duplicauit Nero. ¶ Fœda. ipsa cruẽtata. ¶ Grauem. cum magno dolore. ¶ Extinxi. non satiaui. ¶ In nomen. destruendo statuas & titulos meos. ¶ Mortis metu. minãdo mortem seruãtibus simulachra: aut nomẽ meum. ¶ Quem. s. orbem nostre amor dedit regendum puero. s. Neroni qui tunc erat decẽ & octo annorum. ¶ Extinctus coniunx. Claudius quem uenenani semper seqtur animam meam cupiens ulciſci: scelus meum. ¶ Fa: tũ. mortem quod ipsum occiderim. ¶ Tumulũ. quod ipsum nõ permisi sepeliri celata eius mote: do nec circa successorem: ut inquit Suetonius oĩa ordinarentur. ¶ Iam parce. respondet Agripina Claudio: si petis uindictã de me: expecta qd Nero moriatur: & habebis auctorẽ scelerum. ¶ Dignum lætum. mortẽ conuenientẽ illi tyrãno: nã ut scribit Suetonius miserrime mortuus est: destitutus ab omnibus: hostisque a senatu iudicatus ferrum iugulo sibi adegit iuuante epaphrodito cumiam latebras quæsiuisset ĩ sub urbano phaontis liberti inter salariam: & munentanam uiam ad quartum milliarium. ¶ Quis. quibus penis uincat sitim Tantali: nã ut scribit Suetonius: dum clandestinus ad uillã introitus pareretur aquã e subiecta lacuna potaturus manu hausit: & hæc est inquit neronis decocta: habeat maiores pœnas quam isti qui cruciantur apud inferos quorum supplicia superius declarauimus. ¶ Licet extruat. editicet ingentia palatia: tamen ueniet tempus pœne.

¶ Hostibus. centurioni missi ad eius necem: licet seipsum percusserit: ut diximus. ¶ Desertus. derelictus ab omnibus. ¶ Egens. ad tantā miseriam uenit: ut fame & siti interpellente: panem sordidum sibi oblatum apernatus sit: aquæ tepide tantum modicum bibit. ¶ Heu quo. o nate nero quo uenerunt uota mea optaui te imperatorem: & tu me occidisti: deberé tibi optare mala: sed tamen mater tibi compatior. ¶ Cecidere. euenerunt. ¶ Cedat. uincatur. ¶ Vtinam. dum te gestarem utero: innocens a feris laniatus fuisses mecum: saltem fuisses quietus apud inferos cum tuis maioribus. ¶ Quos. maiores quos pudebit te habere de stirpe sua. ¶ Nefāde. o Nero scelerate. ¶ Quid cessо. iam grauo terras: melius est quod deicendam ad inferos. ¶ Nouerca. propter britanni cum uenenatum. ¶ Coniunx. propter Claudium necatum. ¶ Mater. propter Neronem.

Pp Arcite. Inducit Chorus & Octauia repudiata quæ alloquitur populum ne uelit ruere: aut dolere propter repudiū eius: cum iam sit dies illa celebranda ob metū principis q popeā ducebat. ¶ Primum uulnus. primum malum: nam sum assueta malis. ¶ Cō iugis. s. Popee. ¶ Augusti. Neronis. ¶ Absint. si non ero uxor: soror tamen ero cæsaris: dum me: pmittat uiuere. ¶ Demens. ad seipsam uertit sermonem: credis quod dimittet te uiuere quasi dicat non: ille expectauit hunc diem solénem ad interficiendum te. ¶ Cades. morieris. ¶ Sed quid. dum cederet totiens uertebat oculos ad domum patris claudii ī qua nata fuerat. ¶ Vdis humidis propter lachrymas. ¶ Effere. discendere cito. ¶ En illuxit chorus uidēs Octauiam discedentem queritur diem euenisse quam iam diu dictum fuerat neronem ducturum Popeam uxorem: seipsum increpans quod eum tyrannum patiatur. ¶ Dum. hoc é factū quod sumus ignaui ad uindicandum. ¶ Vbi uis. ubi est illa fortitudo romanorum quæ solebat expugnare reges & libera regere patriam.

Parthi cruentam: regna diuitias ferant:
Veniet dies tempusq3 quo reddat suis
Animā nocētē sceleribus: iugulum hostibus:
Desertus: & destructus: & cunctis egens:
Heu quo labor: quo uota cecidere mea:
Quo te furor prouenit attonitum tuus
Et fata nate: cedat ut tantis malis
Genitricis ira: quæ tuo scelere occidit
Vtinam anteq̄ te paruulum in lucem edidi
Aluiq3 sæue nostra laceraſſent feræ
Viscera: sine ullo scelere: sine sensu innocens
Meus occidisses: iunctus atq3 hærens mihi.
Semper quietam cerneres sedem inferum:
Proauos quæ patrēq3: nominis magni uiros.
Quos nunc pudor luctusq3 perpetuꝰ manet:
Ex te nefande: meq3 quæ talem tuli.
Quid tegere cessо tartaro uultus meos:
Nouerca: coniunx: mater infœlix meis.

Pp Octauia Chorus. Octa. loquitur.
Arcite lachrymis urbis festo
Lætoq3 die: ne tantus amor
Nostriq3 fauor: principis acres
Suscitet iras: uobisq3 ego sim
Causa malorum: non hoc primum
Pectora uulnus mea senserunt:
Grauiora tuli: dabit hic nostris
Finem curis uel mortem dies.
Non ego sæue cernere cogor
Coniugis ora. Non inuisos intrare mihi
Thalamos famulæ.
Soror augusti: non uxor ero:
Absint tantum tristes pœne:
Lætiq3 metus. Socerum diri miseranda uiri.
Potes hæc memor sperare demens:
Hos ad thalamos seruata diu
Victima tandem funesta cades:
Sed quid patrios semper penates
Respicis udis confusa genis:
Propera tectis effere gradus.
Linque cruentam principis aulam.
Cho. En illuxit suspecta diu:
Fama totiens iactata dies:
Cessit thalamis claudia diri
Pulsa neronis: quos iam uictrix
Popea tenet: cessat pietas
Dum nostra graui compressa metu.
Segniq3 dolor: ubi romani
Vis est populi fregit claros

Quæ

Quæ ſæpe duces: dedit inuicte
Leges patriæ: faſces dignis
Ciuibus olim: iuſſit bellum
Pacemq3: feras gentes domuit.
Captos reges carcere clauſit.
Grauis en oculis undiq3 noſtris
Iam popeæ fulget imago: iuncta neroni.
Affigat humo uiolenta manus
Similes nimium uultus dominæ.
Ipſamq3 thoris detrahat altis.
Petat infœlix mox & flammis
Teliſq3 feris principis aulam.
Actus quartus. Nutrix Popea.
Nutrix loquitur.
Quo trepida greſſu cõiugis thalãis tui
Effers alumna: quo ue ſecretum petis
Turba uultu: cur genæ fletu manant:
Certe petitus præcibus & uotis dies:
Noſtris refulſit. cæſari iuncta es tuo:
Teda iugali quem tuus cœpit decor
Et culpa ſenece: tradidit uictum tibi
Genitrixq3 amoris maximum numen uenus.
O qualis altos quanta preſſiſti thoros
Reſidens in aula: uidit attonitus tuam
Formam ſenatus: tura cum ſuperis dares:
Sacras grato ſpargens aras mero.
Vellata ſummo flammeo tenui caput.
Et ipſe lateri iunctus atq3 herens tuo
Sublimis: inter ciuium læta omnia
Inceſſit habitu atq3 ore lætitiam gerens
Princeps ſuperbo: talis emerſam freto
Spumantem peleus cõiugem accepit thetim
Quorum thoros celebraſſe celeſtes ferunt.
Pelagiq3 numen omne: conſenſu pari.
Quæ ſubita uultus cauſa mutauit tuos:
Quis palor iſte: quid ferant lachryme doce.
Po. Confuſa triſti proximæ noctis metu:
Viſuq3 nutrix mente turbata feror.
Defecta ſenſu: læta nam poſtq̃ dies
Sideribus atris ceſſit: & nocti polus
Inter neronis iuncta complexus mei
Somno reſoluor: nec diu placida frui
Quiete licuit: uiſa nam thalamos meos
Celebrare turba eſt mœſta: reſolutis comis.
Matres latinæ flebiles planctus dabant:
Inter tubarum ſæpe terribilem ſonum.
Sparſam cruore coniugis genitrix mei
Vultu minaci ſæuam quatiebat facem.

¶ Faſces. magiſtratus qui dabantur a populo in comitiis. ¶ Imago. ubiq3 fiunt ſtatue popee imperatricis: ut moris erat. ¶ Grauis. moleſta. ¶ Violenta manus. ſ. noſtra deberet proſternere imagines eius & Neronis. ¶ Domine. popeæ. ¶ Detrahat. ſcilicet manus noſtra: & petat ¶ Infœlix. ferens infœlicitatem principi.

Quo trepida. Hic eſt quartus actus in quo tractatur metus popeæ quæ exiens turbata rogatur a Nutrice quid mali habeat: illa reſpondet nocte ſõniaſſe dum eſſet in cõplexu Neronis uidiſſe mulieres romanas fientes circa ſe: & Agripinam ferẽté faces. ¶ Quo ad quem locum. ¶ Effers. diſcedis. ¶ Petitus: optatus: unde non eſt cauſa triſticie. ¶ Decor. pulchritudo tua fecit ut acciperet te in uxorem. ¶ Senece. diſſuadebat hoc matrimonium: ſed uenus coegit imperatorẽ uictum amore. ¶ O qualis q̃ fœlix cum iuiſti in thalamos Neronis. ¶ Preſſiſti. calcaſti. ¶ Attonitus. propter pulchritudinem cum ſacra faceres. ¶ Flammeo. uelo de quo ſcribitur apud Plutarcum in probleumate. ¶ Ipſe princeps. Nero. ¶ Supbo. magnifico. ¶ Peleus. pater Achillis cum duxit tethydem deam maris uxorẽ talis erat: eius epithalamion ſcribitur a Catulo ueronẽſi. ¶ Emerſam. ab undis ueniẽté. ¶ Celeſtes. dei & parce. ¶ Mutauit ut ſis triſtis. ¶ Cõfuſa. popea docet cãm triſticie. ¶ Genitrix coniugis. Agripina.

¶ Coacta.nam Agripina coegit me ut eam ſequerer. ¶ Quam.agripinam. ¶ Diducta.aperta. ¶ Quo.hiatu. ¶ In quis.in quibus toris reſedi.i.quieui. ¶ Coniugem quondam meum.ruſium criſpinum maritum meum & filium eiuſdem nominis quem Nero:ut ſcribit Suetonius impuberem adhuc.quia ferebatur ducatus & imperia ludere mergendum i mari: dum piſcaretur ſeruis ipſius demandauit. ¶ Priſtinus prior ille ueniebat ad oſcula mea iam intermiſſa aliquo tempore & Nero interfecit eũ. ¶ Iugulo. gutture eius. ¶ Quatit. cepi tremere. ¶ Continet.ſic Virgilius:& uox faucibus hæſit. ¶ Produxit.foras duxit:nã pro te hæc locuta ſum. ¶ Coniugis uidi.ſ.criſpini. ¶ Quecũq; nutrix uolens popeam cõſolari rationem ſomnii ſui reddit:dicens ea quæ uidentur & agunt i die nocte hominibus repræſentari ut inquit Claudianus:omnia quæ ſenſu uoluuntur uota diurno: tẽpore nocturno reddit amica quies: Venator cũ feſſa thoro ſua membra reponit: Mens tamẽ ad ſiluas & ſua luſtra redit: Ita tibi accidit quãdo accepiſti Neronem hodie recordata es ãtiqui mariti:& ſi uiſe ſunt romane flere id malum ẽ pro octauia repudiata. ¶ Sacer. quia immortalis & diuinus eſt animus. ¶ Velox. ut inquit cicero in tuſculanis nulla uis eſt quæ cũ celeritate animi poſſit cõparari. ¶ Pulſata.nam plorantes mulieres percutiebant pectus & criñes ſpargebant hoc erat propter diſidia.i.repudia octauie. ¶ Fratris. neronis per adoptionẽ:unde erat ſoror & coniunx. ¶ Fax. interpretatur aliam uiſionẽ. ¶ Prelata. portata manu auguſte Agripine:ſignificat tibi ſemp gloriam cum inuidia aduerſariorum. ¶ Partu. acquiſitum. ¶ Ominatur. ſignificat. ¶ Inferũ ſedes. ꝓterea dicebas quod illa ducebat te per hiatum terre: illud ſignificat ſtabilitatẽ matrimonii quemadmodum terra eſt ſtabilis. ¶ Cõdidit.abſcondit Nero in iugulo nati:illud ſignificat nõ bellum:ſed pacem: quia occultatio ferri pacem demonſtrat. ¶ Delubra. Popea poti us uult ire ſacrificatũ ut expiet ſomnia ſua.

Iuera. Inducitur Chorus commendãs pulchritudinem Popee per comparationem omnium pulcherrimarũ mulierum quæ forma ſua louem de cœlo traxerunt. ¶ Furta.adulteria. ¶ Quem. ſcilicet louem dicunt. ¶ Sinum.gremium:hæc fabula ſatis ẽ declarata. ¶ Quæ regit.pendet ibi textus etiam nunc deſeret & ueniet in complexus tuos o popea. ¶ Quos.ſcilicet complexus tuos ipſe iuppiter poteſt ante ferre prioribus.

Quam dum ſequor coacta preſenti metu:
Diducta ſubito patuit ingenti mihi
Tellus hyatu lata:quo præceps thoros
Cerno iugales pariter & miror meos
In quis reſedi feſſa uenientem intueor
Comitante turba coniugẽ quondam meum:
Natumq3:properat petere complexus meos
Priſtinus:intermiſſa libare oſcula.
Irrupit intra tecta:cum trepidus mea.
Enſemq3 iugulo condidit ſæuum nero:
Tandem quietam magnus excuſſit timor.
Quatit ora & artꝰ horridus noſtros tremor.
Pulſatq3 pectuſ:continet uocem timor.
Quam nunc fides pietaſq3 produxit tua:
Heu quid minantur inferum manus mihi:
Aut quem cruorem coniugis uidi mei:
Nu.Quecunq3 mentis agitat infeſtus uigor:
Ea per quietem ſacer & arcanus refert
Veloxq3 ſenſus:& coniugẽ:tha lamos:rogos:
Vidiſſe te miraris:amplexu noui
Herens mariti:ſed mouent leto die
Pulſata palmis pectora & fuſæ comæ
Octauiæ diſidia:planxerunt ſacros
Inter pœnates fratris & patrium larem
Fax illa quam ſecuta es auguſtæ manu
Prælata clarum nomen inuidia tibi
Partum ominatur:inferum ſedes:thoros
Stabiles futuros ſpondet æternæ domus
Iugulo quod enſem condidit princeps tuus:
Bella haud mouebit:pace ſed ferrum teget.
Recollige animum recipe lætitiam præcor.
Timore pulſo redde te thalamis tuis.
Po.Delubra & aras petere conſtitui ſacras:
Cæſis litare uictimis numen deum.
Vt expientur noctis & ſomni minæ.
Terrorq3 in hoſtes redeat attonitus meos.
Et uota pro me ſuſcipe & precibus piis
Superos adora:maneat ut preſens metus.

Chorus.

Iuera loquax fama tonantis:
Furta & gratos narrat amores.
Quem non lædæ preſſiſſe ſinum
Tectum plumis penniſq3 ferum.
Modo per fluctus captam europem.
Taurum tergo portaſſe trucem.
Quæ regit & nunc:deſeret aſtra
Petit amplexus popea tuos.
Quos & lædæ preferre poteſt.

Et tibi

Et tibi quondam cui miranti
Fuluo danne fluxit in auro.
Formam ſparte iactet alumnæ
Licet & phrygius præmia paſtor.
Vincet uultus hæc tyndaridos:
Q ui mouerunt horrida bella:
Phrygiæq3 ſolo regna dedere.
Sed quis greſſu ruit attonito
Aut quid pectore portat anhelo.

¶ Nuncius Chorus.
Nuncius loquitur.

Q Vicunq3 tectis miles exultat ducis:
Defēdat aulā:cui furor populi īminet
Trepidi cohortes: ecce p̄fecti trahūt.
Prælidia ad urbis uicta:nec cedit metu
Concepta rabies temere:ſed uires capit.
Cho.Q uis iſte mētes agitat attonitus furor:
Nū.Octauiæ furore percuſſa agmina:
Et efferata per nefas ingens ruunt:
Cho.Q uid auſa facere:quo ue conſilio doce.
Nū.Reddere penates:claudiæ diui parant:
Thoroſq3 fratris:debitam partem imperii.
Cho.Q uos iam tenet popea concordi fide.
Nū.Hic urit animos pertinax nimium furor.
Et in furorem temere præcipites agit.
Q uæcunq3 claro marmore effigies ſtetit
Aut ara fulgens ora popea gerēs
Afflicta uulgi manibus & ſæuo iacet
Euerſa ferro:membra per partes trahunt.
Diducta laqueis:obruunt turpi diu
Calcata ceno uerba conueniunt feris
Immixta factis:quæ timor recipit meus
Sepire flammis principis edem parant:
Populi niſi ire coniugem reddat nouam.
Reddat penates claudiæ uictus ſuos.
Vt ipſe noſcat ciuium motus:mea
Voce haud morabor iuſſa præfecti exequi.
Cho.Q uid fera fruſtra bella mouetis
Inuicta gerit tela cupido:
Flammis ueſtros obruet ignes:
Q uis extinxit fulmina ſæpe
Captumq3 iouem cœlo traxit:
Læſi triſtes dabitis pœnas Sanguine ueſtro.
Non eſt patiēs feruidus iræ:Faciliſq3 regi:ille
Iuſſit achillem pulſare lyram. ferocem
Fregit danaos:fregit atridem.
Regna euertit priami:claras diruit urbes.
Et nunc animus quid feret horret

¶ Phrygius paſtor.paris amator helene.¶ Solo.ad terram equarunt. ¶ Sed quis.dat locum ſequenti ſcene.

Q Vicunq3. Veniens Nuncius ad Neronem ut nunciaret tumultum populi factum eſſe propter Octauiam repudiatam interrogatur a choro quid mali aportet: & quæ cauſa.¶ Quicūq3.alloquitur præſidia ut defendat aulam: cum populus uelit illam cōburere. ¶ Trepidi.feſtini.¶ Victa.furore populi.¶ Rabies. iracundia populi in Neronem concepta non uincitur ab iſtis cohortibus. ¶ Agmina. multitudo populi furens propter octauiam repudiatā ruit per nefas ſcilicet ut perdat imperatorem.¶ Auſa.ſcilicet illa agmina.¶ Thoros fratris.matrimonium Neronis: & domum dui ſcilicet claudii. ¶ Claudie. ideſt ipſi octauie. ¶ Debitam.quia filia erat īperatoris.¶ Quos: quomodo reſtituet: quando illi Popea eſt nupta.¶ Pertinax.perſeuerans:hæc eſt cauſa qua populus indignatus eſt.¶ Vrit.incendit:quod Popea tenet totos. Octauie.¶ Furor.indignatio.¶ Quæcunq3.populus omnes imagines & ſtatuas popeæ ſiue ex. ¶ Marmore.ſiue exere diſiecit.¶ Ora popea.imaginē popeæ:ibi adiectiuum eſt popea.¶ Membra.ſcilicet ſtatuarū popee laqueis ideſt funibus trahunt in cōtemptum eius:ſeu obruunt ideſt ſepeliunt ceno. ¶ Verba.rurſus habēt uerba conuicioſa: quēadmodum habent facta crudelia.¶ Quæ.ſcilicet uerba credo propter timorem illorū quæ uidi:nam comburent etiam domum imperatoris.¶ Sepire.circundare. ¶ Niſi ire. ad iram populi leniendam.¶ Coniugē.popeā.¶ Claudiæ.octauiæ.¶ Victus.ſcilicet ipſe Nero furore populi reſtituat penates ideſt domum ſuam claudie. ¶ Vt ipſe.ſcilicet nero miſſus ſum ut hæc illi nunciem.¶ Præfecti.ſcilicet præſidii q miſerat me.¶ Quid fera. Chorus populum arguit:monſtrans neronem captum amore:nūquam relicturum Popeā.¶ Obruet.extinguet: nam maiora ſepius fecit. ¶ Leſi. offenſi uos a Nerone uel paſſiue leſi Neronis. ¶ Feruidus. ſcilicet cupido non eſt patiens ut uincatur: qđ probat per maximos uiros ab illo ſuperatos: quorum hiſtoriam ſupra legimus. ¶ Animus horret.timet qd aportet cupido:timeo ne fa-

ciat Neronem ſeuire. ¶ Immitis dei. cupidinis.

O Lenta. Hic eſt quintus actus Nero audito nuncio mandauerat præfectis palacii illos ciues qui ſeditionem mouerant perdere: nunc conqueriť illorum tarditatem. & dum ſic eſtuaret ueniens præfectus militum nunciauit principes illorum ciuium occiſos eſſe: quod tamen non ſatis fuit Neroni qui cupiebat omnes perdere. ¶ Lenta. ad uindictā ¶ Cruor. ſanguis ciuium ſparſus deberet extinguere illas faces quas portabant ad urendum domum meam. ¶ In nos. cōtra me. ¶ Funera. plena funeribus. ¶ Admiſſa. facta ſcelera: non ſatis eſt ulciſci illos morte qui grauiora merentur. ¶ Et illa. octauia propter quam mouentur iſti tumultus etiam moriatur. ¶ Cui. Octauiæ ſum ſubiectus propter timorem ciuium. ¶ Suſpecta. quæ nunquam me amauit. ¶ Exultat. la ſciuit ꝓpter fœlicitatem & ocium ſub regno meo. ¶ Corrupta. ſcelerata. ¶ Ingrata. quæ nō recipit beneficium meum. ¶ Inquieta. qui neſcit habere quietem. ¶ Domanda. cum nō cognoſcant bona ſunt affligendi diuerſis malis: & dura ſeruitute tenendi. ¶ Sanctos uultus. ſcilicet Popee ne audeāt nedum facere quidquā: ſed nec tollere oculos in illā. ¶ Nutu. nedum mandato ſed nutu faciam nitelligēt me. ¶ Sed adeſſe. dicebat hæc Nero ſecum eſtuans cum uidet præfectum uenientem: unde dat locum ſequēti ſcene. ¶ Rara pietas. magnus amor in me: & illius fides.

O Populi. ueniēs præfectus Neroni nunciat populum ſedatum: & auctores ſeditionis interfectos. ¶ Affero. nuncio. ¶ Temere. inconſulte reſtiterunt contra tantum imperatorem. ¶ Sat eſt. legas iterrogatiue. ¶ Audiſti. obtemperaſti mihi. ¶ Compeſcis. refrenas furorem. ¶ Vindicta. non ſatis eſt mihi: quaſi dicat multo maior debetur. ¶ Duces metus. auctores ſeditionis mortui ſunt. ¶ Legem dare. ut uiuerem ſuo modo: & haberē uxores quæ placerent' ſibi. ¶ Pœna uacat. caret: debet puniri quæ tanta commiſit. ¶ Dolor. interrogatiue: quaſi admonens principem quod i ira non debeat punire populū. nam ut inquit Tullius qui iratus ad pœnam accedit nunq̄ ſeruabit illam mediocritatem quæ eſt inter parum & nimis. ¶ Eximat. tollat de memoria: ut ſemper ſit fama iſtius uīdicte. ¶ Qua. nō debemus uti pœna quam iubet ira. ¶ Temperet. regat. ¶ Timor. ſatis eſt quod nō timemus omnis timor ſublatus eſt: unde nō debes progredi ad uī dictam. ¶ Prima. ſ. octauia. ¶ Ede. dic: nam oia exequar. ¶ Poſcit. ſ. ira mea ſororē. i. octauiam. ¶ Rigor. frigus q̄ ex ſtupore & timore naſcit.

Vis immitis uiolenta dei.

Nero loquitur.

O Lenta nimium militis noſtri manus.
Et ira patiens poſt tantum nefas mea.
Quod non cruor ciuilis accēſas faces
Extinguit in nos: cæde nec populi madet
Funerea roma quæ uiros tales tulit.
Admiſſa ſed iam morte puniri parum eſt:
Grauiora merūt impium plebis ſcelus.
Et illa cui me ciuium ſubiecit furor
Suſpecta coniunx: & ſoror ſemper mihi.
Tandem dolori ſpiritum reddat meo:
Iramq3 noſtram ſanguine extingat ſuo.
Mox tecta flammis concidant urbis meis
Ignes: ruine: noxium populum præmant:
Turpiſq3 egeſtas: ſæua cum luctu fames:
Exultat ingens ſæculi noſtri bonis
Corrupta turba: nec capit clementiam
Ingrata noſtram: ferre non pacem poteſt:
Sed inquieta rapitur hinc audacia:
Hinc temeritate fertur in præceps ſua.
Nalis domanda eſt: & graui ſemper iugo
Præmenda: ne quid ſimile temptare audeat.
Contraq3 ſanctos coniugis uultus meæ
Attollere oculos: fracta per pœnas metu:
Parere diſcet principis nutu ſui.
Sed adeſſe cerno rara quem pietas uirum
Fideſq3 caſtris nota præpoſuit meis.

Præfectus Nero. Præ. loquitur.

O Populi cæde furorem paucorum diu
qui reſtiterūt temere cōpreſſū affero
Ne. Et hoc ſat ē: ſic miles audiſti ducē:
Compeſcis: hæc uindicta mihi debetur:
Præ. Cecidere metus impio ferro duces.
Ne. Quid illa turba petere quæ flāmis meos
Auſa eſt penates: principi legem dare:
Abſtrahere noſtris coniugem caram thoris:
Violare quantum licuit inceſta manu
Et uoce dira: debita pœna uacat:
Præ. Pœnam dolor conſtituet in ciues tuos:
Ne. Cōſtituet: ætas nulla quam fame eximat.
Præ. Qua temperet nos ira: nō noſter timor.
Ne. Iram expectabit: prima quæ meruit meā.
Præ. Quā poſcat: ede: noſtra ne man? parcat.
Ne. Cædem ſororis poſcit & dirum caput
Præ. Horrore uictū trepidus aſtrinxit rigor.
Ne. Parere dubitas.
Præ. Cur meam damnas fidem:

Ne.

Ne. Quod parcis hosti.
Præ. Fœmina hoc nomen capit:
Ne. Si scelera cepit.
Præ. Est ne qui sontem arguat:
Ne. Populi furor.
Præ. Quis regere dementes ualet:
Ne. Quis concitare potuit.
Præ. Haud quemquã reor.
Ne. Mulier: dedit natura cui pronum malo
Animum ad nocendũ: pectus ĩstruxit dolis:
Sed uim negauit: ut ne inexpugnabilis
Esset: sed egras frangeret uires timor.
Vel pœna: quæ tam sera damnatam præmit
Diu nocentem tolle consilium: ac præces:
Et imparata perage: deuectam rate
Procul in remotũ littus interimi iube.
Tandem ut resĩdat pectoris nostri timor.

Chorus Octauia. Chorus loquitur.

O Funestus multis populi
O Dirusq3 fauor: qui quum flatu
Vela secundo: ratis impleuit
Vexitq3 procul: languidus idem
Deserit alto sæuoq3 mari.
Fleuit gracchos miseranda parens
Perdidit ingens quos plebis amor
Nimiusq3 fauor: genere illustres.
Pietate: fide: lingua: claros.
Pectore fortes: legibus acres:
Te quoq3 leuis simili læto
Fortuna dedit quem neq3 fasces
Texere tui: nec tecta domus.
Plura referre prohibet præsens
Exempla dolor: modo cui patriam
Reddere ciues aulam: & fratris
Voluere thoros: nunc ad penam
Lætumq3 trahi flentem: miseram:
Cernere possis: bene paupertas
Humili tecto contenta latet.
Quatiunt altas sæpe procelle:
Aut euertit fortuna domos.
Oc. Quo me trahitis: quo ue tyrannus:
Aut exilium regina iubet:
Si mihi uitam fracta remittit:
Tot iam nostris euicta malis.
Si cæde mea cumulare parat
Luctus nostros: inuidet etiam
Cur in patria mihi sæua mori.
Sed iam spes est nulla salutis:

¶ Hosti. octauie. ¶ Hoc nomen. scilicet hostis. quasi dicat fœmina non est reputanda hostis: cum nihil possit. ¶ Arguat. accuset illã peccasse. ¶ Furor populi. propter illam est concitatus populus. ¶ Haud. nõ puto quẽquam potuisse concitare. ¶ Mulier. scilicet potuit concitare. ¶ Vim. robur: non habent uires sed audatiam: si natura dedisset ita uires quẽadmodũ audatiam essent ĩexpugnabiles. ¶ Egras. debiles: cum natura sint timide. ¶ Quæ. scilicet pœna. ¶ Damnatam. Octauiam. ¶ Tolle consilium. p̃fectus uolebat dare consiliũ: & precari Neronem: Ille aũt reicit ipsum p̃fectũ ne intercedat pro Octauia. ¶ Deuectã. hoc est ĩperatũ Neronis. ¶ Resĩdat. cesset: nã uiuente illa sp timerẽ.

O Funestus. Inducitur chorus qui detestatur fauorem populi uidens octauiam duci ad mortẽ: illã ceperat populus adiuuare: postea dereliquit. ¶ Funestus. ferens lætum: est tanquam aura cito deficiens: quod ꝓbat per exemplum gracchorum. ¶ Procul. longe in altum mare: tunc illa deserit ratem. ¶ Parẽs. cornelia filia Scipionis africani maioris duos filios habuit tyberiũ & Caiũ gracchos eloquentissimos qui cum uellent ferre legẽ agrauiam in fauorem populi interẽpti sunt: ut scribit Valeriꝰ maximus. & Marcus. Tullius. ¶ Te quoq3. Cassium intelligit qui primus uoluit ferre legem agrauiam. Superius ĩ agraria largitione ambitiosus in socios fuerat: nã ipso consule cum proculo uirginio lex agraria primum ꝓmulgata fuit: eo auctoꝛ ager hernicus adeptus inter latinos plebemq3 diuisus est hac largitione suspectus senatui populoq3 cepit esse: quod pernitiosus liberati opes strueret: & ideo ciuibus iam uilior factus ut alio munere sibi reconciliaret ciuium animos uoluit iubere prosiculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id uero non secus quam Presentem mercedem regni aspernata plebs est. Hunc ubi magistratu abiit dãnatum necatumq3 cõstat: sunt qui patrem auctorem eius supplicii ferant: cũ cognita domi causa illum uerberasse ac necasse: ut uult Valerius maximus in capitulo de parentum seueritate: Sed apud alios auctores cõperio damnatũ populi iudicio: & diruptas publice sedes: ut uult Dyõisius alicarnaseus: qa dicit q3 si pr̃ iudex fuisset & pũitor: neq3 domꝰ dirupta: neq3 bõa publicata fuissẽt qa romanis nihil possessoriũ ꝓpriũ uiuẽtibus pr̃ibus. ¶ Fasces. magistratus nã cõsul fuerat. ¶ Domus. qa ĩ ꝓpria domo ĩterfectus est. ¶ Presens. de Octauia. ¶ Fratris nerõis. ¶ Pauptas cõmendat uitã humilẽ. ¶ Quo me. Octauia cõqr̃it. ¶ Regia. popea. ¶ Fracta. mota misericordia: nã si flectũtur misericordia cur me isto mõ trahũt ĩ exilium: si nõ uolũt parcere: cur ibi me non interficiũt. ¶ Cumulare. augere. ¶ Sæua. crudelis popea. ¶ Sed spes. uidens nauẽ paratam agnouit se omnino perituram: cum sciret naui solutili matrem Neronis etiam fuisse impositam.

¶ Quis:interrogatiue.¶ Aedon.philomena: ut ſuperius uidimus.¶ Fata.dii utinam darent alas ut mutaret in auem:quemadmodum ipſa: & poſſem aufugere triſtes caſus meos. ¶ Pendés.ſicut auis.¶ Regiť.cõſolatur chorus Octauiam.¶ Dicédo omnia iſta a fatis uenire.,pbat que exemplo maiorum ſuorum. ¶ Quid.in q̃ repotes dicere q; fortuna tibi ſit durior quam iſtis.¶ Memoranda parens.ut ſcribit Suetonius tyberius Nurum Agripinam poſt mortem germanici liberius quiddam queſtã manu aprehendit græcoq; uerſu ſi non dominaris inquit filiola iniuriam te accipe eſtimas: nec ullo mox ſermore dignatus eſt.Quondam uero inter cœnam porrecta a ſe poma guſtare:non auſam etiam uocare deſiit:ſimulans ueneni ſe crimine accerſitam:cum præſtructũ utrunq; conſulto eſſet: ut & ipſe tentãdi gratia offerret:& illa quaſi certiſſimum exitum caueret:nouiſſime calũniatus modo ad ſtatuam auguſti modo ad exercitus cõfugere uelle: pandatariã relegauit.Conuiciantiq; oculum per centurionẽ uerberibus excuſſit.Rurſus mori in edia deſtinanti per uim ore diducto infulciri cibum iuſſit:ſed & perſeuerantem:atq; ita aſſumptã criminoſiſſime infectatus é:cum diem quoq; natalis eius inter nefaſtos referendum ſuaſiſſet. Imputauit etiã qd̃ nõ laqueo ſtrangulatã in gemonias abiecerit proq; tali clemẽtia ĩterponi decretũ paſſus eſt:quo ſibi gratiæ ageréť & capitolino ioui donũ ex auro ſacrareť.¶ Nata.filia.M.Agripæ.¶ Auguſti.tiburii q adoptauit germanicũ.¶ Cæſaris.germanici.¶ Graui.grauido:ná ipſa agripina germanico marito peperit nouẽ liberos:teſte Suetonio ĩ caligula:quorũ duo ĩfantes adhuc rapti: unus iã pueraſcés: ceteri ſupſtites patri fuerũt:tres ſexus fœmini agripa.Druſilla iulia:cõtinuo triẽnio nate:totidẽ mares Nero & druſus:&.c.Cæſar Neronẽ: & druſum ſenatus Tiberio criminãte hoſtes iudicauit.¶ Liuia druſi.ĩtellige liuiã druſillã quæ prino Tiberio Nerõi pri tiberii cæſaris:deinde auguſto nupſit:iõ dicit fœlix thalãis.i. optimis maritis:ſed filio tiberio maxime miſera a quo ut ſcribit ſuetonius ĩ Tiberio uſq; adeo ĩfeſtata fuit:ut eius acerbitate aduerſus illã defuncta fuerit:unde dicit ibi.¶ Fex facinus.ĩhumanũ factũ.¶ Nati.Tyberi.¶ Iulia.ſcribit trãq;llus ĩ Claudio.Iulias alterã druſi:alterã Germãici filiã crimĩe:ſcerto nec deſẽſiõe ulla data occidit: iõ ibi dicit ſecuta fata mr̃is.ſ.Agripiæ germãici d̃ q̃ ſupius.¶ Liuia druſi.,iteq; aliã liuiã potes ĩtelligeť uxorẽ Druſi filii Tyberii cæſaris cuius fraude maritus ipẽ ĩteriit quo cognito a Tiberio ſupplicio é affecta:hæc habuit ex druſo filios Tiberiũ: & filiã q̃ poſtea a Claudio ĩterépta é.Legiť ét textus loco nati fatis ruit ĩ facinus. ſcilicet ut uenenaret maritũ druſũ.¶ Iulia mr̃is. ſ.liuie ſimiliter piit.¶ Genitrix tua.meſalina de q̃ diximus.hoc fuit mr̃ oct.¶ Marito.claudio ¶ Partu filio illuſtri britãnico.¶ Famulo.narciſo liberto Claudii cuius iuſſu occiſa.¶ In cœlũ. dicit ꝓpter illius ſupbiã:hæc fuit agripina mr̃ nerõis a quo fuit occiſa.¶ Nõ.legas interrogatiue:¶ Remigis qa poſita

Fratris cerno miſeranda ratem:
Hanc cuius inuecta carina
Quondam genitrix:nunc & thalamis
Expulſa ſoror miſeranda uehar.
Nullum pietas nũc numen habet:
Nec ſunt ſupi:regnat mundo Triſtis erinnis.
Quis mea digne deflere poteſt
Mala:quæ lachrimis noſtris queſtus
Redderet ædon:cuius pennas
Vtinam miſere mihi fata darent:
Fugere luctus ablata meos
Penna uolucri:procul & cetus:
Gominum triſtes:cædemq; feram.
Sola in uacuo nemore & tenui
Ramo pendens quærulo poſſem
Gutture mœſtum fundere murmur.
Cho.Regitur fatis mortale genus:
Nec ſibi quiſquam ſpondere poteſt.
Firmum & ſtabile:perq; caſus
Voluitur uarios ſemper nobis
Metuenda dies:animum firment
Exempla tuum iam multa domus
Quæ ueſtra tulit:quid ſæuior eſt
Fortuna tibi:tu mihi primum
Tot natorum memoranda parens
Agripæ nata:nurus auguſti
Cæſaris uxor:cuius nomen
Clarum toto fulſit in orbe.
Vtero totiens enixa graui:
Pignora pacis:mox exilium:
Verbera:ſæuas paſſa cathenas:
Funera:luctus tandem letum
Cruciata diu:fœlix thalamis
Liuia druſi:natiq; ferum
Ruit in facinus pœnamq; ſuam.
Iulia matris fata ſecuta eſt:
Poſt longa tamen tempora ferro
Ceſſa eſt:q̃uis crimine nullo.
Quid non potuit quondam genitrix:
Tua quæ rexit principis aulam:
Cara marito:partuq; potens: (cenſe:
Eadẽ famulo ſubiecta ſuo.Cecidit diri militis
Quid cui licuit regnum in cœlum (& ferro:
Sperare:parens tanta neronis:
Nõ funeſta uiolẽta manu.Remigis ãte:mox
Lacerata diu:ſæui iacuit Victima nati.

Cc Me

Oc. Me quoq3 triſtes mittit ad umbras.
Ferus: & manes ecce tyrannus.
Quid iam fruſtra miſeranda moror:
Rapite ad lætum: quis ius in nos
Fortuna dedit: teſtor ſuperos:
Quid agis demens: parce precari:
Quis inuiſa ex numina diuum:
Tartara teſtor: herebiq3 deos:
Scelerum ultrices: & te genitor
Dignum tali morte: & pœna.
Non inuiſa eſt mors iſta mihi
Armate ratem: date uela fretis
Ventiſq3: petat puppis rector
Tandem phariæ littora terræ.
Cho. Leues aure zephyriq3 leues
Tectam quondam nubæ ætherea
Qui uexiſtis raptã ſæue Virginis aris iphige
Hanc quoq3 triſti procul a pœna niã.
Portate præcor templa ad triuiæ
Vrbe eſt noſtra mitior aulis.
Et maurorum barbara tellus.
Hoſpitis illic cæde litatur
Numen ſuperũ cuius gaudet Roma cruore.
Incipit hercules œteus. Actus. I.

Hercules loquitur.

PAtor deorũ cuius excuſſum manu
Vtreq3 phœbi ſentiunt fulmẽ domus
Secure regna: protuli tibi pacem
Quacunq3 nereus porrigi terram uetat.
Non eſt tonandum: perfidi reges iacent
Sæui tyranni: fregimus quicquid fuit
Tibi fulminandũ: ſed mihi cœlum parens
Adhuc negatur: Parui certe ioue.
Vbiq3 dignus: teq3 teſtata eſt meum
Patrem nouerca: quid tamen nectis moras:
Nunquid timemur: nunquid impoſitum ſibi
Non poterit athlas ferre cum cœlo herculẽ:
Quid aſtra genitor: qd negas: mors me tibi:
Certe remiſit: omne cum eſſet malum:
Quodcunq3 terra genuit:
Nullus per urbes errat archadias leo:
Pontus aer: inferi:
Stymphalis icta eſt: menali nulla eſt fera.
Sparſit peremptus aureum ſerpens nemus
Et idra uires poſuit: & notos hebro
Cruore pingues hoſpitum fudi greges.
ſuit prius in nauí ſolutili. ¶ Tyrannus. nero. ¶ Quis pro quibus. ¶ Teſtor. q̃ nõ timeo mortem. ¶ Quid agis. arguit ſe q̃ ĩuocet deos q̃bus inuiſa eſt. ¶ Genitor. claudi pater qui fuiſti cauſa iſtorũ maloꝝ. ¶ Armate. nã credebat ſe iuſſu nero. mitti in egyptum. ¶ Pharie. alexãdrinæ. ¶ Leues. rogat ut ueniãt uenti qui illam exportent ſicut iphigeniam de qua uidimus cum oblata eẽt ad aram dianę: ut ĩmolaretur in tauricam regionem deportata eſt uẽtis ubi opante dea a rege thoante eius ſacris prepoſita eſt: quæ ipſi dianæ ex humano ſãguine fieri cõſueuerãt: ut Ouidius libro q̃rto de triſtibus ¶ Seue uirginis dianæ quæ ſãguinem iphigenie petiuerat. ¶ Hanc Octauiam. ¶ Aulis. de qua dictũ eſt regiuncula eſt boetiæ petroſa ibi debebat ĩmolari iphigẽia: ſed ibi liberata fuit. ¶ Roma. nã oreſtes cũ ſorore iphigenia aufugiens: & in italiã ueniẽs in aricia ſimulachrum Diane locauit: cui litabaẽ humana hoſtia.

PAtor deoꝝ. Hæc tragœdia ſcribiẽ hercules œtheus. Oetha mõs ẽ iter Theſſaliã & Macedõiã fãoſus morte & rogo herculis eius materia talis ẽ dimiſſa megera creõtis. thebani filia q̃ uxorẽ hercules duxerat: iolẽ eurytiã filiã petiit ĩ cõiugiũ: cui cũ denegareẽ ĩ œtholiã uenit: deyanirã œnei exaltea filiã duxit uxorẽ: deĩde memor deſpecti cõiugii cõtra euryti toxeũ militonẽ & pythiũ mouit exercitũ. Oechaliã urbẽ abſtulit illos pemit: iolẽ rapuit: cuius amore adeo flagrauit: ut ex ea patereẽ q̃cq̃d cũ õphale ppeſſus ẽ. ¶ Sacrificaturus igiẽ ob uictoriã ĩ mõte cyneo puerũ lycã ad dyanirã in trachiniã urbẽ miſit ut ueſtẽ q̃ in ſacris utebaẽ afferret. deyanira ĩfectã ſãguine cẽtauri neſſi derat: id enĩ ſuaſerat neſſus faciẽdũ: cũ in traiectu eueni fluminis ab Hercule ſagitis cõfoſſus ẽ: ſi quãdo de illius amore dubitaſſet. Dubitabat. n. ne loles amore ipſa conẽtineret. Hercules cũ ueſtẽ tetigiſſet ueneno afflatus lẽta tabe cõſumebaẽ. Actus ĩ furoré lycã ĩ mare proiicit lymeniũ & lolaũ delphos de ſe ſciſcitatũ ad oraculũ miſit. retulerũt ut ĩ œtha mõte pyra conſtrueret de reliqs ioui curã relíquere cõſtructã pyrã ipſe cõſcẽdit: phylotethes ignẽ admouit: cũ reliqarũ nihil reperiſſẽt cœlũ cõſcẽdiſſe exiſtimarũt. ¶ O ſator iupiter q̃rit hercules q̃ nõ rapiaẽ ĩ cœlũ, pmiſſũ ſibi: cũ ſit benemeritus de mũdo: potes iupiter ſecure regnare cũ oĩa mõſtra de mũdo ſuſtuleri. ¶ Vtreq3 domus. oriẽs & occidẽs totũ mũdũ ĩtelligit. ¶ Nereus. deus marinus: ibi, p mari poniẽ. ¶ Parens. o iupiter. ¶ Digno. declaraui me filiũ eẽ tuũ. ¶ Parui. obediui ad ſupãdũ mõſtra. ¶ Nouerca. iuno q̃ me tãto odio nõ fuiſſet, pſecuta: niſi fuiſſẽ natus tuus expellice. ¶ Moraſ. cur me ad ſuſcipiẽdũ moraris. ¶ Timẽur. ſ. ne diſturbẽ cœlũ. ¶ Athlas. q̃ dr̃ ſuſtiere cœlũ hũeris. ¶ Mors. locus mortis ĩfernus noluit me tenere ut ad te ueniré. ¶ Ceſſet. remotum ſit a me. ¶ Nullus leo. ibi declarat multa facĩora ſua quoꝝ hiſtoria plene declarata fuit ĩ hercule furẽte. Itaq3 ne repetaẽ illa: ſupius leges reꝝ ſeriẽ. ¶ Stymphalis. auis rapida. ¶ Fera. cerua menali. ¶ Serpẽs. q̃ cuſtodiebat ortos heſpidũ. ¶ Idra ſerpẽs.

in lerna palude. ¶ Pingues greges. equos diomedes intelligit. ¶ Hostis termodõtie. hippolitem amazonũ reginã intelligit. ¶ Regẽte fata. plutonẽ innuit. ¶ Taurus. q in creta erat. ¶ Occidit. iteremptum est quicquid terra infestum potest gignerere. ¶ Iratis deis quauis dii nolẽt me interficere monstra sua. ¶ Sic. non licet mihi: sic esse aut terra mittat alia monstra: ut habeam quid agam: uel recipe me in cœlũ. ¶ Vel si si times ne surgat aliquod monstrum in terra facito ueniat dum sum in mundo. ¶ Quis erit. quasi dicat nullus. ¶ In tuto. quia feci experientiam fortitudinis meæ in omni parte mũdi. ¶ Vrse. intelligit septentrionales. ¶ Cãcro. lybicos & africanos monstrat. ¶ Lux. quia iui ad inferos ubi nulla est lux. ¶ Metas. terminos iui quo non potest ire sol. ¶ Substitit. lux firmata est iter metas nostras. ¶ Natura. quia nemo dicitur ire ad inferos & redire. ¶ Cessit. uicta ẽ. ¶ Defecit destituit gressus meos. ¶ Laxata. aperta: nam cum descendi ad inferos aperta terra: ingressa est lux solis. ¶ Retro. unde nullus redit. ¶ Oceani minas. intelligit mare gaditanum: ubi dicitur fixisse columnas. ¶ Quacunq; in omni parte. ¶ Quota. minima est respectu aliorum facinorum. ¶ Nupte. iunoni. ¶ Nudus. inermis. ¶ Scelera. sceleratos reges. ¶ Sole manus. scilicet meæ. ¶ Nec infans quãdo serpentes a iunone missos elisi. ¶ Leue. facile mihi ad superandum. ¶ Segnis. sine labore. ¶ Rex. nullus euristheus qui mihi imperabat ut uidimus. ¶ Virtus. quæ mihi adhortabatur labores: plura coegit aggredi quã iuno. ¶ Impauidum. sine timore: quid prodest liberasse homines monstris: cum illa traducta in cœlum deos ipsos tereant. ¶ Cancer. enumerat illa monstra translata in cœlum diximus quemadmodum cancer exiens de palude lerna momordit pedem Herculis pugnãtis cum idra: unde iuno illum trastulit in cœlũ. ¶ Peremptus. scilicet a me. ¶ Tradit. Nam cũ sol egreditur leonem intrat uirginem: tradere est per successum dare alicui. ¶ Astreæ. uirgini. ¶ Annum. idest mensem cito currentẽ.

Hostisq3 traxi spolia termodontiæ.
Vidi regentem fata: nec tantum redii:
Sed trepidus atrum cerberum uidit dies
Et ille solem: nullus antheus libis
Animam resumit: cecidit ante aras suas
Busiris: una est geryon sparsus manu.
Tauruſq3 populis horridus centum pauor.
Quodcũq3 tellus genuit: infesta occidit
Meaq3 fusum dextra iratis deis
Non licuit esse: sic negas mundus feras:
Animum nouerca: redde nunc nato patrem
Vel astra forti: nec peto ut monstres iter
Permitte tantum genitor: inueniam uiam
Vel si times ne terra concipiat feras:
Properet malũ quodcũq3 dum terrã herculẽ
Habet uidetq3: nam quis inuadet mala:
Aut quis per urbes rursus argolicas erit:
Iunõis odio dign⁹ ĩ tutũ meas laudes recepi:
Nulla me tellus silet.
Me sentit urse frigidum scythiæ genus:
Induſq3 phœbo subditus cancro libys.
Te clare titan testor occurri tibi
Quacunq3 fulges: nec meos lux prosequi
Potuit triumphos: solis excessi uices
Infraq3 nostras substitit metas dies.
Natura cessit: terra defecit gradum
Laxata per me nox: & extremum chaos
In me currit: inde adhunc orbem redii
Vndẽ nemo retro: tulimus oceani minas
Nec ulla ualuit quatere tempestas ratem
Quacunq3 præssi: pars quota ẽ quã ꝓsequor
Iam uacuus æther non potest odio tuæ
Sufficere nuptæ quæsq3 deuincam feras
Tellus timet concipe: hercules monstri loco:
Iam cœpit esse: quanta nunc fregi mala
Quot scelera nudus: qcquid ĩmane obstitit:
Solæ manus strauere: nec iuuenis feras
Timui: nec ĩfans: qcquid est iussum leuẽ est:
Nec ulla nobis segnis illuxit dies.
O quanta fudi monstra: quæ nullus mihi
Rex imperauit: institit uirtus mihi
Iunone peior: sed quid impauidum genus
Feciſſe prodest: non habent pacem dei.
Purgata tellus omnis in cœlo uidet:
Quodcunq3 timuit: transtulit iuno feras:
Ambit peremptus cancer ardẽtem plagam:
Lybieq3 sidus fertur: & messes alit.
Annum fugacem tradit astreæ leo.

At illa iactans feruidam cœlo iubam
Hauſtrũ madentẽ ſiccat: & nymbos trahit.
Inuaſit omnis ecce iam cœlum fera
Meq3 anteceſſit uictor e terris meos
Specto labores: aſtra portentis prius
Feriſq3 iuno tribuit: ut cœlum mihi
Faciat timendum: ſparſerit mundum licet:
Cœlumq3 terris peius: ac peius ſtyge
Irata faciat dabitur alcide locus.
Si poſt feras: poſt bella: poſt ſtygium canem
Nondum aſtra merui: ſiculus heſperiũ latus
Tangat pelorus: & una iam tellus erit.
Illinc fugabo maria: ſi iungi debes.
Committat undas iſthmos: & iuncto ſalo
Noua ferantur atticæ puppes uia
Mutetur orbis: uallibus currat nouis
Hyſter. nouaſq3 tanais accipiat uias.
Da da tuendos iupiter ſaltem deos.
Illa licebit fulmen a parte auferas
Ego quã tuebor: ſiue glatialẽ polum:
Seu me tueri feruidam partem iubes.
Hac eſſe ſuperos parte ſecuros puta.
Cyrrea pæan templa: & ætheream domum
Serpente cæſo meruit: at quotiens iacet
Phyton in idra: bacchus & perſeus deis
Iam ſe intulere: ſi3 quota eſt mũdi plaga
Oriens ſubactus: aut quota eſt gorgon fera:
Quis aſtra natus laudibus meruit ſuis
Ex te & nouerca: quẽ tuli mundum peto:
Sed tũ comes laboris herculei licha
Perfer triumphos: euryti uictos lares
Stratumq3 regnum: uos pecus rapite ocius:
Qua templa tollens ara cenæi iouis:
Hauſtro timendum ſpectat euboicum mare.
Chorus mulierum oechalicarum.

O Ar ille ſuperis: cui pariter dies
Et fortuna fuit: mortis habet uices
Lente cum trahitur uita gemẽtibus.
Quiſquis ſub pedibus fata rapatia
Et puppem poſuit liminis ultimi
Non captiua dabit uinculis brachia:
Nec pompæ ueniet nobile ferculum
Nunq̃ eſt ille miſer: cui facile eſt mori:
Illum ſi medio decipiat ratis
Ponto cum boream expulſit aphricus
Aut eurus zephirum cum mare diuidunt.
Non puppis lacere fragmina colligit:
Vt littus medio ſperet in æquore.

¶ Madentem. pluuium: nam uentus eſt ferens nymbos. ¶ Anteceſſit. iuit priuſquã ego. ¶ Specto: cum adhuc ſim in terris. ¶ Timendum. ut adhuc in cœlo congrediendum ſit cũ illis mõſtris: & peiora fecerat quam in terris: & in ſtyge & inferno: tamen inueniã locum. ¶ Si poſt. narrat alia pericula ad quæ paratus eſt ſi adhuc non meruit cœlum. ¶ Siculus pelorus. promontorium ſicilie uerſus italiam. ¶ Heſperium. ita cum eſt ſupra olim ſiciliam coniunctam fuiſſe italie: Sed eſtu maris fuiſſe ſeparatam: unde dicit ſi non ſatis eſt laborum meorum coniungatur Sicilia: & italia: ut prius erat: & illinc fugabo maria. ¶ Committat. coniungat: Præterea ſi uoles q̃ diſiungatur terra iſthmos quæ eſt in peloponenſo & iungantur duo maria egeum & ionium faciam illa iungi. ¶ Attice. athenienſes naues. ¶ Hyſter. danubius mutet alueum. ¶ Iuppiter. concludit dicens ſi non eſt aliud labor ſuſcipe me in cœlum. ut ſaltem tuear deos olim agitatos a gigantibus: non erit timendũ ex illa pte ſiue ſeptentrionali ſiue orientali: ubi me locaueris. ¶ Auferas. remoueas qa illa parte ubi ero non erit opus tuo fulmine ad defenſionem. ¶ Cyrrea. in cyra mõte boetie: ſi phœbus meruit cœli in terris & habere cœlũ propter phitonem ſerpentem ab eo interfectum: quanto magis ego qui occidi tot mõſtra. ¶ Phiton. ſerpens ſemel occiſus ab apolline quotiẽs iacet in idra: quaſi uelit dicere pluries cum plura haberet capita: & ille phyton tantum unus eſſet. ¶ Subactus. uictus oriens minima regio reſpectu illarum quas uici. ¶ Gorgon. meduſa ſuperata a perſeo: illi habuerunt cœlum rebus minimis: quod mihi negatur. ¶ Meruit. quaſi dicat nullus. ¶ Peto mundum cœlum quẽ ſuſtinui humeris meis. ¶ Sed tu. uertit ſermonem ad famulos.

O Ar ille. Inducitur Chorus mulierũ Oechalicarum deploráſ fortunam ſuam: beati ſunt illi qui diſcedente fortuna: diſcedunt & ipſi e uita. Verſus eſt aſclepiadeus. ¶ Par. beatus ut deus. ¶ Dies. uita: qui cum fortuna uitam amiſit. ¶ Vices mortis. qui uiuit in miſeria potius habet mortem q̃ uitam. ¶ Gementibus. miſeris. ¶ Quiſquis. quicunq; contẽnit mortem ne patiatur miſeriam. ille nullum malum poteſt habere. ¶ Fata. mortem. ¶ Sub pedibus. in cõtentum. ¶ Puppem. ſ. charontis qui uehit animas ad inferos. ¶ Liminis ultimi. quia infernus eſt ultima domus. ¶ Captiua. nũ quã ducetur in triumphum ligatus. ¶ Ferculũ. a ferẽdo eſt quicquid portatur in pompa hoc eſt in ordine præcedente triumphantẽ. ¶ Decipiat. ſi frangatur nauis furentibus uentis in mari: ſi nõ curabit uiuere: nõ erit miſer. ¶ Fragmina. tabulam ut cupiat uenire ad littus.

¶Nos. chorus damnat fortunam ſuam :quod non ſint mortue.¶ Crinis more antiquo.ut teſtaſ quoq; propheta Dauid ſolebāt crines puluere & cinere ſpargi in miſeriis.¶ Flāma.non potuimus mori in ruina patrie noſtre. Heu.interiectio dolentis.¶ Locus.ſ.patrie dabiſ ſiluis naſcentur ſilue ubi erat patria & templa deoꝝ mutabuntur in caſas paſtorū.¶ Oechalie. patrie noſtre:nomen eſt etiam regionis ipſius q̄ propinqua theſſalie eſt.¶ Cinis. nā combuſta fuit ab hercule.¶ Noſtrā tempora.noſtras miſerias.¶ Contrahit.cito facit trāſire tempora: ignorabiſ ubi fuerit patria noſtra.¶ Fœlix cōmotio miſericordie:quando narramus mutationē fortūe.¶ Ieiuna.imo fecūda.¶ Ad trachinē.de loco fecūdo ducor ad locū deſertū.¶ At ſi q̄s.ſi forte alique de nobis mittēſ ad meliora loca:ducenſ ī argiuos uel thebāos agros.¶ Inachus.fluuius apud argos alius in œtolia ubi deyanira uxor Herculis.¶ Dircea.thebana a dirceo fonte.¶ Hiſmenos.fluuius prope thebas.¶ Languidus.minime impetuoſus.¶ Hic.ſcilicet thebis.fuit Alcmena mater herculis:quod dolendū eſt uidere loca hoſtis ſui.¶ Que cautes.potius mihi uideſ hercules natus ex duris mōtibus q̄ ex muliere.¶ Titana.gigantem:nō ferūt titanate genuiſſe.¶ Rhodope.mōs thrace.¶ Preruptus athos.altus mons macedonie.¶ Que uirgata.per circuitionem ītelligit tigridem armeniacam que dorſum uirgatum habet:ſcribit philoſophus alimenta p̄ſtare conditionem nature:unde uolens monſtrare herculem crudelem & durum cū dicit nutritum a tygride.¶ Falſa.quod diciſ Iupiter geminaſſe noctem quando genuit herculem.¶ Lucifer. qui de mane eſt dedit locum ſuum heſpero:q̄ādo continuata eſt nox.¶ Delia.luna.¶ Mōſtra.facit ſilogiſmum quodammodo:mōſtra nō poſſunt uulnerari:hercules non potuit uulnerari: ergo uidetur.mōſtrum.¶ Peruia.penetrabilia ¶Ebes.nō incidēs.¶ Calybs.enſis ex calibe factus ſpecies metali quod naſciſ apud chalibes populos uerſus ſeptentrionem apud colcos.¶ Reſilit. tanq̄ pcutiens murū.¶ Negligit.nō curat mortem.¶ Prouocat.inuitat offerendo ſe piculis.¶ Scythica.ſagitta optima qua utunſ ſcythe & parthi.¶ Nabate. orientali:nabatea regio a rege nabato dicta eſt.¶ Certior. qui non fallit quando uult ferire:nam parthi meliores ſunt ſagittatores.¶ Gnoſſiacis.i.crethēſibus.¶ Propulit.pſtrauit.¶ Corpoꝝ.ſine uullo īſtrumēto.¶ Quota.q.d.minima pauci ſunt uicti uulneribus ab eo:ſed ſolo aſpectu horribili.

Vitam qui poterit reddere protinus:
Solus naufragium non poterit pati
Nos turpis macies:& lachrymæ tenent:
Et crinis patrio puluere ſordidus.
Nos non flamma rapax:non fragor obruit.
Fœlices ſequeris mors:miſeros fugis.
Stamus nunc patriæ menibus:heu locus
Et ſiluis dabitur:lapſaq3 ſordidæ
Fient templa caſæ:iam gelidus dolops
Hac ducet pecudes.qua tepet obrutus
Stratæ qui ſupereſt œchaliæ cinis.
Illo theſſalicus paſtor in oppido
Indocta referens carmina fiſtula:
Cantu noſtra canet tempora flebili.
Et dum pauca deus ſæcula contrahit:
Q ueretur patriæ quis fuerit locus.
Fœlix incolui non ſteriles locos:
Nec ieiuna ſoli iugera theſſali.
Ad trachinia uocor ſaxa rigentia:
Et dumeta iugis horrida torridis
Vix gratum pecori montiuago nemus
At ſi quas melior fors famulas uocat.
Illas aut uolucer tranſferet iñachus.
Aut dircea colent mœnia:qua fugit
Iſmenos tenui flumine languidus
Hic mater tumidi nupſerat herculis:
Q uæ cautes ſcythie quis genuit lapis
Non titana ferunt:te rhodope tulit:
Te preruptus athos:te fera caſpia
Q uæ uirgata tibi præbuit ubera.
Falſa eſt de geminis fabula noctibus
Aether cum tenuit ſidera longius.
Commiſitq3 uices lucifer heſpero.
Et ſoles uetuit delia tardior:
Nullis uulneribus peruia monſtra ſunt.
Ferrum ſenſit hebes:lentior eſt calybs
In nudo gladius corpore frangitur.
Et ſaxum reſilit:fataq3 negligit.
Et mortem indomito corpore prouocat
Non illum poterant figere cuſpides:
Non arcus ſcythica tenſus arundine.
Non quæ tela gerit ſarmata frigidus.
Aut qui ſolifere ſupponitur plagæ
Vicino nabathæ uulnera dirigit
Parthus gnoſſiacis certior ictibus:
Murus oechalie corpore propulit.
Nil obſtare ualet:uincere quod parat:
Iam uictum eſt:quota pars uulnere concidit:

¶Pro fato.loco mortis.¶Qui uastus.non solũ timemus herculem sed gigantes ẽt timuerunt qui struxerant mõtes in thessalia ut ascenderent cœlum.¶Aggeres.accumulationem trium mõtium.¶Vipereas. nam dicuntur gigantes habere pedes serpentinos & centum manus.sic Virgi.& centum geminis briareus.¶Magna.non potestis habere magnum cõmodum sine magna clade:habuimus hoc cõmodum q; tam horribilis hercules uicit gigantes:sed modo est in dãnum nostrum.¶Vidimus.q; nobis fuit miserũ uidere tam horribilẽ herculẽ:& preserti iratũ.

Pro fato potuit uultus iniquior:
Et uicisse sat est herculeis minis
Q ui uastus briareus qui tumidus gigas
Supra thessalicos constituerit aggeres:
Cœlo ut inseret uipereas manus.
Hoc uultu riguit:commoda cladibus
Magnis magna patent:nil supereſt mali.
Iratum misere uidimus herculem.

Ioles lamentatur.

Et ego infœlix non templa suis
Colla psa deis:sparsos ue focos:
Natis mixtos arsisse patres:
Hominiq3 deos:templa sepulchris:
Nullum querimur commune malum.
Alio nostras fortuna uocat
Lachrymas:alias flere ruinas
Mea fata iubent:quæ prima querar
Q uæ summa gemam:pariter cuncta
Deflere iuuat:nec plura dedit
Pectora tellus ut digna sonent
Verbera planctu:me uel sypili
Flebile saxum figat:superi
Vel in eridani ponite ripis.
Vbi mœsta sonat phaethontiadum
Turba sororum:me uel siculis
Addite saxis:ubi fata gemit
Thessala syren:uel in ædonias
Tollite siluas:qualis natum
Daulias alẽs solet hismaria
Flere sub umbra:formam lachrymis
Aptate meis:resonetq3 malis
Aspera trachin:ciprias lachrymas
Myrrha tuetur:raptum coniunx
Ceica gemit:sibi tantalis est
Facta superstes:fugit uultus
Phylomena suos:natumq3 sonat
Flebilis ithin:cur mea nundum
Capiunt uolucres brachia plumas:

Et ego.¶Versus hic é anapesticus & est lamentatio ioles filie enryti q̃ nõ querit̃ de cõmunibus miseriis sed ꝓpriis: cupiẽs mutari uel in arboré:uel ĩ auẽ:uel saxũ: ut finiat dolores suos:demũ eã cõsolat̃ chorus ¶Sparsos.datos in ruinã.¶Deos.accipe ut dii & hoies simul sint cõbusti.¶Alio.q̃ ad cõmune malũ:satis héo plorare meas miserias.¶Sũma.extrema:nescio unde ĩcipiã aut ubi desinã ¶Plura.uellẽ oés flere:sed nõ possũ cũ solũ pectus héam.¶Sypilli.uellẽ mutari ĩ saxũ quẽad modũ Niobe de q̃ uidimus in hercule furẽte. ¶Figat.faciat me ĩmobilẽ &saxeã:de sypilo diximus.¶Vel ĩ eridãi.aut dii mutate ẽt me ĩ arbores ut mutate sunt sorores phætontis iuxta eridanũ deplorãtes funera frãs.de qbus Ouid. plene scribit.¶Soroꝝ.heliadũ.¶Thessala syrẽ uel ponite me in siciliã in scopulos ubi syrenes fuerũt q̃ dicũt̃ fuisse filie acheloi fluminis etholie:qđ Oui.tetigit.xiiii.metha.Enee transitum describẽs inqt:¶Terrasq3 caléti : sulphure fumatas: Acheloiadũq3 reliquit:syrenum scopulos. de his superius plura diximus.¶Aedonias.intelligit philomenam mutatam ĩ lugubrẽ auẽ: & ædonus ãt ꝓmontoriũ é thracie.¶Daulias ales.philomẽa siue mr̃ ꝓgne mutata ĩ luscinią: qđ sentit Varro dicés luscíola é qđ luctuose caneꝛ existimat̃.¶Daulias.post delphos:ut potet orientẽ uersus hẽtur.ut Strabo refert & thucydides in secũdo:terre phocidis dicit:qué olym thraces ícoluerũt:ubi tereus is regnauit q progné filiã Pãdionis duxit:Ouidi.in epistola q̃ sosat̃ Liuiã in morte Drusi ait:Talis in umbrosis mitis nunc deniq3 siluis:deflet thraiciũ daulias ales ithym.¶Hismaria.mons é thracie hismarus.¶Aptate.date mihi talẽ formã quæ sit apta lachrymis.¶Trachĩ.ciuitas thessalie ad mõtem oetã : trachis græce asp dicitur:ideo dicta trachim aspera quia saxosa.¶Myrrha.fuit cynare cypriorum regis ex Concrea coniuge filia quæ id illa procurante a patre inscio effecta grauida:atq3 deinde recognita:eius iram in sabeam diffugit ubi deoꝛ cõmiseratiõe in arborẽ sui nois trãsformata fuit:¶Cuius pariẽdi tpe instãte:& agẽte solis calore Adonẽ pepit:qué nymphe liquoribus unxere mr̃nis:atq3 adhibita diligẽtia nutriueꝛ:ut late oía ptractauit Ouidius li.meth.x.hãc arboré referẽte Pli.li.natu. histo. xii. in eisdẽ syluis cũ thure pmixta nasci tradidere nõnulli:plures seꝑatim: & multis in locis arabie gignitur :Estq3 arboris altitudo ad quinque cubita:nec sine spina:caudice duro & intorto: crassiore quam turis . Et ut ipse Plinius dixit nõ dant ex myrrha sabei portionem deo quoniam & apud alios nascitur.¶Cõiunx.altione mutata in auẽ:ut supra uidimus.¶Ceyca maritũ suũ submersum.¶Tantalis.niobe mutata in saxum filia tantali.¶Sibi.referẽ ad eandem personã.¶Fugit uultus.nam cum esset mulier mutata est in auem.¶Sonat.plorando.¶Nundũ.cur ipsa quoq3 nõ mutor in auẽ & habitẽ syluas.

¶ Vidi.dicit causam sui doloris propter quam uelit mutari in auem.¶ Pulsus.percussus stipite deest claua herculis.¶ Querendus.ad sepulturā.¶ Vestite genas.nundum habens barbā.¶ Thoxeu.frater nundum fortis sanguine qui ē causa uirium.¶ Quid.corrigit se q; gemat miserias patris & fratris qui cum mortui sint non sentiunt miserias:potius deberem plorare calamitates meas.¶ Fortūa.scilicet misera.¶ Colos.instrumenta ad filandum.¶ Forma.quotiens optabo mortem propter formam meam quæ fuit causa omnium malorum.¶ Tibi.propter te forma oīa domus nostre destructa sūt.¶ Domine.iam omittamus quæstus dum ancilla uadam in domum dominæ.

QVid regna.Hortatur Chorus ad ferendū omnia equo animo.¶ Fugiat.noli recordari prioris fortune fœlicis:nam quisquis est patiens in utraq; fortunā fœlix habendus est.¶ Variare.mutare secundum fortunam.¶ Pepulit.reiecit:nō uidetur malum sibi graue.¶ Casus.infortunia.¶ Equo.patienti.

OQuam.Hic est.ii.actus ubi dolor deyanire conceptus propter presentiā ioles:& deliberatio uindicte habetur.primo exit nutrix quæ declarat qualis fuerit animus deyanire quando uidit iolem & captiuas.¶ Cruentus.crudelis:quasi cupiens sāguinem.¶ Vna domus.unius mariti.Scylla &carybdis.pericula in mari siculo de qbus diximus.¶ Nulla non.quando ante pōis uulla dicitur omnis:quando non ante ponitur dicitur aliqua.¶ Melior.quam mulier irata.¶ Decus.pulchritudo.¶ Innubis.sine nubibus serenus & purus:similis erat uultus ioles.¶ Herculea cōiunx.deianira similis seue tygridi quæ catulos habet & instat armento propter filios ut illis aportet cibum:siue similis erat bacche furēti.¶ Lyeum.bacchum.¶ Hesit.firmauit se deyanira limphata.i.furens discurrit per totā domū.¶ Incurrit.facit īpetū.¶ Processit.appuit i uultu dolor aī.

Fœlix fœlix cum silua domus
Nostra feretur:patrioq3 sedens
Ales in agro referam querulo
Murmure quæstus:uolucremq3 iolem
Turba loquetur uidi uidi
Miseranda mei fata parentis.
Cum lerifero stipite pulsus:
Tota iacuit sparsus in aula.
Proh si tumulum fata dedissent:
Quotiens genitor querendus eras:
Potui ne tuam spectare necem:
Nundum teneras uestite genas:
Nec dum fortis sanguine thoxeu:
Quid uestra querar fata parentes:
Quos in tutum mors æqua tulit
Mea me lachrymas fortuna rogat.
Iam iam dominæ captiua colos fusosq3 legā.
Proh sæpe dolor:formaq3 mortē pitura mihi
Tibi cuncta domus contigit uni.
Dum me genitor negat alcide:
Atq3 herculeus socer esse timet:
Sed iam dominæ tecta petantur.

Chorus.

QVid regna tui clara parentis
Proauosq3 tuos respicis amens:
Fugiat uultus fortuna prior:
Patiens quisquis nouit famulum
Regemq3 pati: Vultusq3 suos uariare potest
Pepulit ires.Ponduq3 mali:casus animo
Qui tulit æquo.

Actus secundus.Nutrix.Deyanira.

Nutrix loquitur.

OQuā cruēt9 fœmīas stimulauit dolor:
Cū patuit una pellici & nuptæ domus.
Scylla & carıbdis sicula cōtorq̄ns freta
Minus timenda est:nulla non melior fera est.
Namq3 ut reluxit pellicis captæ decus
Et fulsit iole:qualis innubis dies:
Purum ue claris noctibus sidus micat.
Stetit furenti similis: ac thorum intuens
Herculea coniunx:fœta ut armento iacens
Sub rupe tigris hoste conspecto exilit:
Aut iussa thyrsum quatere: conceptū ferens
Mœnas lyeum dubia quo gressus agat:
Hesit parum per:tum per herculeos lares
Limphata rapitur:tota uix satis est domus:
Incurrit:errat:sistit:in uultus dolor
Processit omnis:pectori pœnæ intimo

Nihil

Nihil est relictum: fletus insequitur gẽnas
Nec unus habitus durat: haud uno furit
Contenta uultu: nunc mar descunt genæ.
Pallor ruborem pellit: & formas dolor
Errat per omnes: quæritur: implorat: gemit:
Sonuere postes: ecce præcipiti gradu
Secreta mentis ore confuso exerit.
De. Quãcunq3 partẽ sedis æthereæ præmis.
Coniunx tonantis: mitte in alcidem feram
Quæ mihi satis sit: si qua fœcundum caput
Palude tota uastior serpẽs mouet
Ignara uinci: si quid excessit feras
Immane: dirum: horribile: quo uiso hercules
Auertat oculos: hoc specu immenso exeat:
Vel si fere negantur: hanc animam præcor
conuerte in aliquid: quodlibet possum malũ
Hac mente fieri: commoda effigiem mihi
Parem dolori: non capit pectus minas
Quid excutis telluris extremæ sinus
Orbemq3 uersas: quid rogas ditem mala:
Omnes in isto pectore inuenias feras
Quas timeat: odiis accipe hoc telum tuis
Ego sum nouerca: perdere alcidem potes
Perfer manus quocunq3: quid cessas dea:
Vtere furente: quod iubes fieri nefas:
Reperi: quid habes: ipsa iam cesses licet.
Hæc ira satis est. Nũ. Pectoris sani parum
Alumna quæstus cõprime: & flãmas doma.
Frena dolorem: coniugẽ ostende herculis:
Da. Iole meis captiua germanos dabit.
Natis: iouisq3 fiet ex famula nurus:
Non flamma cursus pariter & torrens ferent.
Et ursa pontum sicca ceruleum bibet.
Non: ibo mulcta: gesseris cœlum licet.
Totusq3 pacem debeat mundus tibi:
Est aliquid hydra potius irate dolor
Nuptæ quis ignis tantus in cœlum furit
Ardentis æthnæ: quicquid est uictum tibi
Hic uincet animus: capta præripiet thoros:
Adhuc timebam mõstra: iam nullũ est malũ
Cessere pestes: in locum uenit fere
Inuisa pellex: summe protector deum:
Et clare titan herculis tantum fui
Coniunx timentis uota quæ superis tuli:
Cessere capte pellici fœlix fui.
Illi meas audistis o superi præces.
Incolumis illi remeat: o nulla dolor
Contente pœna: quere supplicia: horrida:

¶ Relictũ. quare omnia exiuerunt foras. ¶ Habitus. qualitas uultus: nam modo rubea modo palida erat. ¶ Errat. demonstratur omni conditione. ¶ Implorat. querit auxilium. ¶ Exerit. exprimit demonstrat perturbationem animi ex uultu perturbato: & gressu furenti ueniens deyanira extra. ¶ Quãcunq3. Egrediens deyanira rogat iunonem ut mittat ferã contra herculem quæ illum perimat: & si non iueniat aliquam q3 mutet ipsam in feram quia est accensa tãto furore q3 herculẽ poterit superare. ¶ Fœcundum. renascens ut idre lernee. ¶ Ignara. uinci quæ non possit superari. ¶ Excessit feras. maius sit crudelitate quã feræ. ¶ Auertat. s. timẽs. ¶ Hanc animam. i. me ipsam. ¶ Hac mente. s. furiata. ¶ Commoda. da formam corporis ita terribilem ut habeo animum. ¶ Capit. non capax est. ¶ Quid excutis. Iuno quid quæris oẽs feras & monstra per terras: & mala a Plutone ut perdas herculem muta me ĩ feram: quia sup plebo pro omnibus: & lenabo te onere persequẽdi herculem. ¶ In isto pectore. s. meo inuenies omnes feras quas timeat hercules. ¶ Hoc telum. s. me ad perdẽdum herculem quem habes odio. ¶ Nouerca. loco nouerce. ¶ Furente s. me. ¶ Reperi. dic quid uis fieri. ¶ Flãmas. iracundiam. ¶ Coniugem herculis. mõstra te forte esse ĩ malis ut hercules. ¶ Germanos. ĩdignatiue: pariet ne captiua filios ex marito meo: & faciet q3 filii ipsius dicãtur fratres filiorũ meorũ. ¶ Iouis. quia hercules filius erat iouis. ¶ Nõ flamma. potius ignis & aqua ferentur simul: & ursa occidet in mare quã patiar hoc. ¶ Sicca. qa nunquã occidit in mare. ¶ Nõ. s. patiar. ¶ Mulcta. uindicta: ipsa ero uindicta. ¶ Gesseris. sustẽtaueris humeris tuis: q̃uis hercules feceris beneficia toti mundo tamẽ inueniam aliquid cõtra te peius idra. ¶ Ignis. nõ est tã furẽs ĩ ethna quantum est furor uxoris irate. ¶ Animus. scilicet meus iratus uincet quicquid est uictum tibi. s. te qui illa uicisti. ¶ Capta. una captiua iole eripiet toros meos: indignatiue loquitur. ¶ Inuisa pellex. ¶ Iole. timebã quãdo mittebaris ad mõstra sed nũc illa ẽ mihi loco monstri. ¶ Protector deũ. uertit sermõem ad illos deos quos solebat rogare pro salute Herculis: quãdo ibat ad mõstra: fundebãt. ¶ Præces. pro eo. ¶ Cessere. exaudita sunt uota mea nõ ad utilitatẽ meã: sed pellicis: nã illi superstes fuit hercules. ¶ Illi. ad utilitatẽ illius. ¶ O dolor. ad se ipsã dicit: dolor q̃ es tãtus ĩ me q3 nõ potes satiari aliq̃ pœna

¶ Satis: neſcit facere quod uellem ipſa in herculem:neſcit facere illum mori.Pro me.uertit ſermonem ex indignatione ad herculē. ¶ Lenta.flexibilis in nodos:nā achelous ut ſupra diximus mutabat ſe in uarias formas: modo in inſerpentē modo in tauū. ¶ Flecteret.ſ.achelous relicta forma ſerpētis. ¶ Vno hoſte.cum uinceres mille formas unius hoſtis. ¶ Prælata. præponis mihi illam non patiar:eo die quo relinques me:eo faciam te mori. ¶ Quid hoc.dū loquitur indignata arguit ſe q̄ tardat furorem ſuum. ¶ Recedit.retrahit ſe furor. ¶ Langues. debilitaris. ¶ Perdis.quem modo hēbas. ¶ Iterum. ut ſim bona in maritū. ¶ Ignes.ardores odii. ¶ Impetum.dolor ſerua mihi impetū perdendi herculem. ¶ Pares.q.d.hercules fortis: ſimiliter & ego ſi ſeruabo furoré. ¶ Votis nō. erit neceſſe ut concipiam uota ad perdēdum herculem:quia luno nouerca ſpōte aderit: nō rogata adiuuabit me. ¶ Primus. & extremus oriens &occidens. ¶ Erecta tenus.eleuata uſq; ad cœlum:ſi uoles occidere herculem ad iſtam mortem ſurget terra contra te. ¶ Soceri. oenei patris tui. ¶ Sternetur.occidetur in uindictam herculis cum tota gente ſua:qa totus mūdus. ¶ Defendit Herculē:& ſi fugeres oēs homines non fugies patrem eius louem qui fulmen habet. ¶ Mortem. etiam ſi per mortem crederes effugere pœnam : non poteris.quia apud inferos regnat Pluto eius patruus. ¶ Illic. in loco mortis. ¶ Diſcuſſa.recedente: antequā ducatur alia quæ præripiat locum meū. ¶ Ante.arguit ab impoſſibili:quod priuſquam patiatur illa iſta fient: ſicut prius erit occaſus apud indios & glatialis polus erit tepidus: quam uidear relicta ab hercule. ¶ Faces.quæ ferentur in nuptiis ioles. ¶ Pereat.aut morietur:aut interficiet me:ut fecit multas feras. ¶ Eliſis.oppreſſis & fractis. ¶ Alcide.quando proſternet me accurram ad thoros eius ut illic moriar:uolo mori ſed prius ulciſci : ut cum Hercule uadam ad inferos & ſi lole fuerit grauida ex hercule partum eius euellam manibus meis.

Incogitata:infanda:iunonem doce
Quid odia ualeant:neſcit iraſci ſatis.
Pro me gerebas bella:propter me uagas
Achelous undas ſanguine infecit ſuo.
Cum lenta ſerpens fieret in taurum trucem:
Nunc flecteret ſerpente depoſita minas.
Et mille in hoſte uiceres uno formas.
Iam diſplicemus:capta prælata eſt mihi.
Non præferetur:qui dies thalami ultimus
Noſtri eſt futurus:hic erit uitæ tuæ.
Quid hoc recedit animus & ponit minas.
Iam ceſſit ira:quid miſer langues dolor:
Perdis furorem:coniugis ſancte fidem
Mihi reddis iterum:quid uetas flammas ali:
Quid frangis ignes:hunc mihi ſerua impetū
Pares eramus:non erat uotis opus
Aderit nouerca:quæ manus noſtras regat
Nec inuocata.
Na.Quod paras demens ſcelus:
Perimes maritum cuius extremus dies
Primuſq3 laudes nouit:& cœlo tenus
Erecta terras flamma ſuppoſitas habet.
Rogos in iſtos terra conſurget parens.
Domuſq3 ſoceri prima & ætholum genus
Sternetur omne:nam tuum gens herculem
Defendit omnis:una quot pœnas dabis:
Effugere terras crede:& humanum genus:
Te poſſe:fulmen genitor alcide gerit.
Iam iam minaces ire per cœlum faces
Specta:& tonantem fulmine excuſſo diem.
Mortem quoq3 ipſam quam putas tutā.time.
Dominatur illic patruus alcide tui.
Quodcunq3 pergis miſera cognatos deos
Illic uidebis.De.Maximum fieri ſcelus
Et ipſa fateor:ſed dolor fieri iubet.
Nu.Moriere.
De.Moriar herculis nempe inclyti
Coniunx:nec ullus nocte diſcuſſa dies
Viduam notabit:nec meos pellex thoros
Captiua capiet:ante ab occaſu dies
Naſcetur indis:ante glatialem polum
Scithas ue tepida phœbus afficiet rota.
Quam me relictam theſſale aſpiciant nurus.
Meo iugali ſanguine extinguam faces.
Aut pereat:aut me perimat. eliſis feris
Et coniugem addat:inter herculeos licet
Me quoq3 labores numeret:alcide thoros
Moritura certe corpore amplector meo.

Ire

Ire ire ad umbras herculi iunctam licet:
Sed non multam:si quid ex noſtro hercule
Concepit iole:manibus euellam meis.
Ante & per ipſas pellicem inuadam faces
Me nuptiali uictimam feriat die
Infeſtus:iolem dum ſupra exanimem ruam.
Fœlix iacet quicunq3:quos odit premit.
Nu.Q uid ipſa flammas paſcis & uaſtũ foues
Vltro dolorem miſera quid caſum times:
Dilexit iolem nempe:dum ſtarent lares
Regiſq3 natam peteret:in famulæ locum
Regina cecidit:perdidit uires amor.
Multumq3 ab illos:detraxit infœlix ſtatus.
Illicita amantur:excidit quicquid licet.
De.Fortuna amorẽ peior inflammat magis:
Amat uel ipſam:quod caret patrio lare
Q uod nudus auro crinis & gemma iacet.
Ipſas miſericors forſan erumnas amat.
Nu.Hoc uſitatum eſt herculi:captas amat.
Dilecta priami nempe dardanii ſoror
Cõceſſa famula eſt:adiice quot nuptas prius
Q uot uirgines dilexit:errauit uagus.
Archadia nempe uirgo palladios choros
Dum nectit auge uim ſtupri paſſa excidit
Nullamq3 amoris retinet herculei notam
Referam quid alias:me ne teſpiades uocant:
Breuiq3 in illas arſit alcides face.
Hoſpes tinoli lidiam fouit nurum.
Et amore captus ad leues ſedit colos:
Vnum feroci ſtamen intorquens manu.
Nempe illa ceruix ſpolia depoſuit fere:
Crinemq3 mitra preſſit:& famulus ſtetit.
Hirtam ſabea marcidus mirrha comam:
Vbiq3 caluit:ſed leui caluit face.
De.Herere amantes poſt uagos ignes ſolẽt.
Nu.Famulã ne & hoſtis præferet natam tibi:
De.Vt alta ſiluas forma uernantes alit:
Q uas nemore nudo primus inueſtit tepor.
At cum ſolutos extulit boreas notos
Et ſæua totas bruma decuſſit comas.
Deforme ſolis aſpicis truncis nemus
Sic noſtra longum forma percurrens iter:
Deperdit aliquid ſemper:& fulget minus.
Maliſq3 minus eſt:quicquid in nobis fuit
Olim petitum cecidit:& partu labat
Materq3 multum rapuit ex illo mihi
Aeta citato ſenior eripuit gradu
Vides ut altum famula non perdat decus:

¶Per ipſas faces.in mediis nuptiis inuadam illam.& ſi interficiar ero tanquam uictima quæ ſolet occidi in nuptiis:& ſic mecum morietur iuiſa pellex ipſa quoq; cõtẽta moriar. ¶Quid ipſa.nutrix conſolatur deyaniram dicens Herculem non amare. Iolem probabili ratione id demonſtrans:crede Herculem illam amaſſe dum erat in fœlici ſtatu ardentius quando illa potiri non poterat:nam ſemper nitimur in uetitum cupimuſq; negata:ut inquit Ouidius. Et illicita uehementius amantur:ſed poſtea quam habuit illam ardor illius ceſſauit. ¶Vltro.ſine cauſa.¶Cecidit.deuenit.¶Detraxit.diminuit.¶Licet.habetur in poteſtate:nam ſatietas capit omnes.¶Fortuna.probat contrarium:q; ſi hercules illam fœlicem amauit:nũc magis quoq; amare cum eam uideat ifœlicem compatiendo illi. ¶Hoc uſitatum.concedit nutrix conſuetudinem herculis qui multas captiuas amauit & cito dereliquit.¶Soror priami.heſionem quam expugnata troia rapuit. ¶Vagus.ad multas mulieres.¶Auge puella regis archadie qua ſequebatur dyanam ab hercule ſtuprata.¶Notam ſignum amoris herculis.¶Teſpiades.filias quinquaginta teſpis uiolatas ab hercule una nocte itelligit:de quibus diximus in hercule furente:ſimiliter & de aliis ſequentibus.¶Breui face.non longo amore.¶Lidiam.omphalem itelligit.¶Tinoli.montis lidie.¶Colos.nam ab illa coactus eſt filare & ueſtes muliebres induere.¶Spolia.fere pellem leonis.¶Myrrha.unguẽto.¶Marcidus.deſes.¶Vbiq; caluit in toto mũdo amauit:ſed non diu.Herere fige.ſolent firmari poſtq; habuerunt multos amores.¶Famulam.ſi eſt uerum hoc.firmabit ſe in amore tuo nec preferet filiã hoſtis tibi.Littera hæc iterrogatiue legenda eſt.¶Vt alta facit deyanira.ſimilitudinẽ:ſilua quãdo uere frõdes emittit uirore ſuo omnes allicit.ſ.hyeme pdit omne decus amiſſis frondibus.ſic mihi accidit quæ primo flore ætatis meæ placui herculi:nunc deficiens ero illi faſtidio.¶Alta forma.magna pulchritudo.¶Inueſtit.adducit frondes.¶Solutos.furẽtes:iterũ ueniente hyeme perdit decus ſuũ.¶Comas folia.¶Bruma.pars anni quãdo ſunt breuiſſimi dies.¶Solis.nã ſoli trũci remanẽt.¶Lõgum iter.multos annos.¶Malis.propter mala:nam iquit ſalomõ.Spiritus triſtis deſiccat oſſa.¶Petitum.amatũ.forma mea amata ab hercule iam periit.¶Ex illo.ſ.quod fuit petitum.¶Mater.qua totiens pepi:partuſq; formã diminuit.¶Famula.iole ipſa ſeruat formã ſuam.

¶ Ceſſere. uidemus q̄ ipſa facta eſt macilenta & ſqualor eſt in uultu eius: tamē adhuc eſt pulchra. ¶ Hinc. ex iſta cā non poſſum quieſcere: quod illa pulchra præponitur mihi. ¶ Altrix. o nutrix mea. ¶ Thalamos meos. habere talē coniugem ut ego. ¶ Menſura. quando mulieres argolicæ optabāt matrimoniū rogabāt deos ut darēt ſimile meo. ¶ Quem ioui. ſi fiat repudium inter nos ubi inueniam alium filium Iouis. ¶ Facibus. matrimonio q̄uis euryſtheus qui imperat Herculi: accipiat me in uxorem: tamē non erit tantū quātum in hercule. Nam inueniunt plures reges: & ſolus eſt unus Hercules. ¶ Regnanti. regis. ¶ Alte. ex alto: nā cū multi reges inueniantur: nullus tamen Hercules inuenitur. ¶ Cōciliat. amicos facit. ¶ Partus filii octauo ethicorum ſcribit quod amor cauſatur ex pro creatione filiorum. Sic luuenalis: ut queant partu retinere maritos. ¶ Fere. ponitur aliquando pro quaſi: aliquando p quaſi ſemp: ut ibi. ¶ Sic ipſe. ita poterit iole parere & iunget ſibi herculē: & me illi diſiūget. ¶ Trahitur. uides q̄ hercules miſit eam ſeruam tibi. ¶ Hunc quem. nō eſt ſpes habēda ī hercule: nā ſi dimiſerit iolem: accipiet aliam: ſolet ipſe ire per orbem: nō ut comparet ſibi gloriā: ſed ut ī ueniat uirgines quas amare poſſit: & ſi non poteſt habere pace eas ui rapit: unde iſta ſunt bella quæ dicitur feciſſe: oīa illa propter amorem fecit. ¶ Hunc quem. relatiuum & antecedens in eodem caſu gratia ornatus: ut uirgilius. Vrbem quā ſtatuo: ſeruatur etiam apud oratores ut in eodem caſu ponatur: ut ſulpitio cui ante oīa cōcedebāt nō ſunt paſſi ſepeliri: ordo igit erit: hūc quē uides. i. hic quē uides ire p̄clarē leuis ē. i. incōſtans. ¶ Spolia. pellē leōis. ¶ Viua. q̄ detraxit uiuo leoni. ¶ Miſeris. quos reſtituebat ī regnū. ¶ Grauatus. figurate. ¶ Seres. populi extremi in oriēte. ¶ Iacet qcūq̄ populus. habitās ītra terras ē cognitus p herculē. ¶ Eqtur. ſ. propter gloriā. ¶ Quod amet. q̄rit quas amet. ¶ Impotēs. nō potēs ſe tēperare. ¶ Oechalia. patria ioles una die expugnata & diruta fuit. ¶ Totiens timebit quotiens hercules uult unā uirginem & pater negat: totiens erit bellū. ¶ Parēs. quicūq̄ pater dicit ppter eruditū. ¶ Gener. hercules ſi nō poteſt habē puellā furit. ¶ Poſt hæc. ſ. tanta uel præterea debeo expectare q̄ faciat repudiū hercules: ut ſolet p necē cōiugū: ut fecit de megera & filio: prius illū īterficiam: unde ſeipſa deyanira ſtimulat ad uindictā. ¶ Simulet. an expecto donec ueniat occidēdum me: & fingat ſe furētem: ut in prima tragœdia. ¶ Intēdat. ad ſagittādū me & natū hylū. ¶ Sic. ſ. interficiēdo. ¶ Fieri nocēs. & ſi faciat tot ſcelera nō īputant illi: ſed iunoni nouerce quæ faciat illū furere. ¶ Terris. uniuerſo orbi. ¶ Cauſarū. excuſabilem. ¶ Quid ſtupes. exortatur ſeipſam ad uindictā. Occupandum preueniēdū priuſquā te occidet. ¶ Feruet. icitata ē ad mala. ¶ Pellicis. ſ. maritum non meū.

Ceſſere uultus penitus & pedor ſedet
Tamen per ipſas fulget erumnas decor.
Nihil q3 ab illa caſus: & fatum graue:
Niſi regna traxit: hinc meum pectus timor
Altrix laceſſit: hinc rapit ſomnos pauor.
Præclara totis gentibus coniunx eram:
Thalamoſq3 noſtros inuido fato nurus
Optabat omnis: quæ nimis quiſq3 deos
Orabat ullos nuribus argolicis fuit
Menſura uoti: quem ioui ſocerum parem
Altrix habebo: quis ſub hoc mundo mihi:
Dabitur maritus: ipſe qui alcide imperat:
Facibus ſuis me iungat euriſtheus licet:
Minus eſt thoros meruiſſe regnātis leue eſt.
Alte illa cecidit quæ uiro caret hercule.
Nu. Conciliat animos coniugum partus fere:
de. Sic ipſe forſan diuidit partus thoros.
Nu. Famula illa trahitur interim domum tibi
de. Nunc quem per urbes ire preclarū uides
Et uiua tergo ſpolia geſtantem fere.
Q ui regna miſeris donat: & celſis rapit:
Vaſta grauatus horridam claua manum
Cuius triumphos ultimi ſeres canunt:
Et quiſquis alius orbe concepto iacet.
Leuis eſt: nec illum gloriæ ſtimulat decor:
Errat per orbem non ut equetur ioui.
Nec ut per urbes magnus argolicas eat
Q uod amet reqrit: uirginū thalamos petit.
Si qua eſt negata capitur: in populos furit.
Nuptas ruinis quærit: & uitium impotens,
Virtus uocatur: cecidit œchalia inclyta
Vnuſq3 titan uidit atq3 unus dies:
Stantem & cadentem: cauſa bellādi eſt amor:
Totiens timebit herculi natam parens:
Q uotiens negabit: hoſtis eſt quotiens ſocer
Fieri recuſat: ſi gener non eſt furit.
Poſt hæc quid iſtas īnocens ſeruo manus:
donec furentem ſimulet ac ſæua manu:
Intendat arcus meq3 natumq3 opprimat:
Sic coniuges expellit alcides ſuas:
Hæc ſunt repudia: nec poteſt fieri nocens
Terris uideri ſceleribus cauſam ſuis.
Fecit nouerca: quid ſtupes ſegnis furor:
Scelus occupandum eſt.
Perge dum feruet magnus:
Nu. Perimes maritum:
de. Pellicis certe meæ.
Nu. At ioue creatum.

De.

de. Nempe & alcmena ſatum.
Nu. Ferro ne: de. Ferro. Nu. Si nequis:
de. Perimam deolo
Nu. Quis iſte furor eſt:
de. Quem meus coniunx decet.
Nu. Quem nec nouerca perimit:
Nunc perimes uirum:
de. Cæleſtis ira quos premit miſeros facit:
Humana nullos.
Nu. parce miſeranda: & time.
Contempſit omnes ille: qui mortem prius
de. Libet ire in enſes.
Nu. Maior admiſſo tuus
Alumna dolor eſt: culpa par odium exigat:
Cur ſæua modicis ſtatuis: ut paſſa es dole:
de. Leue eſſe credis pellicis nuptæ malum:
Quicquid dolorẽ paſcit id nimium puta
Nu. Amor ne clari fugit alcide tibi:
de. Nõ fugit altrix remanet & penitus ſedet
Fixus medulis crede: ſed magnus dolor.
Iratus amor eſt. Nu. Artibus magicis fere
Coniugia nuptæ precibus admiſtis ligant.
Vernare iuſſi frigore in medio nemus
Miſſumq3 fulmen ſtare: concuſſi fretum
Ceſſante uento: turbidum explicuit mare
Et ſicca tellus fontibus patuit nouis:
Habuere motum ſaxa: diſcuſſi fores:
Vmbræ ſtetiſtis: & mea iuſſi prece
Manes loquuntur: ſonuit infernus canis.
Mare: cœlum: terra. & tartarus ſeruit mihi.
Nox media ſolem uidit: & noctem dies
Nihilq3 leges ad meos cantus tenent.
Flectemus illum: carmina inuenient iter. (la
De. Quas põtus herbas generat: aut q̃ theſſa
Sub rupe pindus: aut ubi inueniam malum
Cui cedat ille: carmine in terras mago
Deſcedat aſtris luna deſertis licet.
Et bruma meſſes uideat: & cantu fugax
Sit depræhenſum flumen & uerſa uice
Medius coactis fugerit ſtellis dies.
Non flectet uirum.
Nu. Vincit & ſuperos amor.
De. Vincetur uni forſan:
Et ſpolium dabit.
Amorq3 ſummus fiet alcide labor.
Sed te per omne cœlitum numen precor:
Per hunc timorem: quicquid arcani apparo
Penitus recondas: & fide tacita præmas.

¶ Coniunx meus. hercules: nam quando occidit dicit ſe furere: ita ipſa dicam & ſimulabo furere. ¶ Miſeros dii. ſatis habent ſi faciãt homines miſeros. ¶ Humana. ira hominũ facit nullos. ſ. miſeros: nam occidi & eos miſeriis liberaui. ¶ Parce. noli facer̃. ¶ Admiſſo. peccato maior eſt ira tua q̃ culpa herc. ¶ Par. ſi parua ẽ culpa parum debet eſſe odium. ¶ Vt. ſicut eſt parua iniuria parum dole. ¶ Malum pellicis. quando adducitur ſibi pellex uidetur hoc parum. ¶ Artibus. ſcio per incantationes maritos alienatos reuocari ad amorem: unde ſunt aggrediende artes magice: ut tibi reſtituatur hercules. ¶ Fere. quaſi. ¶ Vernare. arguit ꝙ maiora potuerit facere in medio hyemis feci uireſcere ſiluas & ſtare fulmen. ideſt nõ cadere in terras & alia quæ ſequitur. ¶ Sicca. quæ erat ſine aqua: ¶ Diſcuſſi. apui. ¶ Vmbre. anime. ¶ Canis infernus. cerberus. ¶ Cantus. nulla lex nature ualet incantationes meas. ¶ Tenent. ſeruant nullam rẽ nature. ¶ Illum. ſcilicet herculẽ. ¶ Iter. reuocandi illum ad amorem. ¶ Quas pontus. reſpondet deyanira nihil ſatis eſſe ad reuocandum amorem herculis inuicti. ¶ Põtus. regio ubi regnauit mitridates & theſſalia ubi uiguerunt uenefici. ¶ Cedat uincatur. ¶ Mago carmine. arte magica: dicebat̃ luna a ueneficis cogi in terras: ut expueret ĩ herbas ad ueneficia: licet fiant omnia quæ fieri poſſunt arte magica: nõ uincetur ille. ¶ Meſſes. ut media hyeme ſint fruges. ¶ Depræhenſum firmatum ne fluat. ¶ Verſa. mutata uiciſſitudine. ¶ Coactis. ſcilicet per incantationes. ¶ Vincetur. ſ. amor: quemadmodũ uicit alios deos. ¶ Summus. extremis cum hercules ſupauerit tot labores forte cupido erit extremus & illi dabit ſpolium. i. ¶ Sed te. uult aperire conſiliũ ſuum nutrici: ſed prius ab illa rogat ſilentiũ. ¶ Premas occultes.

¶ Interim.dum sciã ueritatẽ quid uelis. ¶ Circũspice.uide si aliquis sit qui possit nos audire. ¶ Eat.respiciat. ¶ Arbitrio.testibus quia nulli sunt q audiri possint. ¶ Est ĩ remoto.ĩcipit deianira narrare remediũ quo uti uelit ad reuocandũ herculẽ ad amorẽ suũ Nessus cẽtaurus quẽ interfecit Hercules cũ ĩ trãsitu eueni fluuii uĩ mihi passet:moriẽs hoc mihi ddit remediũ. ¶ Loco.describit locũ in sede regia ita obsitũ ut illic sol nũq possit penetrare. ¶ Nostra archana.secreta nostra. ¶ Defendẽs.occultãs. ¶ Primos.ortũ solis. ¶ Seros.occasũ. ¶ Ferẽs.qui fert secũ lumẽ. ¶ Rotã currũ.nã dicit stabulari ĩ oceano rubenti ꝓpter radios solis. ¶ Illic.ĩ illo specu. ¶ Pignus.certitudo sicut pignus certũ & tutũ creditorem facit. ¶ Auctor.qui docuit hoc. ¶ Nubes grauida.diximus superius ixionẽ attentasse lunonẽ de stupro:cui luno ex consilio Iouis nubem in forma sua obiecit cũ qua cõcũbens ixion centauros genuit. ¶ Thessalo.duci ixioni. ¶ Pindus.mõs thessalie. ¶ Inserit.qa uĩ astra tãgere. ¶ Othryx.mons asper Thessalie uersus meridiem ex opposito ad ossam dispositus:ut dicit pli.iiii.li.pĩria fuit lapitarꝝ. ¶ Eductus.eleuatus. ¶ Subactus.achelous uictus:ut uidimus. ¶ Species.formas:nã mutabatur in diuersis feris. ¶ Patuit.cognitus fuit. ¶ Peractis.sumptis formis omniũ ferarꝝ. ¶ Subdidit.deposuit ad terrã:nã cũ in forma thauri esset hercules illi abscidit unũ cornu:ut diximus supius ¶ Victor.s.acheloi. ¶ Repetebat.reuertebaẽ. ¶ Euenus.fluuius ẽ descendẽs a thracia & Calydoniã secans:de quo Oui.li.ix.metha. Venerat euẽi rapidas ioue natus ad undas. Pli.li.iiii. Euennus cadit in sinũ corinthiacum ex opposito ad urbẽ patras. ¶ Vorticẽ fluuium Euenũ. ¶ Meq.hoc mõ recepit me cõmissam ab hercule:ut me transueheret. ¶ Spina.est os qđ extenditur a collo usq ad ptẽ posteriorẽ erat nessus ex media pte eq:ex media hois. ¶ Minas.ipse ferẽs me frãgebat ĩpetus fluuis. ¶ Iam tutus:trãsportauerat me:cũ adhuc hercules eẽt ĩ medio fluctu. ¶ Citabat.accelerabat. ¶ Vector.uerba herculis ad nessum:licet gãges & hyster iũgerẽt simul:alter ẽ ĩ oriẽte:alter in septẽtrione:nõ me ĩpedirẽt qn te psequerer. ¶ Telo.sagitta. ¶ Fugã.fugientẽ nessum. ¶ Arcus.sagitta prius pcussit eũ q audiret uerba. ¶ Longũ uulnus.longa arũdo:hypalage. ¶ Fixit.firmauit & ĩfixit morte. ¶ Diẽ extremã lucẽ. ¶ Excipit.cadentẽ colligit. ¶ Tabẽ.sanguinẽ putre factum. ¶ Insertã.ĩpositã. ¶ Quã.s. ungulã sibi ꝑabie abscinderat. ¶ Tũ uerba.dato sanguie suo deyãire:nessus hoc addidit: solẽt mulieres Thessale uti ad remedium amoris illo:sed opus est seruare occultum a sole. ¶ Mage.incãtatrices. ¶ Defigi.stabiliri. ¶ Malo.hoc sanguine qui est tanquam uenenũ.hoc faciebat ut uenenaret herculem. ¶ Michale. nomen est centaure fœmine quæ docuit thessalas hoc remediũ amoris.

Nu. Quid istũd est quod esse secretũ iubes:
De. Nõ tela sunt:nõ arma:nõ ignis:nõ minæ:
Nu. Prestare fateor posse me tacitam fidem
Si scelere careat:interim scelus est fides.
De. Circũspice agedũ neqs archana occupet:
Partemq3 in omnem uultus inquirens eat.
Nu. En locus ab omni tutus arbitrio uacat.
De. Est in remoto sedis egregiæ loco:
Archana tacitus nostra defendens specus:
Non ille primos accipit soles locus.
Non ille feros cum ferens titan diem:
Lassam rubenti mergit oceano rotam.
Illic amoris pignus herculei latet.
Altrix:fatebor:nessus est auctor mali:
Quẽ grauida nubes thessalo genuit duci:
Qua celsus astris inserit pindus caput.
Vltraq3 nubes othryx eductus riget.
Namq3 ut subactus herculis claua horridi
Achelous:omnes facilis in species dari.
Tandem peractis omnibus patuit feris.
Vnoq3 turpis subdidit cornu caput.
Me coniugem dum uictor alcides habet.
Repetebat argos:forte per campos uagus
Euenos altum gurgitem in pontum ferens:
Iam pœne summis turbidus ripis erat
Transire nessus uorticem solitus uagum
Præcium poposcit:meq3 iam dorso ferens.
Qua iungit hominem spina deficiens equo:
Frangebat ipsas fluminis tumidi minas.
Iam totus undis nessus exierat ferox.
Medioq3 adhuc errabat alcides uado:
Vasto rapacem uorticem scindens gradu
Ast ille ut esse uidit alcidem procul
Tu preda nobis inquit:& coniunx eris.
Prohibetur undis:meq3 complexam ferens
Gressum citabat:nõ tenent unde herculem.
Infide uector inquit immixti licet
Ganges & hyster uallibus iunctis eant.
Vincemus ambos:consequitur telo fugam
Preceſſit arcus uerba:tum longum ferens:
Harundo uulnus:tenuit herentem fugam
Mortemq3 fixit:ille iam querens diem.
Tabem fluentis uulneris dextra excipit:
Traditq3 nobis ungula insertam sua
Quam forte sæua scinderat auulsam manu
Tum uerba moriens addit hoc inquit mage
Dixere amorem posse defigi malo.
Hoc docta michale thessalas monuit nurus

Vnam inter oēs luna quam ſequitur magam.
Aſtris relictis:illitas ueſtes dabis:
Hac inquit ipſa tabe:ſi pellex tuos
Inuiſa thalamos tulerit:& coniunx leuis
Aliam parenti dederit alti ſono nurum.
Hoc nulla lux conſpiciat:hoc tenebre tegāt.
Tantum remote:ſic potens uires ſuas
Sanguis tenebit:uerba deprehendit quies
Mortemq3 laſſis intulit membris ſopor.
Tu quam meis admittit archanis fides
Perge:ut nitentes uirus in ueſtes datum.
Mentem per artus adeat:& tactus ſinus
Intret medulas.
Nu.Otius iuſſa exequar
Alumna:præcibus tu deum īuictum aduoca:
Q ui certa tenera tela dimittit manu.
De.Te te præcor quē mundus & ſupi timent
Et æquor & qui fulmen æthnæum quatit.
Timende matri teliger ſæue puer.
Intende certa ſpiculum uelox manu.
Non ex ſagittis leuibus:e numero præcor
Grauiore profer:quod tuæ nundum manus
Miſere in aliquem:non leui telo eſt opus
Vt amarē poſſit hercules:rigidas manus
Intende:& arcum cornibus iunctis para.
Nunc nūc ſagittā,pme:qua quondā horridus
Iouem petiſti:fulmine abiecto deus:
Cum fronte ſubita timuit:& rapidum mare
Taurus puelle uector aſſyrie ſcindit.
Immitte amorem:uincat exempla omnia.
Amare diſcat coniuges:ſi quas decor
Immiſit ioles pectori herculeo faces:
Extinguē totas perbibat flammas mei.
Tu fulminantem ſæpe domuiſti iouem:
Tu furua nigri ſceptra geſtantem poli
Turbæ ducem maioris & dominum ſtygis.
Tu qui nouerca grauior irata deus
Cape hūc triumphum:ſolus euince herculē.
Nu.Prolata uis eſt.quæq3 palladia colus
Laſſauit omnem texta famularem manum.
Nunc congregetur uirus:ut ueſtis bibat
Herculea peſtem:præcibus augebo malum
In tempore ipſo gnauus occurrit licas.
Celanda uis eſt:illa ne pateant mala:
De.O quod ſuperbe non habēt unq̄ domus.
Fidele ſemper regibus nomen lica:
Cape hos amictus:noſtra quos uenit manus
Dum uagus in orbem fertur:& uictus mero

¶ Quam magam. ſcilicet michalem. ¶ Luna ſequitur propter peritiam artis magice. ¶ Illitas. ītinctas. ¶ Dabis. ſ. herculi. ¶ Tulerit. occupauerit. ¶ Altiſono. ioui pri. ¶ Hoc nulla lux. ſeruato ne uideat lucem. ¶ Potens. ad reducendum amorem. ¶ Deprehendit. ſupuenit mors dum ita loqueretur. ¶ Tu quam. mandat nutrici ut aportet uenenum illud. ¶ Admittit. recipit. ¶ Perge. uade. ¶ Mentem. ſcilicet herculis. ¶ Artus. penetrando. per membra eius. ¶ Sinus. ueſtis. ¶ Inuictū deū. cupidinē ibo & iuſſa peragam: interea tu precibus deum amoris inuoca. ¶ Ethneum. fabricatum. a cyclopibus q̄ habitant ethnam. ¶ Teliger. cupido gerens tela. ¶ Intende. dirige. ¶ Certa manu. nō fruſtra percutiēti. ¶ Spiculum. ſagittam. ¶ Grauiore. ex grauioribus ſagittis. ut maius uulnus ferat. ¶ Profer. prome ex faretra. ¶ Rigidas. duras amantibus. ¶ Cornibus. opus eſt ut trāhas arcum adeo ut unum caput tangat aliud: ut grauius ferias. ¶ Prome. extrahe talem ſagittam quali fixiſti Iouem quando captus eſt amore europe. ¶ Fronte ſubita. natis ſibi cornibus: nam mutatus eſt in taurum. ¶ Puelle. aſſyrie Europe filie agenoris regis Phœnicie. ¶ Scindit. ſcilicet natando. ¶ Diſcat. ſcilicet hercules. ¶ Faces. ignes amoris. ¶ Perbibat. ſolam me amet. ¶ Furua. nigra & infernalia: per circuitionem dicit plutonem qui captus fuit amore proſerpine. ¶ Maioris. quare illuc deſcendunt omnes. ¶ Tu. cupido qui es terribilior nouerca iunone irata. ¶ Triumphum. de hercule. ¶ Prolata. reuertitur nutrix cum ueneno & ueſte: & cum uenit lycas: iubet omnia occultari. ¶ Vis. illud uenenum tante potentie. ¶ Pallas. omnes artes inuenit pallas. ¶ Laſſauit. defatigauit filando & texendo omnem manum famularem ideſt ancillarum. ¶ Peſtem. uenenū. ¶ Præcibus. artibus magicis. ¶ Vis celāda. non cognoſcat illud lycas. ¶ O qđ. alloqtur licā regia. ¶ Fidele. appoſitio ē. ¶ Vagus. hercules.

¶Lidiam.omphalem cui seruiuit:hanc uestem fillaui eo tempore non oblita coniugis mei. ¶Nūc.hoc tempore amat iolem. ¶Horridū. durum iecur ubi est sedes amoris. ¶Fors.pro forte. ¶Coniunx.hercules: dic nō induat hāc uestem priusquā fecerit sacrificia. ¶Cana populo.corona de frōdibus populi arboris q̄ habet folia albicātia ex una parte. ¶Vinctus. coronatus. ¶Matrem.uenerem:interea ibo domum ut sacrificem ueneri. ¶Vos.dū recedit mandat choro ut defleat miseriam suā. ¶Calydonie.ubi regnauit Oeneus pater deyanire. ¶Extuli.duxi mecum de patria oetholia.

¶Flemus. Sequitur chorus deflens uices deyanire:& tāquam fideles amice nolunt deserere reginam ī calamitatibus quod non solet euenire regibus qui in aduersa fortuna ab amicis destituuntur:qui sunt tāquā irundines que cū uere & estate apud nos fuerint:hieme aduentante aufugiūt: demū preclaris sententiis laudat mediocrem conditionem uite. Versus est dimeter anapesticus. ¶Oenei. casus uocatiui.o deyanira filia oenei:oeneis patronomicum est. ¶Turba.nos turba comitū tuarum. ¶Dubios.incertos amores herculis. ¶Pulsare.solite eramus ludere tecū ī ripa acheloi fluminis œtholie. ¶Peracto.finito uere:quādo modicas aq̄s hēbat ut posset uadari. ¶Serperet.ꝓpe arenā flueret. ¶Lycormas.alio nomine euenus fluuius œtholie circa quē ēt ludere solebamus. ¶Flauus.ab aquis flauis. ¶Rapido.impetuoso. ¶Nos.similiter ad sacra palladis tecū eramus. ¶Orgia.sacrificia omnia dicuntur. ¶Cadmeis.thebanis:nam cadmus edificauit thebas. ¶Cistis.canistris quibus offerebantur munera. ¶Tertia estas.nam tertio anno fiebant illa sacra. ¶Spicifere dee.cereri dee frugum. ¶Eleusis.urbs in thera īsula iuxta atticā ut ostendit ptholomeus. ¶Mistas.sacrificātes cereri qui miste dicuntur ut supra uidimus. ¶Claudit.quia sacra erant secreta. ¶Nūc quoque .sicut temporibus prosperis habuisti nos comites:habebis & in aduersis. ¶Vbi quando: snia bona. ¶Tu quicūq̄.digredit̄ a proposito: reges licet multitudinē magnam habeant:uix unū fidelem reperiūt ī aduersis. ¶Centū.multa secundū diuersa officia nā diuerse māsiones sunt in domo regum. ¶Erynnis.furia. ¶Fraudes.hæc oia sunt in aula principum. ¶Ferrū latens.s.ad īsidias:per hoc notat ꝓditores. ¶Prodire.exire. ¶Eous.lucifer nam cum euaserint īsidias noctis:& mortem:credendi sunt nasci de nouo. ¶Pauci.concludit quod pauci colunt reges amore. ¶Plures. explicat causam cur ueniant ad aulam principum. ¶Fulgor splendor & excellentia. ¶Proximus.amicus regi possit cōsequi dignitates. ¶Vrit.incitat ambitio glorie. ¶Cupit.alius uadit ad diuitias habendas:licet eius auiditatem non satiaret totū aurū mūdi.

Tenet feroci lidiam gremio nurum
Nunc poscit iolem:sed iecur fors horridum
Flectam emerendo.merita uincunt & malos.
Non ante uestes induat coniunx iube
Quam thure flāmas spargat:& poscat deos.
Cana rigentem populo uinctus comam.
Ipsa ad penates regios gressus feram.
Præcibusq3 amoris horridi matrem colam.
Vos quas paternis extuli comites focis.
Calidoniæ deflete lugendas uices.

Chorus mulierum.

¶Flemus o casus œnei tuos:
Comitum primos turba per annos.
Flemus dubios miseranda thoros.
Nos acheloi tecum solitæ
Pulsare uadum cum iam tumidas
Vere peracto poneret undas
Graciliſq3 uado serperet equo.
Nec præcipitem uolueret amnem.
Flauus rapido fonte licormas.
Nos palladias ire per aras.
Et uirgineos celebrare choros
Nos cadmeis orgia ferre
Tecum solitæ condita cistis.
Cum iam pulso sidere brumæ.
Tertia soles euocat æstas.
Et spicifere concessa deæ
Actica mistas claudit eleusis:
Nunc quoq3 fatum quodcunq3 times
Fidas comites accipe fatis.
Nam rara fides:ubi iam melior:fortuna ruit.
Tu quicunq3 es qui sceptra tenes:
Licet omne tua uulgus in aula
Centum pariter limina pulset:
Cum tot populis uix una est fides:
Tenet auratum limen erynnis:
Et cum magne patuere fores:
Intrant fraudes:cautiq3 doli.
Ferrumq3 latens:cumq3 in populos
Prodire parant:comes inuidia est.
Noctem quotiens summouet eous:
Regem totiens credite nasci.
Pauci reges non regna colunt.
Plures fulgor conuocat aulæ:
Cupit hic regi proximus ipsi:
Claruſq3 latas ire per urbes.
Vrit miserum gloria pectus.
Cupit hic gazis implere famen.

Nec

Nec tamen omnis plaga gẽmmiferi
Sufficit hiſtri: nec tota ſitim
Lidia uincit: neq3 zephiro
Subdita tellus ſtupet aurato
Flumine clarum radiare tagum.
Nec ſi totus ſeruiat hebrus:
Ruraq3 diues cingat hydaſpes.
Intraq3 ſuos currere fines
Spectentq3 toto flumine gangem.
Auidis: auidis natura parum eſt.
Colit hic reges regumq3 lares:
Nõ ut p̃ſſo uomere ſemp: nunq̃ ceſſet curuus
Vel mille ſecent arua coloni: Carator.
Solas optet quas donat opes.
Colit hic reges calcet ut omnes
Perdatq3 alios: nullumq3 leuet.
Tantum ut noceat cupit eſſe potens.
Quota pars moritur tempore fati.
Quos fœlices cinthia uidit:
Vidit miſeros abitura dies.
Rarum eſt fœlix idemq3 ſenex.
Ceſpes tyrio mollior oſtro
Solet in pauidos ducere ſomnos
Aurea rumpunt tecta quietem.
Vigileſq3 trahit purpura noctes.
O ſi pateant pectora ditum:
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna metus: brutium coro
Pulſante fretum mitior unda eſt.
Pectora pauper ſecura gerit.
Tenet e patula pocula fago.
Sed non trepida tenet ipſa manu:
Carpit faciles uileſq3 cibos:
Sed non ſtrictos reſpicit enſes.
Aurea miſcet pocula ſanguis.
Coniunx modico nupta marito:
Non diſpoſito clara monili:
Geſtat pelagi dona rubentis
Nec gemiferas detrahit aures:
Lapis eoa lectus in unda. Nec ſidonio mollis
Repetita bibit lana rubores. aheno
Nec mœnia diſtinguit acu:
Quæ phœbeis ſubditus euris.
Legit eois ſeres arboribus.
Quælibet herbe tinxere colos:
Quas indocte neuere manus.
Sed non dubios fouet illa thoros.
Sequitur dira lampade erinis.

¶ Hiſtri. danubii: ubi naſcuntur gemme. ¶ Lydia. ubi eſt pactolus ducés arenas aureas. ¶ Zephiro. qui ſpirat ab occidente: intelligit hyſpaniam ubi eſt tagus fluuius auriferas arenas ſimiliter habens ut ſcribit plinius libro tertio. ¶ Hebrus. fluuius thracie ferens maximam fertilitatem: ſi haberet totum mundum non ſatiaretur. ¶ Hydaſpes. fluuius parthie. ¶ Gãgem. fluuium indie. ¶ Natura. quæ paucis eſt contenta: ut Seneca in epiſtolis: ſi ad naturam uixeris: contentus eris: ſi ad opinionem nunquã. ¶ Colit. alius ſequitur reges non ut fugiat paupertaté aut paret multas poſſeſſiones ſed ut largiri poſſit & parare amicos. ¶ Calcet. alius ut opprimat fauore regis omnes. ¶ Alios: aliquos precipue ſibi inuiſos. ¶ Leuet. nulli bonum faciat. ¶ Quota. minima: pauci ſunt qui perficiant curſum uite legitimum nam morte uiolenta pereunt. ¶ Cynthia. luna: eodem die qui fuerant fœlices efficiuntur miſeri. ¶ Rarum. apud paucos. ¶ Senex. longũ & durabile. ¶ Ceſpes. terra gramine uirens præſtat mollius cubile pauperibus quã purpura regum: & ſic chorus cõmendat uitam mediocrem. ¶ Ditum. diuitum. ¶ Brutium. brutii populi italie ante calabriam uerſus illud mare quod ſeparat ſiciliã ab italia fluctibus & periculis famoſum. ¶ Coro. uento. ¶ Pocula. uaſa lignea. ¶ Trepida. ſine metu ueneni. ¶ Sanguis. mors: quando miſcet ſanguis cum uino. ¶ Diſpoſito. gemmis diſtincto. ¶ Dona. margaritas quæ leguntur in mari rubro. ¶ Detrahit. grauat: ſolebant antique mulieres: ut ſcribit Iuuenalis. appẽdere gẽmas perforatis auribus. ¶ Sidonio. aeno. uaſe i quo tingitur purpura: ſidõ ciuitas phœnicie ubi color purpureus inuẽtus eſt. ¶ Mollis. delicata. ¶ Meonia. lydia ubi ueſtes pingebantur acu. ¶ Phœbeis euris. uentis orientalibus: ubi ſunt ſeres qui ex arboribus ſuis colligunt ſericum. ¶ Quelibet herbe. non oportet tingere ueſtem pauperis præcioſo colore. ¶ Colos. quarte declinationis. ideſt lanam filatam a pauperibus. ¶ Fouet. illa quæ eſt uxor modici uiri: non habet dubios thoros. ¶ Lampade. matrimonio: nam ante ſponſas ferebantur faces.

¶ Quarum.scilicet thoros:quarum diem.s. nuptialem siue natalem populi coluerunt. ¶ Nec sibi.non cognoscit fœlicitatem suã pauper nisi quando uidet ruinam potentum. ¶ Defugit.q non seruat mediocrem uiam:nunquã erit securus in uita. ¶ Dum petit. probat per exemplũ phætontis. ¶ Puer.phæton. ¶ Secũ.quare ipse fulminatus est & combustus orbis. ¶ Mediũ. aliud exemplũ dedali & Icari notissimũ. ¶ Tenuit.uenit cumas.ut Virgi. in principio sexti. ¶ Nulli ponto.quia non cecidit ut filius Icarus in mari cui dedit nomen Icariũ. ¶ Veras.aues quæ naturaliter uolãt. ¶ Ignoto.quia ãtea pars illa maris non erat nota. ¶ Male.præclara sñia non est bona compensatio ut uelis ire altius ut postea cadas. ¶ Pensantur.compensantur:tractum a bilance. ¶ Magna.res magne. ¶ Alius. dicit chorus querant alii altum statũ uolo mediocrẽ. ¶ Potentũ.nullus rex uocat me. ¶ Strigat.utiẽ methaphora sumpta a nautis:habeo paruam cimbam & securus ibo circa littora:q habent magnas naues uadãt in altum ubi sunt multa pericula. ¶ Transit.non nocet illi qui est iuxta portum. ¶ Sinus.portus. ¶ Querit.s.fortuna ut perdat in medio mari. ¶ Quarum.s.ratium. ¶ Supera.uela:quæ habẽt uela ita animata ut tangant nubes. ¶ Sed quid.ueniebat deyanira attonita. ¶ Thias sautia.sacerdos bacchi concitata furore. ¶ Refer.dic nobis regina quis casus te agitat. ¶ Vultus.ex quo perturbatio animi cognoscitur.

VAgus.Hic est tertius actus in quo continetur dolor Deyanire: nam facto sacrificio ueneri incidit ipsi suspitio q; nessus dixerat ne ostenderet sanguinem soli: unde ipsa uolẽs experiri quid id esset:sanguinem protulit in solem & statim cepit ebulire & emittere flammas igneas:unde tunc præcipiens illud esse uenenum rediit dolens:iterrogaturq; a choro cur ita palida sit:ipsa autem respõdet. ¶ Vagus.currens per omnia membra. ¶ Excussos. conquassatos. ¶ Horret.erigitur. ¶ Salit. tremit. ¶ Vt flatus.dat comparationẽ de tempestate maris q; licet uenti cessent tamen:nõ cessat motus & estus subito. ¶ Excussa.cõquassata ¶ Lãguidis.deficiẽtibus. ¶ Semel.quãdo diis ĩcipiũt mutare fortunã alicui nõ sunt cõtẽti uno malo sed plura addunt miseris. ¶ Dolebã nup de iole:nunc mihi accedit alia calamitas. ¶ Premere.grauare. ¶ Vrget.non cessat. ¶ Hos exitus.s.ut ueniant ad calamitates. ¶ Impotens.s.ĩ malum:crudelis. ¶ Rotat. uersat. ¶ Vt.postq; respondet deyanira. ¶ Timuit. cepit suspicari malum. ¶ Astruit.affirmat ipsum esse uenenũ.

Quarum populi coluerunt diem.
Nec sibi fœlix pauper habetur:
Nisi fœlices cecidisse uidet.
Quisquis medium defugit iter:
Stabili nunq; tramite curret.
Dum petit unum præbere diem
Patriosq; puer concitat axes:
Nec per solitum percurrit iter: crota
Sq; phœbes ignota secat:Sidera flamis errãte
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cœli cum peregerat iter:
Tenuit latias dedalus oras:
Nulliq; dedit nomina ponto.
Sed dum uolucres uincere ueras:
Icarus audet:patriaq; puer
Despicit alas phœboq; uolat
Proximus ipsi:dedit ignoto: Nomina ponto
Male pensantur magna ruinis:
Felix alius magnusq; uolet.
Me nulla uocet turba potentum:
Stringat tenuis littora puppis.
Nec magna meos aura phaselos
Iubeat medium scindere pontum.
Transit tutos fortuna sinus
Medioq; rates querit in alto.
Quarum feriunt supera nubes.
Sed quid pauido territa uultu:
Qualis baccho sautia thias.
Fertur rapido regina gradu.
Quæ te rursus fortuna rotat.
Miseranda refer:licet ipsa neges.
Vultus loquitur quodcunq; negas.

Actus tertius. Deyanira Chorus.

Deyanira loquitur.

VAgus per artus errat excussos tremor:
Erectus horret crinis:impulsis adhuc
Stat terror animis:& cor attonitum salit.
Pauidumq; trepidis palpitat uenis iecur.
Vt fractus austro pontus etiam nunc tumet.
Quanuis quiescat languidis uentis dies.
Ita mens adhuc uexatur excussa metu
Simul profecto præmere fœlices deus
Cum cœpit urget:hos habent magna exitus:
Cho. Quis tã ĩpotẽs:o misera te casus rotat:
De. Vt missa palla est:tabe nessea illita.
Thalamisq; amens intuli gressum meis.
Nescio quid animus timuit & fraudẽ astruit.
Libet experiri solibus:uirus ferum:

Flammasq;

Flammaſq3 neſſus ſanguinem oſtendi arguit
Hic ipſe fraudes eſſe præmonuit deus:
Et forte nulla nube reſperſus iubar
Laxabat ardens feruidum titan diem.
Vix ora ſolui patitur & nunc timor:
Medios in ignes ſolis:& claram facem
Q uo tincta fuerat:palla ueſtiſq3 illita
Abiectum horret uirus:& phœbi comam
Tepefactus ardet:uix queo mõſtrum eloqui.
Niues ut eurus ſoluit aut tepidus notus.
Q uas uere primo lubricus perdidit.
Vtq3 euolutos frangit ionio ſalo
Oppoſita fluctus leucas:& laſſus tumor
In littore ipſo ſpumat:aut celeſtibus
Aſperſa:tepidis thura laxantur focis
Sic languet omne uirus:& perdidit comam.
Dumq3 ipſa miror:cauſa mirandi perit.
Q uin ipſa tellus ſpumeos metus agit.
Et quicquid illa tabe contactum eſt labat.
Timenſq3 tacita ſequitur:& quaſſat caput:
Natum pauentem cerno:& ardenti pede
Greſſus ferentem:prome quid portes noui:
Hyllus Deyanira Nutrix.Hyl.loquitur
PRofuge:quere ſi quid ulterius patet
Terris freto ſideribus oceano inferis:
Vltra labores mater alcide fuge.
De.Neſcio quid animus grãde preſagit malũ
Effare quis me caſus inſontem præmat.
Hy.Cæcus illud orbis atq3 præſidiũ unicum:
Q uem fata terris in locum dederant iouis:
O mater abiit: & membra & herculeos toros
Vrit lues neſcio quæ:qui domuit feras:
Ille ille uictor uincitur:meret:dolet:
Q uid queris ultra.
De.Miſerias properant ſuas.
Audite miſeri:fare quo poſita in ſtatu
Iam noſtra domus eſt:o lares:miſeri:lares:
Nunc uidua:nunc expulſa:nunc feror obruta:
Hy.Non ſola meres:hercules toto iacet
Mundo gemendus.fata nec mater tua
Priuata credas:iam genus totum obſtrepit
Hunc eiulatu:quem gemis cuncti gemunt.
Commune terris omnibus pateris malum:
Luctum occupaſti prima:non ſolum herculẽ:
Miſeranda meres.
De.Q uam prope a læto tamen
Ede ede queſo iaceat alcides meus.
Hy.Mors refugit illum:uictaq3 in regno ſuo

¶ Arguit.prohibet.¶ Hic.in hoc uerbo quod ille prohibebat ſanguinem oſtendi ſoli.¶ Laxabat.dilatabat ſuũ calorem. ¶ Vix. uix poſſum dicere quod uidi.¶ Niues.quẽadmodum tempore ueris flante euro ſoluũtur niues ita lique factus eſt ille ſanguis aſpectu ſolis.¶ Lubricus. ſolubilis.¶ Vtq3.alia comparatio.¶ Leucas.inſula teſte pomponio iuxta epirum habens mõtem altiſſimum.¶ Salo.mari.¶ Aut.alia comparatio ſicut thura laxantur ideſt diſſoluuntur poſita in igne.¶ Omne.uirus ille ſanguis conſumitur.¶ Comam.quantũ traxerat:quia iam deficiebat materia.¶ Cauſa.ipſe ſanguis:dum miror hoc mõſtrum:ſtatim euanuit. ¶ Quin. imo terra ubi erat poſitum uenenum uidebatur feruere & moueri.¶ Spumeos.cũ quadam ſpuma.¶ Labat.mouetur.¶ Timẽs.dum ita loqueretur uidet uenientem nutricem & hylum filium qui iuerat queſitum patrem herculem. ¶ Quaſſat.ſicut dolore affecta. ¶ Ardenti.feſtino: & ſic dat locum ſequenti ſcene. ¶ Prome.narra fili:

PRofuge.Reſpondet Filius monẽs matrem ut fugiat ut poſſit eſſe tuta a furore herculis:tibi petendus eſt locus aliquis ultra illa ubi fuit hercules:ſi uis euadere. ¶ Inſontẽ. ſine culpa.¶ Decus.hercules:appoſitiue.¶ Locum iouis.ut liberaret homines a malis ut iuppiter.¶ Thoros.pulpas brachiorum. ¶ Quid ultra.ſcilicet quod doleat hercules iuictus omnibus malis. ¶ Properant.nam ſemper extremam miſeriam ſuam uolunt ſcire.¶ Vidua.intellexit herculem eſſe mortuum:unde dicit putabam me eſſe uiduam propter iolem ſed nũc uideor uidua & uere expulſa.¶ Priuata.pertinentia tibi ſoli:nam totus mundus obſtrepit.i. conqueritur. ¶ Quam prope.interrogat filiũ quantum hercules ſit prope mortẽ:reſpondet filius quod mors uidetur eũ fugere: nec fata uidẽtur uelle perimere eũ qui fuerit ſalus mũdi.

¶ Semel.quãdo hercules fuit apud inferos ubi eſt locus mortis. ¶ Colos. de quibus trahunt filla. ¶ Peragere fatum. rumpere uitam Herculis. ¶ Hoc.ſ.die. ¶ Sũmo.ultimo:erit ne hic dies quod moriatur hercules: & quod dicatur Hercules iuiſſe ad iferos. ¶ Erit.ſcilicet hercules aliter ierit. ¶ Peiorem.ubi ſunt inferi. ¶ Precedere.dic fili ſi nundum mortuus eſt pater qa illum uolo præcedere in morte. ¶ Euboica.hilus deſcribit ſeriem rei & locum ubi Hercules uolebat facere ſacrificium. ¶ Euboica. inſula euboie. ¶ Pulſatur.ſ.a mari. ¶ Tumens.eleuata ubi eſt caphareus promontorium. ¶ Phryxium.dicitur etiam heleſpontũ. ¶ Auſtro. ſubiectum eſt meridiei:& uerſus ſeptentrionẽ habet euripum mare auguſtum quod ſepat illam a terra cõtinua:& per ſeptem horas creſcit: & per ſeptem decreſcit:unde dicit inſtabiles undas:quia teſte pomponio li.iiii. Alterno curſu ſepties in die totidem in nocte referẽt eſt enim euripus inter boetiam & euboiam. ¶ Hæc in hoc loco eſt promontorium ubi erant templa iouis cenæi dicti a loco ubi erat. ¶ Vt ſtetit. poſtquã uenit hercu.ad aras ut ſacrificaret depoſuit habitus ſuos. ¶ Laxauit.liberauit põdere. ¶ Succendit.inductus ueſte quã miſeras iuit ad aras cõcipiens præces. ¶ Has meſſes.Thura cynamum:& alia odoramenta. ¶ Depone. non opus amplius ut mittas fulmen quare omnes tyrannos:& mõſtra ſuperaui. ¶ Gemitus. dum præces ita conciperet:cepit ſubito ingemiſcere. ¶ Ipſo.ſcilicet hercule. ¶ Qualis.bona comparatio erat:quemadmodũ taurus uulneratus ante aras qui impreſſa ideſt ifixa ſecuri aufugit mugiens. ¶ Mundo.cœlo:ille gemitus erat:quemadmodũ fragor fulminis. ¶ Calpe.mons ẽ ad ultimas partes hiſpaniæ uerſus oceanum. ¶ Cyclas.cyclades inſule ſunt in mari egeo. ¶ Capharides.capharei promontorii de quo diximus. ¶ Reddit.ſcilicet reſonando. ¶ Flentem.herculem quaſi cum indignatione ſit prolatum. ¶ Vulgus. illi qui circunſtabant: credebant ipſum rediſſe in priſtinum furorẽ. ¶ Ille.licas. ¶ Metu.quaſi mortuus ẽ ex metu. ¶ Pax.nã quaſi erat mortuus quãdo hercules cõphendit eũ. ¶ Pœne.ad pœnã. ¶ Cadauer. licã mortuũ quaſi. ¶ Ferã.nã portabat eleuatũ.

Semel eſt:nec audent fata tam uaſtum nefas
Admittere:ipſa forſan trepida colos:
Clotho manu proiecit:& fatum herculis
Timet peragere:proh diem nefandum:diẽ:
Hoc ne illo ſummo magnus alcides erit
Ad fata & umbras atq3 peiorem polum.
De. Præcedere tu illũ dicis:an poſſum prior
Mortem occupare:fare ſi nundum occidit.
Hy. Euboica tellus uertice immenſo tumens:
Pulſatur omni parte:phrixeum mare
Scindit caphareus:ſeruit hoc auſtro latus.
At qua niuoſi patitur aquilonis minas:
Euripus undas flectit inſtabiles uagus.
Septemq3 curſus flectit:& totidem refert.
Dum lapſum titan mergat oceano iubar.
Hic rupe celſa nulla quam nubes ferit
Annoſa fulgent templa cenei iouis.
Vt ſtetit ad aras omne uotiuum pecus:
Totumq3 tantis gemuit armentis nemus
Spolium leonis ſordidum tabo exuit.
Poſuitq3 claue pondus:& pharetra grauis
Laxauit humeros:ueſte tunc fulgens tua:
Cana reuinctus populo horrentem comam
Succendit aras:accipe has inquit focis
Non falſe meſſes genitor & largo ſacer
Splẽdeſcat ignis thure: quod phœbum colẽs
Diues ſabeis colligit truncis arabs.
Pacata tellus:inquit & cœlum:& freta:
Feris ſubactis omnibus redii uictor:
Depone fulmẽ:& gemitus in medias præces.
Stupente & ipſo cecidit:hinc cœlum horrido
Clamore complet:qualis impreſſa fugax:
Thaurus bipenne uulnus & telum ferens
Delubra uaſto trepida mugitu replet.
Aut quale mũdo fulmen emiſſum tonat.
Sic ille gemitus ſydera & pontum ferit:
Et uaſta calpe ſonuit:& uoces cyclas
Excepit omnes:hinc petræ capharides
Hinc omne uoces reddit herculeas nemus.
Flentem uidẽmus:uulgus antiquam putat
Rabiem rediſſe:tunc fugam famuli petunt.
At ille uultus ignea torquens facẽ.
Vnum inter omnes querit:& ſequitur lycam.
Complexus aras ille tremebunda manu.
Mortem metu conſumpſit:& parum ſui
Pœne reliquit:dumq3 tremebundũ manu
Tenuit cadauer: hac manu inquit te feram.
O fata uictus herculem peremit lycas.

Ecce

Ecce alia clade: hercules peremit lycam.
Fata inquinantur: fiet hic summus labor.
In astra missus fertur: & nubes uago
Spargit cruore: talis in cœlum exilit:
Harundo getica iussa dimitti manu.
Autq̃ cidon excussit: inferius tamen
Fugiente trunco corpus in pontum cadit:
In saxa ceruix: funus ambobus iacet
Resistite: inquit non furor mentem abstulit
Furore grauius istud atq3 ira malum est.
In me iuuat sæuire: uix pestem indicat
Et sæuit artus ipse dilacerat suos.
Et membra uasta carpit auellens manu.
Exuere amictus quærit: hoc solum herculem
Non posse uidi trahere conatus tamen
Et membra traxit: corporis palla horridi
Pars est: & ipsa uestis immiscet cutem.
Nec causa dire cladis in medio patet.
Sed causa tamen est: uixq3 sufficiens malo
Nunc ore terram languidus prono ferit:
Nunc poscit undas: unda non uincit malum
Et nota querit littora: & pontum occupat.
Famularis illum retinet errantem manus
O sortem acerbam: fuimus alcide pares.
Nunc puppis illum littore euboico refert
Austerq3 leuis pondus herculeum rapit.
Destituit animus mẽbra: nox oculos præmit.
De. Quid aïe cessas: quid stupes factũ scelus:
Natum reposcit iupiter iuno emulum.
Reddendus orbi est: quod põt reddi exhibe.
Eat per artus ensis exactus meos.
Sic sic agendũ est: tam leuis ponas manus
Tantas reposcit: redde fulminibus socer
Nurum sceleſtam: nec leni telo manus
Armetur illud fulmen exiliat polo.
Quo ni fuisset genitus alcides tibi
Hydram cremasses. pestem ut ĩsolitam feri.
Et ut nouerca peius irata malum.
Emitte telum quale in errantem prius
Phaetonta missum est pdidi erepto hercule
Et ipsa populos: quid rogas telum deos:
Iam parce socero: coniugem alcide necem
Optare pudeat: hoc erit uotũ maius:
A me petatur: occupa ferrum otius.
Cur demum ferrum: qcquid in mortẽ trahit:
Telum est abunde: rupæ ab ethærea ferar.
Hæc hæc: renatum prima quæ poscit diem
Oethea eligatur: corpus hinc mitti placet.

¶ Peremit licam. quasi dedecus est occidere uilissimum seruum. ¶ Summus extremus ponetur in laboribus herculis. ¶ Talis. comparatio. ¶ Excussit. emisit. ¶ Cydon. populus crethæ. ¶ Inferius. fuit tãtus impetus emissionis. ut caput sit auulsum a corpore. ¶ Inferius. inferior pars corporis. ¶ Resistite. fugiebant omnes uidentes herculis impetũ unde eos monet ut resistant: quia non agitat furore: ut prius: sed graiore malo. ¶ In me. furebam in alios: nũc placet sæuire in me. ¶ Non posse. scilicet exuere. ¶ Palla. quia habebat partem corporis adherẽtem. ¶ Immiscet. trahẽdo uestem: trahebat & pellem. ¶ In medio. ignorabat causam: sed tamen erat una causa uenenum. ¶ Sufficiens. nõ poterat sufficere tanto dolori. ¶ Famularis. famulorum multitudo. ¶ Pares. ita fortes sicut ipse qui a nullo poterat superari: nunc retinetur a nobis. ¶ Nunc puppis. iam posuerunt eũ in cimba: ut reportarent ab euboia in boetiã. ¶ Auster. solebat hercules fortis ubiq3 pondus ferre. ut etiam naues nõ essent capaces ipsius: nunc leua uento fertur. ¶ Quid cessas. deliberat deyanira mori post Herculem. ¶ Natum herculem. ¶ Reddendus. oporteret eum reddere toti mundo: sed non possum. ¶ Exibe. ad seipsam loquitur: quasi dicat da pœnas toti mũdo. ¶ Tam leuis. mutat propositum: q̃ deliberauerat mori manu propria. ¶ Socer. iuppiter fulmina me. ¶ Cremasses. combusisses. ¶ Nouerca. fui peior quam nouerca iuno quæ non potuit Herculem interficere. ¶ Feri. percute me ut in solitam pestem: & malum peius nouerca. ¶ Errantem. nescientem regere currus paternos. ¶ Populos. qui tuti erant uiuẽte hercule. ¶ Quid rogas. mutat consilium iterum. ¶ Socero. foui ne habeat hunc laborẽ. ¶ Coniugem. debeo me ostendere coniugem herculis ut sim fortis ut fuit maritus. ¶ Hoc. interrogatiue: possum me occidere. ¶ Occupa accipe. ¶ Cur demum. reprehendit etiam istud: quia debet se præcipitare. ¶ Quicquid. s. quod potest facere mortem. ¶ Ethærea. sublimi: præcipitabor de alta rupe. ¶ Oethea. scilicet rupes montis Oethe in thessalia. ¶ Renatum. a cacumine cuius apparet dies quando nascitur.

¶ Mei.de me.¶ Pendeant.ſtent ſuſpenſe ad ali quod ſaxum.¶ Rubeat.ſanguine meo.¶ Leuis una.alia deliberatio:nã te millies mori oportet.quod tanto ſceleri non ſatis eſt una mors. ¶ Extẽdi. produci in longum ut diutius det pœnas.¶ Incubes.te inicias.¶ Thalamis.utinã haberem enſẽ herculis quo me feriré.¶ Vna. reuoca hanc deliberationem:& omnes gẽtes uocat:ut in illam coniiciãt ſaxa & faces.¶ Coite-congregate uos.¶ Iaculetur.iaciat.¶ Vindicem.liberatorem herculem.¶ Impũe. quia nõ erit hercules qui tollat eos.¶ Reddentur are.i telligit buſiridem ſolitum ſacrificare homines: iam naſcentur ſæui tyranni cũ nullus erit hercules.¶ Feci uiam ut uenirent ſcelera in mundo.¶ Rapto.occiſo hercule.¶ Facem incendium fulminis:iace in me fulmen quia eripui tibi gloriam tuam occidendo herculem.¶ Ereptam.quia ſoli ioui datur fulmen:ſed eripe ab eo illud ut me perimas.¶ Occupaui.preuẽi:nã tui illum perdere cupiebas:ut hanc gloriã haberes.¶ Impulſam.quaſi ad ruinam:culpa nõ ẽ tua.cum factum ſit per ignorantiam.¶ Quicũ quæ.ſi quis peccauit per ignorãtiam:& poſtea cognouerit errorem debet ferre penitẽtiam: ne uideatur deliquiſſe libenter.¶ Morte. ut mors ſit penitẽtia.¶ Nocens.uideri ſi interfeceris te:uidebiẽ q̃ peccaueris.¶ Deceptos.qui peccauerunt per errorem.¶ Titana. ſolem uis hoc mõ fugeré lucẽ.¶ Fugit me.ſ.ſceleratã.¶ Supereſt.adhuc uiuit.¶ Vinci quando hercules. potuit uinci & retineri a famulis:credendum ẽ illum incepiſſe mori.¶ Quecunq̃ natum. putat genus ſepulture filii quãdo pater eius mortuus ſit.¶ Pregredi.ante çedere.¶ Arguis.uideris probare te ſponte peccaſſe.¶ Non dextra. cum factum fuerit per ignorantiã.¶ Facta qs. quis eſt qui uelit eſſe iudex mali ſui.¶ Quicũq̃ ſ.ille damnat qui uult fugere iniquitatem fatorum.¶ Ipe.hercules probat exemplo mariti q̃ factum per ignorantiam excuſabile ſit:ille uxorem & filios tali caſu perdidit.¶ Ter.quia megeram & duos filios iterfecerat: tamẽ ignouit ſibi.i.non ſe interfecit:ſed iuit in libiã ubi in flumine.¶ Cyniphio ſe expiauit:Ciniphs.fluuius eſt garamãtum teſte Herodoto libro quarto. Nam ut ait a charitone colle profluit: & in libi cum mare inter duas ſyrtes cadit paſcitq̃ hyrcos maximos qui ab illo cyniphei dicuntur :ut uirgilius lib.tertio geor.cyniphei tondẽt hyr-

A brupta cautes ſcindat:& partem mei
Ferat omne ſaxum:pendeant lacere manus:
Totumq3 rubeat aſperi montis latus.
Leuis una mors eſt:leuis at extendi poteſt.
Eligere neſcis anime cui telo incubes:
Vtinam eſſet infixus thalamis meis
Herculeus enſis:huic decet ferro immori.
Vna perire dextera nobis ſat eſt:
Coite gentes:ſaxa:& incenſas faces:
Iaculetur orbis:nulla nunc ceſſet manus.
Corripite tela:uindicem ueſtrum abſtuli.
Impune ſæui ſceptra iam reges gerunt:
Impune iam naſcetur indomitum malum:
Reddentur aræ cernere aſſuete hoſtiam
Similem colenti:ſceleribus feci uiam.
Ego uos tyrannis regibus:monſtris:feris:
Sæuiſq3 rapto uindice oppoſui deis.
Ceſſas tonantis ſocia:non ſpargis facem.
Imitata fratrem:& mittis ereptam ioui:
Meq3 ipſa perdis:laus tibi erepta inclyta eſt.
Ingens triumphus emuli iuno tui.
Mortem occupaui:
Nu.Quid domum impulſam trahis:
Erroris iſtic:omne quodcunq3 eſt nefas.
Haud eſt nocẽs:qcunq3 nõ ſponte eſt nocẽs
De.Quicunq3 fato ignoſcit:& parcit ſibi:
Errare meruit:morte damnari placet.
Nu.Nocens uideri qui petit:morte cupit.
De.Mors innocentes ſola deceptos facit.
Nu.Titana fugies: De.Ipſe me titan fugit:
Nu.Vitam relinques miſera
De.Et alcidem ſequor.
Nu.Supereſt:& aura ille celeſtes trahit:
De.Vinci hercules cũ potuit:hĩc cepit mori.
Nu.Natum relinques:fataq3 abrumpes tua
De.Quecunq3 natum ſepelit hæc uixit diu.
Deu.Virum ſequeris.
N.Prægredi caſte ſolent.
Nu.Si te ipſã dãnas:ſceleris te miſera arguis.
De.Nemo nocens ſibiipſe pœnas irrogat.
Nu.Multis remiſſa ẽ uita quorũ error nocẽs:
Non dextra fuerat:facta quis damnat ſua:
De.Quicunq3 fata iniqua ſortitus fugit.
Nu.Ipſe hic megeram nempe confixam ſuis
Strauit ſagittis:atq3 natorum indoles:
Lernea flectens tela furibunda manu:
Ter paricida factus:ignouit tamen
Sibi.nam furoris fonte cyniphio ſcelus

Sub

Sub axe libico terſit: & dextram abluit.
Quo miſera pergis quid tuas dãnas manus:
De. damnat meas deuictus alcides manus.
Fraudem placet punire.
Nu. Si noui herculem.
Aderit cruenti forſitã uictor mali.
Dolorq3 fractus cedet alcide tuo.
De. Exedit artus uirus: ut fama eſt hydræ:
Immenſa peſtis coniugis membra abſtulit.
Nu. Serpentis illi uirus nocere autumas:
Aut poſſe uinci: qui malum & uiuum tulit.
Eliſit hydram dente cum infixo ſtetit
Media palude uictor: effuſo obrutus
Artus ueneno: ſanguis hunc neſſi opprimet
Qui uicit ipſas horridas neſſi manus.
De. Fruſtra tenetur ille qui ſtatuit mori
Proinde lucem fugere decretum eſt mihi:
Vixit ſatis quicunq3 alcidem occidit.
Nu. Per has aniles ecce te ſupplex comas
Atq3 ubera iſta pœne materna obſecro.
Depone tumidas pectoris leſſi minas.
Mortiſq3 dire expelle decretum horridum.
De. Quicunq3 miſero forte diſſuadet mori.
Crudelis ille eſt: interim pœna eſt mori
Nu. Sed ſæpe donum in pluribus ueniæ fuit:
Defende ſaltem dextrã infœlix tuam
Fraudiſq3 facinus eſſe non nuptæ ſciat.
De. Defendat illic: inferi ſoluent ream:
A me ipſa damnor: purgat has pluto manus
Stabo ante ripas immemor lethæ tuas.
Et umbra triſtis coniugem excipiam meum:
Sed tu nigrantis regna qui torques poli
Para laborem: ſcelera quæ quiſq3 auſus eſt.
Hic uicit error: iuno non auſa herculem eſt
Eripere terris: horridam pœnam para.
Siſyphia ceruix ceſſet: & noſtros lapis
Impellat humeros: me uagus fugiat latex
Meamq3 fallax unda decipiat ſitim:
Merui manus præbere turbinibus tuis
Quecunq3 regem theſſalum torques rota.
Effodiat auidus hinc & hic uultur fibras
Vacet una danais has ego explebo uices:
Laxate manes: recipe me comitem tui
Phaſſiaca coniunx: peior hæc: peior tua
Vtraq3 dextra eſt: ſcelere ſeu mater nocens
Seu dira ſoror: adde me comitem tuis
Threicia coniunx ſceleribus: natam tuam
Altea mater recipe: nunc ueram tuam:

ci ſetaſq3 comãtes. ¶ Victor. hercules forte nõ peribit hoc malo: euadet quemadmodum ab aliis periculis. ¶ Cruenti. crudelis uenẽi. ¶ Fractus. ſuperatus. ¶ Cedet. ſuperabitur ab hercule. ¶ Exedit. reſpondet deyanira non eſſe poſſibile q9 euadat: cum iam cõſumptus ſit ueneno lerneo. ¶ Autumas. exiſtimas q9 uenenum ſerpentis mortue illi noceat quam uiuam interemit. ¶ Viuum malum. ydram. ¶ Infixo. quãuis eſſet morſus ab ea: tamẽ illã ſuffocauit. ¶ Obrutus. figurate: habens membra obruta ueneno. ¶ Opprimet. quaſi dicat non. ¶ Manus. ſcilicet neſſi uiuentis. ¶ Fruſtra. non opus é q9 plura mihi perſuadeas: nam ſtatui mori. ¶ Vixit. ſatis fecit uitæ qui habuit de hercule uictoriam unde mihi non curanda mors eſt. ¶ Leſi furore. ¶ Diſſuadet. quia mors liberat miſeros pœnis. ¶ Interim. aliquando ponitur pro iterdũ: ut ibi. ¶ Donum. aliquãdo uita eſt donum: aliquando malum. ¶ In pluribus. ĩ maiori parte: ergo tu uiue & habebis ueniam: expecta maritum & excuſa te. ¶ Sciat. ſ. hercules. ¶ Fraudis. ſ. neſſi qui te decipit. ¶ Nuptæ tui. ¶ Illic. apud inferos. ¶ Ream. ſ. me. ¶ Manus. ſ. meas. ¶ Letæ fluuie ĩfernalis. ¶ Immemor. cuius aqua parit obliuionẽ. ¶ Triſtis. anima mea ꝓpter eadem herculis. ¶ Nigrantis. ĩfernalis. ¶ Para mihi. ¶ Error. meus. ¶ Siſyphea. pone me loco ſiſyphi: aut tantali. ¶ Latex uagus. aqua ſurgens modo deficiens tantalo. ¶ Rota. caſus uocatiui. ¶ Turbinibus. reuolutionibus. ¶ Regẽ theſſalum. ixionem intelligit. ¶ Vultur. pœnam titii intelligit. ¶ Vna danais. hypermeſtra quæ maritum ſeruauit. ¶ Explebo. cõplebo numerum quinquaginta: harum hyſtoriam & pœnas diximus in prima tragœdia. ¶ Laxate. petit ut aperiãt inferos: ut poſſit ĩgredi. ¶ Phaſiaca coniunx. medea colchica. ¶ Peior hæc. ſ. manus mea. ¶ Mater. quia occidiſti filios. ¶ Soror. abſyrtum fratrem occidiſti. ¶ Thraitia coniunx. progne quæ ithim occidiſti. ¶ Altea mater. meleagri quæ filium ipſum occidiſti. ¶ Natam tuam. habentem mores tuos.

¶Quid tantum.dixi uos sceleratas:sed scelus meum é maius: quia occidi herculem salutem mundi. ¶Elysium.campus est ubi piorum animae accipiuntur:si est aliqua in istis scelerata:illa me recipiat & cognoscat scelus suum p meū. ¶Caste.facis. ¶Matrimonii. ¶Bellias.neptis belli patris danai:patronomicum abusiue formatum per additionem. ¶Cōiugum turbam. nam quiquaginta fuerunt minus una quæ maritos suos prima nocte īterfecerūt:ut diximus. ¶Inuicte.uertit sermonem ad herculem absentem ostendens innocentiā suam:licet peregerit dirum facinus: omnemq3 culpam ī nessum reicit. ¶Semiferi.nessi centauri. ¶Pellici.iole: eripui te mihi. ¶Titan.deliberat mori. Velis ī grata. ¶Exigam.dabo. ¶Tibi.ad commodum tuum. ¶Reddam.quando morimur redimus uitam quam accepimus. ¶Extendo.difero.interrogatiue. ¶In tuas.manus:ut uenias tu hercules.:& moriar per manus tuas. ¶Virtus.interrogatiue:ut possis me occidere. ¶Sarmatica.sarmate populi ad pontum euxinum. ¶Valet.potest. ¶Audit arcus.dicitur nō audiſ quādo non trahitur:Hercules si potes mittere telum:ipsa expecto nec timeo mortem. ¶Dare. mittere ut daſ litteras. ¶Ignotum orbem.ubi sunt ātipodes:ut fregisti lycā sine culpa. ¶Sparge lacera. ¶Nefas archadie:ut perdidisti aprū & aues stymphalidas. ¶Restitit. pde me sicut monstra quæ restiterunt tibi:a quibus uictor reuersus es. ¶Parce.hylus filius rogat matrem ne se perdat. ¶Si uera.respondet deyanira si esset uerus & pius filius q occideret eā. ¶Hæc. manum demonstrat ut eum magis īcitet. ¶In luce tribui. generando te si protuli magnum decus tibi: eripui maius occidendo patrem. ¶Disce.cognosce scelus meum esse magnum: quia omnino uolo mori: unde exhortaſ eum ut eam perimat. ¶Mente nostra.quia uolentē occides: nam ut inquit iurisconsultus uolenti nō fit iniuria. ¶Times.quasi dicat tu qui filius es herculis non deberes timere. ¶Ita.adiurat ut debeat parare dextram ad matrem occidendum. ¶Iussa. non sicut hercules qui iussus abeurysteo per orbem perdebat monstra. ¶Mala pagens perdēs monstra: & in iussus:& spontе omnia facies. ¶Referas. representes fortitudiné prīs. ¶Para.ad pcutiendū. ¶Erumnis. unde me liberabis tot miseriis. ¶Feri.pcute.

Agnosce prolem:quid tantum tamē manus
Vestre abstulerunt:elysium mihi:
Quæcunq3 fide coniuges nemoris sacri
Lucos tenetis:si qua respersit manus
Viri cruore:nec memor caste facis
Stricto cruenta bellias ferro stetit.
In me suas cognoscat & laudet manus.
In hanc abire coniugum turbam libet.
Sed & illa fugiet turba tam dira manus:
Inuicte coniunx animus innocens mihi.
Sceleſta manus est:proh nimis mens credula
Proh nesse fallax:namq3 semiferi dolis
Auferre cupiens pellici eripui mihi.
Recede titan:tuq3 quæ blanda tenes
In luce miseros uita:caritura hercule:
Lux uilis ista est:exigam pœna tibi.
Reddamq3 uitam:fata ne extendo mea:
Mortemq3 coniunx in tuas seruem manus:
Virtus ne supereſt aliqua sarmatica & manus
Seu dira soror est adde me comitem tuis
Intendere arcum tela missurum ualet.
Nun arma cessant.teq3 languenti manu
Nun audit arcus:si potest telum dare
Animosa coniunx dexteram expecto tuam:
Mors diferatur:frange ut insontem lycam.
Alias in urbes sparge & ignotum tibi.
Emitte in orbem:perde ut archadie nefas.
Et quicquid aliud restitit:ab illis tamen
Coniunx redisti.
Hy.Parce iam mater præcor
Ignosce fatis:error a culpa uacat.
De.Si uera pietas hylle querenda est tibi
Iam perime matrē:pauida qd tremuit manus
Quid ora flectis:hoc erit pietas scelus
Ignaue dubitas:herculem eripui tibi.
Hæc hæc perimit dextra:cui debes patri
Auum tonantem:maius eripui decus:
Quam in luce tribui:si tibi ignotum est nefas
A matre disce:seu tibi iugulo placet:
Mersisse ferrum:siue maternum libet
Inuadere uterum mater intrepidum tibi
Præbebit animum:non erit totum scelus
A te peractum:dextra sternar tua
Sed mente nostra:natus alcide times:
Ita nulla peragas iussa:nec peragens mala
Erres per orbem:si qua nascetur fera
Referas parētem:dexteram intrepidā para.
Patet ecce plenum pectus erumnis feri.

Scelus

Scelus remitto:dexteræ parcam tuæ.
Eumenides ipse:uerberum crepuit sonus
Quæ nã:ista torquẽs angue uiperio comam
Temporibus atras squalidis pennas quatit:
Quid me flagrante dira persequeris face
Megera:pœnas poscit alcides:dabo.
Iam ne inferorum diua sedere arbitri:
Sed ecce diras carceris uideo fores.
Quis iste saxum immane detritus gerit:
Iam senior humeris:ecce iam uectus lapis
Quærit relabi:membra quis præbet rotæ
Hic ecce pallens dira tesiphone stetit.
Causam poposcit:parce uerberibus præco
Megera parce:sustine stygias faces.
Scelus est amoris:sed quid hoc:tellus labat:
Et aula tectis crepuit:excessit minax
Vnde iste cetus:totus in uultus meos
Decurrit orbis:hinc & hinc populi premunt:
Totusq3 poscit uindicem mundus suum:
Iam parcite urbes.quo fugam preceps agam:
Mors sola portus:dabitur erumnis locus.
Testor nitentis flammeam phœbi rotam:
Superosq3 testor:herculem terris adhuc
Moritura linquo.
Hy.Fugit attonita:hei mihi
Peracta iam pars matris est:statuit mori.
Nunc nostra supereſt mortis auferre impetũ.
O misera pietas si mori pateris tamen
Patri es sceleſtus:si mori matrem uetas
In matre peccas:surgit hinc illinc nefas.
Inhibenda tamen est: pergam & eripiã scelꝰ.

Chorus.

VErum est quod cecinit sacer
Tangens thraitiam chelim.
Orpheus calliope genus.
Aeternum fieri nihil.Illius stetit ad modos
Torrentis rapidi fragor.Obliteq3 seq fugas
Amisit liquor impetum.
Et dum fluminibus mora est:
Defecisse putant geten
Hebrum bistones ultimi.
Aduexit uolucrem nemus:
Et sylua residens uenit.
Aut si qua aera peruolat
Auditis uaga cantibus Ales deficiens cadit.
Abrupit scopulos athos
Centauros obiter ferens:
Et uicta rhodopẽ stetit:

¶Remitto.dono.¶Eumẽides.furie audio uerbera furiarum.¶Que nam.uidetur uidere furiam.&interrogat q̃ nam sit:&cognoscit esse megeram.¶Vipereo.nam loco capillorũ habent serpentes.¶Temporibus.s.capitis.¶Poscit.alcides uenis ad uindictam herculis:libenter dabo pœnas.¶Iam ne.quando uenit furia: putat quodammodo se citatam ad inferos:unde dicit o diua scilicet megera sedent me iudices pro tribunali ad inferos quæ uenis tanquã nuntia ad me.¶Sed ecce.uidetur ire ad inferos &uidere syſiphũ &ixionem.¶Detrictus. habens humeros.detrictos:syſiphum intelligit.¶Rote.intelligit ixionem.¶Sustine.superime.noli me cruciare:nã fatebor scelus meum quod feci ꝓpter amorẽ credendo reuocare herculẽ eo modo ad amorem meũ.¶Sed quid.uidet uidere homines totius mundi qui ueniãt ad ꝓdẽdũ eam quod occiderit defensorem suũ.¶Labat.tremit:taanq̃ furiata loqtur: ut modo sit ad iferos:modo ad superos.¶Cetus turba.¶Vidicẽ.herculẽ liberatorẽ.¶Agã. quo imittã fugã meã:nõ inuenio locũ tutũ nisi mortẽ.¶Rotam flammeã.currũ igneum solis ¶Terris.adhuc uiuẽtem:&hec dicẽs aufugit: &hylus solus remanet dubitãs,quid agat:an ꝓmittat matrẽ perire:quod si fecerit uidet face re contra pietatem patris:si uero ꝓmiserit mori illam eomodo impius erit.unde dubius multum demum deliberat illam inhibere.¶Hinc &illinc.ex utraq3 parte.

VErum est.Versus est glyconicus coriãbicus Chorus audiuerat herculem morientem.unde intelligens nihil eternũ in hoc mũdo esse imbecillitatẽ uitæ nostre arguit:hæc snĩa fuit Orphei:qui ꝓp uxorẽ euridicẽ descendit ad inferos: hæc ab aristeo filio apollinis amata:quẽ cũ semel ipsa fugeret a serpẽte in calcaneo lesa occubuit:pro qua recuperanda usq3 ad inferos descẽdit Orpheus:ut late &pulcherrime describit Virgi.geor.iiii.hic modulatu cithare &dulcedine non solũ hoies sed lapides &siluas innumerũ se motare cogebat.dicẽte Oui. in.iii.de arte: Saxa ferasq3 lyra mouit rhodopeius orpheus Tartareosq3 lacus trigeminũq3 canem.¶Sacer.qa uates uel filius caliopes &Apollinis:uel Oeagrii fluuii.¶Chelim.cytharã thraitiã: nam ipse trax gente fuit. ¶Aeternũ.hoc est qd̃ cantabat.¶Fugas.cursum suã.¶Liquor.aq̃.¶Mora.tardatio ad audiẽdũ.¶Bistones.ultimi thraces teste Solino. Bistones sunt in ultima ꝑte thracie.¶Ebrũ geten.fluuiũ qui ad eos nõ currebat ꝓp sonũ orphei.¶Defecisse.ſicatũ fuisse.¶Nemus.uenit &aduexit secũ aues ad audiẽdũ cantũ orphei. ¶Si qua.aliq̃ auis uaga.i.discurrens per aerem ¶Athos.mons inter macedoniã &thraciam. ¶Abrupit.scidit ut sequeret Orpheũ.¶Ferẽs cẽtauros.qa ibi sedes fuit cẽtauroꝝ.¶Obiter. aduerbiũ:sine intermissiõe.sũptũ ab eo q eũdo nõ ĩtermittit aliqd qn faciat.q dẽt.¶Rodope.

mons thracie. ¶ Laxata. liquefacta aliter legit rodopē: & melius athos firmauit rhodopē: nā mōtes uicini sunt. ¶ Dryas. nympha a quercu denominata: nā siluas habitare dicebatur: dryos quercus dicitur. ¶ Marmaricus. libicus mar maride populi sunt libie. ¶ Dame. capree silue stres natura timidissime. ¶ Latebras. cauernas exit serpēs ad audiendum: nec ulli nocens. ¶ Tenareas. nā promontorium in laconia esse dicunt tenarum ubi est descensus ad inferos. ¶ Adit. iuit Orpheus. ¶ Iuratos. nam per styga iurant dei. ¶ Hesit. firmauit se rota ixionis nec uultures corrodebant iecur titii: dum audirēt cantus Orphei. ¶ Nauita equoris inferni. carō uenit ad ipsum sine remis. ¶ Phrygius senex. tā talus qui regnauit in phrygia. ¶ Excussit. deposuit audiendo cantus. ¶ Lapis. scilicet sysiphi potuit sequi uatem orpheum & relinquere sisyphum. ¶ Dee. scilicet parce supplēt colos: ideſt restituūt stamina eurydices quæ iterum restituit ad superos marito. ¶ Respicit. retro aspicit. ¶ Immemor. scilicet legis date sibi quam uidimus apud Ouidium. ¶ Sibi redditam. ideſt restitutam ad uitā. ¶ Sequi. quod sequeretur. ¶ Præmia. uxorem datam propter cantum. ¶ Periit. reuersa est ad inferos. ¶ Digerens. ordinans. ¶ Nulli non. ideſt omni: quando negatio est post posita. ¶ Nectere. finit uitam ideſt omnia esse mortalia. ¶ Deuictus. testis est sine orphei quicqd habet ortum hēt finem. ¶ Obrutis. confusis. ¶ Dies. s. extrema ueniet mundo: quæ sententia platonis est. ¶ Australis. ar-

Laxata niue cautibus. Et quercū fugiēs suam:
Ad uatem properat drias.
Ad cantus ueniunt suos.
Ipse cum latebris fere.
Iuxtaq3 pauidum pecus
Sedit marmaricus leo:
Nec damme trepidant lupos
Et serpens latebras fugit
Tunc oblita ueneni. Q uin p tenareas fores:
Manes commonitos adit.
Merentem feriens chelym:
Cantu tartara flebili:
Et tristes herebi deos.
Mouit: nec timuit stygis
Iuratos superis lacus.
Hesit non stabilis rota
Victo languida turbine. Increuit tytii iecur.
Dum cantus uolucres tenet.
Audito quoq3 nauita.
Inferni ratis equoris.
Nullo remigio uenit.
Tunc primum phrygius senex.
Vndis stantibus immemor:
Excussit rapidam sitim.
Nec pomis adhibet manus.
Sed cum linqueret inferos
Orpheus carmina fundens:
Et uinci lapis improbus
Et uatem potuit sequi.
Consumptos iterum deæ
Supplent eurydices colos.
Sed dum respicit immemor
Nec credens sibi redditam.
Orpheus eurydicē seq. Cātus præmia pdidit.
Q uæ nata est iterum perit.
Tunc solamina cantibus
Q uerens flebilibus modis.
Hæc orpheus cecinit gethicis.
Leges in superos datas:
Et qui tempora digerens
Q uattuor: precipitis deus
Anni dispositi uices. Nulli non auidas polo
Parcas stamina nectere
Q uod natum est poterit mori.
Vati credere traitio Deuictus iubet hercules.
Iam iam legibus obrutis
Mundo cum ueniet dies.
Australis polus corruet:

Quicquid

Q ūicquid per libiam iacet
Et ſparſus garamas tenet.
Artous polus obruet.
Q uicquid ſubiacet axibus:
Et ſiccus boreas ferit.
Auulſum trepidus polo.
Titan excutiet diem:
Cœli regia concidet
Certos atq3 obitus trahet:
Atq3 omnes pariter deos
Perdet mors aliqua & chaos.
Et mors fata nouiſſima:
In ſe conſtituet ſibi.
Q uis mundum capiet locus:
Diſcedet uia tartari
Stratis ut pateat polis.
An quod diuidit æthera
A terris ſpatium ſat eſt:
Et mundi nimium malis.
Q uis tantum capiet nefas:
Fati:quis ſuperis locus:
Pontum:ſidera:tartara:
Regna unus capiet tria.
Sed quis non modicus fragor
Aures attonitas mouet:
Eſt eſt herculeus ſonus.
Actus.iiii.Hercules Chorus.Her.loquitur.

CConuerte titan clare anhelantes equos
Emitte noctem:pereat hic mundo dies
quo moriar:atra nube ihorreſcat pol⁹
Obſtat nouerce:nunc pater tecum chaos
Reddi decebat:hinc & hinc compagibus
Ruptis uterq3 debuit frangi polus:
Q uid parcis aſtris:herculem amittis pater.
Nunc parte in omni iuppiter ſpecta poli.
Ne quis gygas theſſalica iaculetur iuga.
Et fiat otris pondus encheladi leue
Laxauit atri carceris iam fores
Pluto ſuperbus:uincula excutiet patri
Cœlumq3 reddet:ille qui pro fulmine
Tuiſq3 facibus in terris natus eram.
Ad ſtyga reuertor:ſurget encheladus ferox
Mittetq3 quo nūc premitur in ſuperos onus.
Regnum omne genitor ætheris dubium tibi
Mors noſtra faciet:anteq̄ ſpolium tui
Cœlum omne fiat:conde me tota pater
Mundi ruina:frange quem perdis polum.
Cho.Non uana times nate tonantis:

ctous.ſeptentrionalis. ¶ Auulſum.raptum: & ſic omnia confundentur. ¶ Siccus. quia inducit ſerenitatē. ¶ Mors aliqua.quaſi dicat mors conueniens illis: quia non ſunt ut homines. ¶ Mors. & mors dea mortis dabit ſibiipſi finem. ¶ In ſe.cōtra ſe. ¶ Quis locus. ſi uerum eſt quod cadet mundus ubi erit:an in aere: uel ibit ad inferos. ¶ Diſcedet. aperietur terra. ¶ Sat.ſufficiet illud ſpacium aeris. ¶ Nefas.tantam ruinam. ¶ Vnus.ſcilicet locus erit qui capiet tria regna.ſcilicet pontum: cœlum & tartara. ¶ Sed quis.dat locū ſequenti ſcene:ueniebat hercules grauatus nō modicus.i. magnus.

CConuerte.Hic ē quartus actus ubi Hercules dolet de hoc tā diro genere mortis uertitq3 ſermonem ſuum ad ſolem & louem patrem ſuum qui mundum deberet perdere eo moriente. ¶ Conuerte.ut fiat eclypſis. ¶ Anhelantes.ſpirantes propter laborē. ¶ Chaos.debebas confundere totum mundū iuppiter. ¶ Parcis aſtris.quid uis habere aſtra: tu perdis filium tuum qui debebat eſſe carior aſtris. ¶ Nunc parte. nunc eſt tibi cuſtodiendum cœlum ne mortuo hercule contra te ſurgant gigantes. ¶ Otris.mons theſſalie. ¶ Pondus leue.ut iaciat illum mōtem contra te ſicut lapidem. ¶ Laxauit.aperuit ſcilicet moriente hercule ut emittat ſaturnum patrē contra te. ¶ Patri.ſaturno. ¶ Pro fulmine.loco fulminis: nam ubi eram nō opus erat ut fulminares mō ſtra. ¶ Reuertor.morior ut uadā ad ſtyga ubi alias fui. ¶ Encheladus.gigas qui dicitur ſepultus ſub æthna:audita morte herculis ſurget & montem quo premitur iaciet in cœlum. ¶ Dubium.quia in ſurgent hoſtes:id eo prius facias mundum cadere q̄ueniat tāta perturbatio:& uideberis id facere ī dolorē filii herculis. ¶ Spoliū.q̄ eripiet tibi ab hoſtibus. ¶ Nō una.uerſus anapeſticus:ibi chorus cōfirmat dicta herculis.

¶Inferet.taget astra cum silua sua.¶Feret.portabit contra iouem scopulos & mõtes. ¶Tyrrhenam inarinem.dicitur a nostris poetis inarime insula quæ est sita in tusco mari sinuq; cãpano.i quo mons erat istar æthne incédia eructãs:Quãobrem dixerunt typhœũ gygantem iouis imperio sub illo comprimi Virgilius lib. æneidos nono: cũ sonitu proclyta alta tremit: durumq; cubile inarime iouis imperiis imposta typheo. Et lucanus similiter libro quinto. ¶Encheladus.gigas filius terræ & titani feret æthnam ardẽtem contra iouẽ.¶Iam te.o hercules si morieris ista surgẽt.¶Ego.rursus Hercules dolet de genere mortis:ego qui uici mõstra & iferos:nũc pereo manu unius fœmine. ¶Stadia.campos.¶Cum spolio.scilicet cerbero.¶Excidit.quando uidit sol tam horribilem cerberum.¶Tria regna.mare:infernus:& cœlum.¶Nec ullus.non morior gladio nec saxo. ¶Latus.una rupes:si quis debuisset me occidere opus fuisset iacere montem otrim:uel rupẽ cõtra me. ¶Non gigas.s.iecit in me pindum: sed morior sine hoste:quod mihi dolendum ẽ. ¶Sũmus.extremus.¶Nullũ malũ.nullũ monstrũ.¶Deberẽ saltẽ mori perdendo monstra. ¶Impẽdo uirã.morior nihil faciẽdo.¶Testes. qui uidistis facinora mea.¶Morté perire.uultis ut moriar nihil faciẽdo:ut & in morte mea nihil preclarũ agatur.¶Ferẽ.diceẽ perdidisse herculẽ.¶Quibus.s.ferẽ.¶Auctor.s.necis:q; si dicat occidor & nõ occidi. ¶Inuicta.quæ nõ possunt mutari:si erat moriẽdum manu fœminæ:saltẽ mortuus essem manu amazonũ:aut Iunonis.¶Terq;.si mea mors cucurrit ter tam turpia fata in mulieres.s.iunonẽ & amazones: & deyanirã.¶Cadere.mori.¶Iunonis.nã laudabilius fuisset q; odio iunonis perissem quæ regina cœli dicit.¶Nimis.s.uisum ẽ ut caderẽ manu iunonis.¶Fœmine cuius.quasi dicat uilissime deianire Iuno tu habes partem dedecoris quod non potuisti me occidere:quem deyanira nũc perdidit.¶Quid.tu letaris quod morior:sed deberes tristari.¶Tale.nunq; potuisti mittere tale mõstrũ q; occideret me.¶Irate tibi.s.cõtra me.¶Mortalis.una deyãira plus potuit q; tu & ego.¶Imparẽ.nõ ita fortẽ &potentẽ ut pdere posses herculẽ.¶Duobus.s.deyanira & ame.¶Pudeat.quia nõ potuerũt me occidere.¶Vtinam.saltem perissem ab aliquo mõstrorum quæ superaui.¶Nemea pestis.nemeus leo.¶Vallatus.circundatus.¶Tabe.sanguine meo infecto.¶Inter umbras. utinam retentus fuissem apud inferos.¶Spolia ultima.

Iam thessalia pelion ossa
Præmet & pindo congestus athos
Nemus æthereis inseret astris
Vincet scopulos inde typheus.
Et tyrrhenam feret inarinem
Feret æthneos inde caminos:
Scindetq3 latus montis aperti
Nundum encheladus fulmine uictus
Iam te cœli signa sequentur.
Her.Ego qui relicta morte: cõtempta styge:
Per media lethes stadia cum spolio redii.
Cum pene trepidis exidit titam equis
Ego quem deorum regna senserunt tria
Maior nec:ullus per meum stridit latus
Transmissus ensis:aut mee telum necis
Saxam est:nec instar montis abrupti latus:
Aut totus othris:non truci uultu gygas
Pindo cadauer obruit toto meum
Sine hoste uícor:quodq3 me torquet magis.
O misera uirtus summus alcide dies
Nullum malum prosternit: impendo male
In nulla uitam facta:proh mundi arbiter
Superiq3 quondam dexteræ testes meæ:
Proh cuncta tellus herculis nostri placet
Mortem perire:dirus o nobis pudor.
O turpe factum:fœmina herculeæ necis
Auctor feretur:auctor alcide quibus:
Inuicta si me cadere fœminea manu
Voluere fata:terq3 tam turpes colos
Mea mors cucurrit:cadere potuisse mihi
Iunonis odio:fœminæ caderem minis
Sed cœlum habentis:sed nimis superis fuit:
Scitico sub axe genita domuisset meas
Vires amazon:fœmine cuius manu
Iunonis hostis uincor:hinc grauior tui
Nouerca pudor est:quid diẽ hunc lætũ uocas
Quid tale tellus genuit iratæ tibi:
Mortãlis odia fœmina excessit tua.
Adhuc ferebas esse te alcide imparem:
Victa es duobus:pudeat irarum deos.
Vtinam meo cruore satiasset suos
Nemea rictus pestis:aut centum anguibus
Vallatus hydram tabe pauissem mea.
Vtinam fuissem præda centauris datus.
Aut inter umbras uictus æterno miser
Saxo sederem:spolia contraxi ultima
Fato stupente:nunc ab inferna styge
Lucem recepi:ditis euici moras.

Vbiq;

Vbiq3 mè mors fugit:ut læto inclyto
Fortis carerem:o feræ uictæ:o feræ.
Non me triformis sole conspecto canis:
Ad styga reduxit:non sub hesperio polo
Hibera uincit turba pastoris feri:
Non gemina serpens.pdidì mortẽ:hei mihi
Totiẽs honestam titulus extremus quis est:
Cho.Viden ut laudis conscia uirtus
Non letheos horreat omnes
Pudet auctoris:non morte dolet
Cupit extremum finire diem
Vasta pressus mole gigantum:
Et monstriferum titana pati.
Rabideq3 necem debere fere
Si tua causa est miseranda necis.
Quod nulla fera est:nulluśq3 gigas.
Iam quis dignus necis hercule
Supereśt auctor:nisi dextra tui:
Her.Heu quis intus scorpius:quis feruida
Plaga reuersus cancer infixus meas
Vrit medullas:sanguis quondam capax
Tumidi iecur pulmonis arentes fibras
Discendit:ardet felle siccato iecur.
Totumq3 lentus sanguinem auexit uapor
Primam cutẽ cõsumpsit abstulit costis iecur:
Exedit artus:penitus & totas malum
Hausit medullas:ossibus uacuis sedet.
Nec ossa durant ipsa:nec compagibus
Discussa ruptis mole colapsa fluunt.
Defecit ingens corpus:& pesti satis
Herculea non sunt mẽbra,ph quantũ ẽ malũ
Quod esse uastum fateor: o dirum nefas:
En cernite urbes:cernite ex illo hercule
Quid iam supersit:herculem agnoscas pater
His ne ego lacertis spolia nemei mali
Elisa pressi:tensus hac arcus manu
Astris ab ipsis detulit stymphalidas
His ego citatam gressibus uici feram
Radiante clarum fronte gestantem caput
His fracta calpe manibus elisit fretum
His tot fere tot scelera tot reges iacent
His mundꝰ humeris sedit hæc moles mei est:
Hæc ne illa ceruix:has ego opposui manus
Cœlo ruenti:cuius o custos manu
Trahetur ultra stygius:o uires prius
In me sepulte:quid patrem appello iouem
Quid per tonantem uendico cœlum mihi
Quecunq3 pestis uiscere in nostro lates

cerberum de ultimo regno. ¶ Læto.inclyto. morte gloriosa. ¶ Triformis.cerberus habẽs tria capita qui uiso sole uoluit retrahere herculem ad inferos. ¶ Pastoris feri. gerionis. ¶ Gemina serpens. uel intelligit serpẽtes missos a iunone quando in cunis erat: uel idram quæ geminabat capita. ¶ Viden.iducitur chorus qui dicit herculem dolere nõ de morte:sed de genere mortis. ¶ Auctoris.ſ.mortis sue. ¶ Cupit.uoluisset mori contra aliquem gigantem:aut contra rabidam feram. ¶ Si tua.si doles de genere mortis:non de morte:quis esset dignus occidisse te non est aliquis qui potuisset te superare:cum omnia uiceris:opus fuisset ut teipsum pdidisses. ¶ Nisi dextera.nisi occidas teipsum. ¶ Heu quis.ostẽdit cruciatum suum. ¶ Feruida.quia cũ sol est in cancro magni sunt ardores:nã est ad toridam zonam. ¶ Sanguis. iam absumpta sunt uiscera mea. ¶ Capax.q̃ solebat habere sanguinem nũc totũ aret. ¶ Auexit.consumpsit. ¶ Vapor.calor ueneni tardus qui paulatim consumit. ¶ Primam primo consumpsit pellem:postea interius membra. ¶ Fluunt.cadunt & separantur. ¶ Compagibus.iuncturis. ¶ Colapsa.mole cadente magnitudine corporis. ¶ Herculea.habet emphasim: qua solebant esse ita uasta. ¶ Proh.quando sum soli/tus tolerare ingentia mala si fateor magnum istud credendum est mihi. ¶ Vrbes.uocat urbes ut ueniant uisum hoc mõstrum quod herculeś ita uictus sit. ¶ Agnoscas.indignabunde uertit sermonem ad iouem. ¶ His.ostẽdit brachia iam consumpta quibus tot monstra sustulit in terris. ¶ Gressibus.pedibus:& ostẽdit eos ¶ Feram.ceruam:de qua diximus quæ habebat cornua aurea. ¶ Calpe.mons in extrema hispania de quo diximus:ibi dictus est Herculeś posuisse metas & columnas laborum suoꝝ. ¶ His humeris.ostendit eos peste populatos. ¶ Moles.magnitudo corporis mei quæ iã tota consumpta est. ¶ Cœlo.ruenti.quando fuit contra gigantes. ¶ Cuius. quasi dicat nullius: quẽadmodũ tractus est meis. ¶ Per tonãtem. dicẽdo me filiũ iouis. ¶ Quecũq3.sentiens intestinũ cruciatũ:ad doloré suum uertit sermonẽ.

¶Procede.exiforas. ¶ Quis te.ubi natum est tantum malum an in mari euxino seu pontico aut in mari oceano. ¶ Pigra. quia ibi congelat mare. ¶ Serpens.est ne serpēs ī uisceribus meis genitus ex idra aut ex spuma cerebri infernalis: qui uenena dicitur reliquisse in terris. ¶ Omne.credo omnia mala eē in me:inde credo nullum:quia non uideo. ¶ Vultus. facies: dimitte saltem te uideam. ¶ Concede.permitte. ¶ Timeres.s.me in apto. ¶ Ecce.incepi dirumpere pellem ut possim te uidere:& ita dicē do dilaniabat sibi corpus:uestem detrahendo. ¶ Latebra.quia abscondis te ne possim uidere ¶ Simile herculi. inuictum: quemadmodum hercules non potuit uinci nec tu malum. ¶ Vnde miratur dolorem & q; emittat lachrimas. ¶ Pudet.é parēthesis. ¶ Vidit.quasi dicat nulla. ¶ Siccus sine lachrymis. ¶ Tibi uni.s.malo:uirtus mea quæ superauit omnia monstra superatur a te. ¶ Abstulisti.per uim extraxisti lachrimas. ¶ Durior.qui nō poterat flecti ad lachrimas. ¶ Vaga symplegade.instabilibus cyaneis scopulis:de quibus diximus. ¶ Infregit. scilicet malum. ¶ Magis. quod uiderit me iuno flentē magis doleo. ¶ Vnde fulmen.quasi dicat saltē iuppiter mitteres fulmen in me:ut cito periré. ¶ Quid non.quasi dicat omnia:postquá superauit herculem. ¶ Hemo.monte thracie. ¶ Lētior.flexibilior. ¶ Axe parasio. arctico:ubi é ursa quæ olim fuit calisto uirgo de parasia parte archadie:nam hercules uertendo se quādo poterat resistebat dolori arcticū axem flexuosum & torruosum esse inter sinus serpētis descripsimus in prima tragedia. ¶ Cessit. dedit uicta. ¶ Flectit.s.hercules resistendo dolori: fortitudo uincit dolorem multotiens & facit cōparationem: ut in sythia niues aliquando incipiunt dissolui:sed nō penitus resistēte frigore. ¶ Virtus.fortitudo. ¶ Resoluit.sistit dolorem & lætū. ¶ Laxare.liquefacere. ¶ Nefas glaciale. malum frigoris. ¶ Iubar.radios solis.

Conuerte. Prosequitur lamētationem suā hercules rogādo Iouem:ut ipsum fulmiet:liberetq; tāto cruciatu illum q nunquam solitus est similes preces fundere. ¶ Implicaret.iuolueret. ¶ Possessus.circūdatus tenebris fui cum fato .i. morte:nec te iuocaui.

Procede:quid me uulnere occulto petis
Quis te sub axe frigido.pontus scythes
Quæ pigra thetis genuit:aut maurū premēs
Ibera calpe littus:o dirum malum.
Vtrum ne serpens:squalidum crista caput
Vibrans an aliquod mihi ignotum est malū
Nunquid cruore es genita lerneæ fere
An te reliquit stygius in terris canis
Omne est malum nullūq3 quis uult? tibi est.
Concede saltem scire quo peream malo:
Quæcunq3 pestis sæua:quecunq3 es effera.
Palam timeres:quis tibi in medias locum
Fecit medullas:ecce direpta cute
Viscera manus detexit:ulterior tamen
Inuenta latebra est:o malum simile herculi:
Vnde iste fletus unde ī has lachryme genas
Inuictus olim uultus est:nunq̄ malis
Lachrymas suis præbere consuetus:pudet:
Iam flere didicit:quis dies fletum herculis
Quæ terra uidit:siccus erumnas tuli:
Tibi uirtus illa:quæ tot elisit mala:
Tibi cessit uni:prima & ante omnes mihi
Fletum abstulisti:durior saxo horrido
Et calybe uultus:& uaga symplegade:
Ritus meos infregit:& lachrymam extulit:
Flentem:gementem:summe protector poli
Me terra uidit:quodq3 me torquet magis
Nouerca uidit:urit ecce iterum fibras.
Incaluit ardor:unde nunc fulmen mihi:
Cho.Quid non possit superare dolor:
Quondam getico durior hemo:
Nec parasio lentior axe:
Sæuo cessit membra dolori:
Fessumq3 mouens per colla caput:
Latus alterno pondere flectit
Et lætum uirtus sæpe resoluit.
Sic arctoas laxare niues:
Quamuis trepido sidere titan
Non tamen audet:uicitq3 nefas
Solis adusti glatiale iubar.
Hercules: Alcmena. Her.loquitur.

Conuerte uultus ad meas clades pater.
Nunq̄ ad tuas confugit alcides man?.
Non cū p artus hydra fœcundū meos
Caput implicaret:inter infernos lacus
Possessus atra nocte cum fato steti.
Nec inuocaui:tot feras uici horridas:
Reges tyrannos:non tamen uultus meos

In astra

In astra torsi: semper hæc nobis manus
Votum spopondit: nullaq3 propter me sacro:
Micuere cœlo fulmina: hic aliquid dies
Optare iussit: primus audiret præces
Idemq3 summus: unicum fulmen peto
Gyganta crede: non minus uerum mihi:
Asserere potui: dum patrem uerum puto
Cœlo peperci: siue crudelis pater
Siue es misericors: commoda nato manum
Propera ante mortē: & occupa hāc laudē tibi.
Vel si te piget: manusq3 deuitat nefas
Emitte siculo uertice ardentes pater
Titanas in me: qui manu pindum ferant.
Aut te ossa: qui me monte ,pecto opprimāt.
Abrumpe & herebi claustra: me stricto petat
Bellona ferro: mitte gradiuum trucem
Armetur in me dirus: & frater quidem
Sed ex nouerca: tu quoq3 alcide soror
Tantū ex parente: cuspidem in fratrem tuum
Iaculare pallas: supplices tendo manus
Ad te nouerca: sparge saltem præcor
Telum perire fœmine possum manu.
Iam fracta iam satiata: quid pascis minas
Quid queris ultra: supplicem alcidem uides:
Et nulla tellus: nulla me uidit fera.
Te deprecantem: nunc mihi irata quidem
Opus est nouerca: nunc tuus cessat dolor:
Nunc odia ponis: parcis ubi uotum est mori.
O terræ & urbes non facem quisq̄ herculi
Non arma tradet: tela subtrahitis mihi:
Ita nulla sæuas terras concipiat feras
Post me sepultum: nec meas unq̄ manus
Imploret orbis: si qua nascetur fera:
Nascatur alius: undiq3 infœlix caput
Mactate saxis: uincite erumnas meas
Ingrate cessas orbis: excidimus tibi:
Adhuc malis feriq3 suppositus fores
Ni me tulisses: uindicem uestrum malis
Excipite populi: tempus hoc uobis datur
Pensate merita: mors erit præcium omnium.
Al. Quas misera terras mater alcide petam:
Vbi natus ubi nam est: certa si uisus notat
Recliuis ecce corde anhelanti æstuat:
Gemit peractū est: membra cōplecti ultima
O nate liceat: spiritus fugiens meo
Legatur ore: brachia in amplexus cape.
Vbi mēbra sunt: ubi illa quæ mundum tulit
Stelligera ceruix: quis tibi exiguam tui

¶ Torsi. eleuaui te uocando. ¶ Manus. scilicet mea semper dabat spem uictoriæ. ¶ Propter me. nūquā rogaui ut hostes meos fulminares: unde hoc die licet aliquid optare. ¶ Summus. extremus quia nihil aliud unquam petā. ¶ Peto. ut fulmines me. ¶ Asserere. uindicare mihi: poteram me facere unum uerum gigātem: sed nolui turbare te cum crederem uerum patrem meum esse. ¶ Commoda. mittendo fulmen. ¶ Ante mortem. antequā moriar: ut saltē dicar cecidisse fulmine iouis. ¶ Nefas. ut dicaris occidisse herculem emitte contra me gigantes. ¶ Siculo uertice etna sub quo sepultus est encheladus. ¶ Bellona. dea belli soror martis. ¶ Gradiuum. martem deum belli. ¶ Frater. posset dicere frater est tuus non occideret te respondet uerum est: sed filius iunōis quæ me habet odio. ¶ Soror. pallas quæ ex capite iouis nata es sine matre Nouercā iuno rogo te ut occidas me. ¶ Fracta debilitata quid nutris minas iam uides herculem supplicantem. ¶ Odia. ponis: uideris mihi donare iram tuam quando cupio mori. ¶ Tradet. interrogatiue adiurat totum mundum: ut iaceant tela in eum. ¶ Nascatur alius. s. hercules qui liberet uos quēadmodum ipe feci. ¶ Infœlix caput. i. me infœlicem. ¶ Vincite. s. me interficiendo. ¶ Cessas. cur me non occidis. ¶ Excidimus. non habes memoriam beneficiorum meorū. ¶ Tulisses. generasses. ¶ Malis. eximite me de hoc malo. ¶ Pensate. retribuite mihi hanc gratiam. ¶ Præcium. meritum quod dabitis mihi. ¶ Quas. uenit alcmena dicens ubi inueniam filium herculem: & uidet eum languentem. ¶ Certa. res certas: si uisus meus nō decepit me uideo eum afflictum. ¶ Notat uidet. ¶ Recliuis. iclinatus. ¶ Peractum. iam uenit ad finem uite. ¶ Legatur. colligatur: ut expires animam in ore meo. ¶ Ceruix collū quo tulisti cœlū. ¶ Exiguā. qa iā cōsuptū: erat corpus eius: & dilaceratū uenēo.

¶ Vmbræ apparentie non ſum hercules amplius: ſed herculis ũbra. ¶ Mei. ſ. herculis. ¶ Flectis. illa uertebat oculos tanq̃ non poſſet cernere eum. ¶ Erubeſcis. uerecundaris her. dici partum. i. filium tuum. ¶ Nupte. deyanire. ¶ Qui cunq; ſ. dolus. ¶ Vnde. quo modo. ¶ Palla. ueſtis. ¶ Aditum. acceſſum. ¶ Conſumpta uenenum conſumpſit ueſtem & me. ¶ Hydrã. totũ uenenũ idræ. ¶ Sicanias. ſiculas ubi eſt ætna perpetuo ardens. ¶ Lenos. inſula in egeo ubi dicitur eſſe officina uulcani: in his locis non eſt tantus ardor quantus in corpore meo: nec in rorida zona. ¶ Inferni poli. meridionalis & auſtralis ubi ſemper longus eſt dies: quaſi uelit dicere q; eſt ita magnus calor illic q; dies non audeat currere propter calorem. ¶ Freta. maria non credo omnes aquas ſatis eſſe ad refrigerãdum me. ¶ Franget. diminuet. ¶ Malis. in tanto eſtu meo omnes aque deficerẽt. ¶ Quid auctor. uertit ſermonem ad plutonem quãdo uenit ad inferos cur me non retinuiſti: ſed nũc accipe me talem ſcilicet afflictum & oſtende me inferis ſubactis. ideſt uictis olim a me. ¶ Inde. ab inferis: ut duxi Cerberum prius. ¶ Compeſce. alcmena conſolatur filium. ¶ Refer. demõſtra te eſſe ſortem Herculem: ut ſemper fuiſti. ¶ Caucaſus. mõs ſythie: Si eſſem ligatus ĩ Caucaſo: ut Prometheus non dolerem: ſed crutior & non uideo hoſtem. ¶ Dapem. cibum: nam uultur corrodit eius iecur. ¶ Gemitus. non dolerem: etiam ſi eſſem inter cyaneos ſcopulos oppreſſus. ¶ Redeuntis. ſcilicet ſymplegadis: nam dicuntur illi ſcopuli cõcurrere. ¶ Pindus. mons theſſalie. ¶ Athos. mõs inter macedoniam: & thraciam. ¶ Excipiens. quia altus. feriunt altos fulmina colles. ¶ Mũdus ruat. o mater ſi totum cœlum caderet ſupra me non clamabo. ¶ Degener. non conueniens Herculi. ¶ Mille fere. ueniant contra me omnia monſtra quæ ſuperaui intrepidus nunq̃ clamabo.

Patrem relinquit:
Her. Herculem ſpectas quidem:
Mater: ſed umbre ſimile neſcio quid mei
Agnoſce mater: ora quid flectis retro
Vultumq; merens: herculem dici tuum
Partũ erubeſcis. Al. Q uis ferã mũdus nouã
Q uæ terra genuit: quod ue tam dirum nefas
De te triumphat: uictor herculeus quis eſt:
Her. Nuptæ iacentem cernis alcidem dolis.
Al. Q uis tãtus eſt qui uincat alcidem dolus:
Her. Q uicunq; mater fœmine iratæ ſat eſt.
Al. At unde in artus peſtis aut oſſa incidit:
Her. Aditum uenenis palla fœmineis dedit:
Al. Vbi nã ipſa palla ẽ: mẽbra nudata intuor.
Her. Conſumpta mecum eſt.
Al. Tanta ne inuenta eſt lues
Her. Errare mediis crede uiſceribus meis
O mater hydram: & mille cum lerna feras
Q uæ tanta nubes flamma ſicanias bibit:
Q uem lenos ardens: quæ plaga inferni poli:
Vetans flagranti curere in zona diem:
In ipſa me iactate: proh comites: freta
Medioſq; in amnes: quis ſat eſt hyſter mihi
Non ipſe terris maior oceanus meos
Franget uapores: omnis in noſtris malis
Deficiet humor: omnis areſcet latex.
Q uid rector herebi me remittebas ioui.
Decuit tenere: redde me tenebris tuis
Talem ſubactis herculem oſtende inferis.
Nil ĩde ducam: quid times iterum herculem:
Inuade mors non trepida: iam poſſum mori
Al. Cõpeſce lachrymas ſaltẽ & erũnas doma
Maliſq; tantis herculem indomitum refer.
Mortemq; uince: quod ſoles uince inferos:
her. Si me cathenis horridus uictum ſuis
Præberet auide caucaſus uolucri dapem
Scythia gementem flebilis gemitus mihi
Non extitiſſet: ſi uage ſymplegades
Vtrimq; premerent rupes: redeuntis minas
Ferrem ruine: pindus incubat mihi
Atq; hemus: & qui thracios fluctus athos
Frangit tonantis fulmen excipiens iouis.
Non ſi ipſe in me mater hĩc mundus ruat.
Superq; noſtros flagret incenſus rogos
Phœbeus axis: degener mentem herculis:
Clamor domaret. mille decurrant fere
Pariterq; lacerent: hinc feris clangoribus
Aetherea me ſtymphalis. hĩc thaurꝰ minax

Ceruice

Ceruice tota pulſet:& quicquid furit.
Solum quoq3 ingens ſurgat hinc illic fremẽs
Artuſq3 noſtros durus imminuat dolor:
Sparſus ſilebo:non fere excutient mihi
Non arma gemitus:nil quod impelli poteſt:
Al.non uirus artus nate fœmineum coquit:
Sed durus ſerpens ophys:& longus tibi
Fouet cruentis forſitan membris dolor.
Her.Vbi mors ubi illa teſtis eſt aliquis mali.
Intendat arcus:nuda ſufficiet manus
In orbe ueniat:huc aliquis mihi
Procedat agedum.
Al.Eſt mihi ſenſus quoq3
Excuſſus ille:nimis impulſus dolor.
Remouete queſo tela:& infeſtas præcor
Rapite hinc ſagitas:igne ſuffoſo genæ
Scelus minantur:qua fuga latebras petam:
Obire forti meminit alcmene manu
Vel ſcelere pereat antequam letum mihi:
Ignauus aliquis mandet:ac turpis manus
De me triumphet:ecce laſſatus malis
Sopore feſſas alligat uenas dolor:
Grauiq3 anhelo pectuſq3 impulſu quatit
Fauete ſuperi:ſi mihi natum inclytum
Miſere negatis: uindicem ſaltem præcor:
Seruate terris:abeat excuſſus dolor:
Corpuſq3 uires reparet herculeum ſuas.

¶ Hyllus Alcmena Hercules.

Hyl.loquitur.

O Roh lux acerba,ph capax ſcelerũ do/
p Nur⁹ tonãtis occidit:nat⁹ iacet: (lor
Nepos ſupſũ:ſcelere materno hic pit
Fraude illa capta eſt:qs per annorum uices
Totoq3 in æuo poterit erumnas ſenex
Referre tantas:unus eripuit dies:
Parentem utrumq3:cætera:ut ſileam mala:
Parcamq3 fatis:herculem amitto patrem.
Al.compeſce uoces inclytum alcide genus
Miſereq3 nato ſimilis alcmene nepos:
Longus dolorem forſitan uincet ſopor
Sed ecce laſſam deſerit mentem quies
Redditq3 morbo corpus & luctus mihi.
Her.Quid hoc.rigenti cernitur trachin iugo
Aut mater aſtra poſitus euaſi genus.
Mortale tandem:quis mihi cœlum parat.
Te te pater iam uideo:placatam quoq3.
Specto nouercam:quis ſonus noſtras ferit.
Cæleſtis aures:iuno me generum uocat.

¶ Excutient.non facient me gemere. ¶ Impelli.ſuperari.ſcilicet excutiet gemitus. ¶ Non uirus.non eſt uenenum:uult alcmena conſolari eum. ¶ Sed durus.eſt difficilis labor quem habuiſti. ¶ Serpens. procedẽs. ¶ Fouet. illi labores nunc faciũt hunc dolorem. ¶ Ophys.uenenum idræ quod hauſiſti. ¶ Illa.quaſi dicat ubi ẽ illa uxor quæ fuit cauſa mortis mee. ¶ Intendat.ut ſagittis interficiam eam. ¶ Manus.ſcilicet mea ſine telo interficiet eam. ¶ Veniat.rogat aliquem gratum ſibi ueniat ad auxilium. ¶ Excuſſus.examinata timore nunc ſum quando petit arma: ideo uos famuli remouete ea. ¶ Minantur.mõſtrauit qd̃ facturus eſt. ¶ Alcmene ipſa mater herculis quo fugiam: melius eſt manu forti mori quam me abſcondere: ut poſtea interficiar ab aliquo ignobili. ¶ Vel.etiam pereat ſcelere quod ſcilicet filius interficiat eam: loquitur de ſe in tertia perſona. ¶ Ecce laſſatus.interim dum loquitur Hercules cadit exanimatus: & illa credit illum dormire. ¶ Alligat.claudit. ¶ Impulſu.agitatione. ¶ Fauete ſuperi.ſi non uultis propter me ſeruare filium:ſaltem propter totum mundum quẽ defendit. ¶ Abeat.recedat. ¶ Reparet.ut poſſit refici iſto.ſomno.

O Roh lux. Superuenit hylus uolens nũ/
p ciare matrem mortuam & uidet patrẽ
iacentem in terra. unde dicit una dies
abſtulit mihi utrunq3 parentem. ¶ Nurus.deyanira. ¶ Natus.ſcilicet tonantis hercules filius. ¶ Nepos.ſcilicet ipſe. ¶ Quis. & quis erit unquam in illa ætate & tam ſenex: qui potuerit uidere tanta ſcelera quanta ipſe uidi. ¶ Parcam.ut præteream cetera mala quæ a fatis habui. ¶ Herculem. qui decus mundi. ¶ Nato. herculi filio meo. ¶ Sopor.ſomnus in quo eſt hercules. ¶ Laſſam.defatigatam:dum dies relinqt eũ illi oriẽ dolor:& mihi luctus. ¶ Quid hoc. excitato hercule oborta ẽ illi imago quia ſibi uidebatur eſſe apud trachinam ciuitatẽ: & modo uidebat cœlum apertum & iouem illũ aduocantem:& circũſpiciens uidet filium cum quo quæritur de matre deyanira: & illam puer excuſat. ¶ Rigenti.quia eſt in aſpero mõte. ¶ Tandem. receptus in numero deorum. ¶ Sonus.armonia celeſtis. ¶ Generum. nam ut uidimus heben filiam illi coniunxit.

¶Intentam.paratam ad me ſuſcipiendū.¶Zonam.uiam celeſtem per quam currus ſolis uadit.¶Noctis.quaſi ſit nox una dea.¶Hinc.ex illa parte quando recedit ſol.¶Quid.dum ſic eſt:uidetur redditus terris: & inquit.¶O pater.iupiter.¶Modo.nuper cum eſſem ī cœlo.¶A lecto a cubile meo ubi eram cum Hebe:ut ipſius ſentirem caloré.¶Trachina.caſus accuſatiui.¶Infra.pauloante de cælo uidebam illā quam nunc uideo in terris.¶Excideras.quia ī hac uixione non ſentiebā dolorem.¶Cogis.tu dolor.¶Occupa.da mihi mortem dolor in hac uoce.¶Stipite īgeſto.infixa claua.¶Amazonum.hyppolitam reginam amazonum:ita poſſem perdere ſceleratā deyanirā.¶O clara.nō talis fuit.¶Mægera.prima uxor quā in furore interfecit tu non merebaris tunc eſſe uxor:quia non eras digna tali morte.¶Inquinetur.ſcilicet interficiendo mulierem.¶Summus.extremus:quod interfecerim fœminam in ultimo labore meo.¶Compeſce.filius conſolatur patrem dicens uindictam eſſe iam factam.¶Lichas.mori meruit per manus meas ut lychas.¶Accipiant fere.quare non dignum eſt ſepultura.¶Leſo.ſcilicet te: doluit plus de dolore tuo quā tu:unde dextra ſua occidit ſe.¶Non fraude:quia ipſa decepta fuit a neſſo.¶Ictus.uulneratus neſſus.¶Palla.ueſtis quam miſit ad te.¶Exigit.in uindictam ſui.¶Fata.noſtra cognoſco finem meum:nam ab oraculo olim habui me periturum eē per unum qui a me eſſet interfectus.¶Summa lux.extrema dies.¶Quercus.ī dodonea ſylua quercus erāt ex quibus duæ columbe dabant reſpōſa: hæc fuit iuxta dodonā epiri oppidum.¶Fatidica.ex qua columbe prædicebant fata.¶Cirrhea templa.apollinis ibi eſt templum eius ī cirrha oraculis famoſum.¶Dextra.hæc fuerunt uerba oraculi tu alcide.¶Olim.in futurū.¶Emenſo.cum trāſiueris.¶Hunc finem.hic finis erat quem decebat habere Herculem: ut interficeretur ab uno qui poſt eum non poſſet ſupereſſe.¶Nobilem.famoſum.¶Ante mortē.antequā moriar.¶Peantiū.impat philotete filio peantis ut faciat pirā:ut illi extremū officiū p̄ſtet.

Video intentam regiam clari ætheris:
Phœbiq3 tritan flammea zonam rota.
Cubile uideo noctis:hinc tenebras uocat.
Quid hoc:quis axem cludit:& abipſis pater
Deducor aſtris:ora phœbeus modo
Afflabat axis:tam prope a lecto fui.
Trachina uideo quis mihi terras dedit:
Modo nempe infra ſteterat:ac totus mihi
Suppoſitus orbis:tam bene excideras dolor.
Cogis fateri:parce & hanc uocem occupa.
Hæc hylle dona matris hoc munus parat.
Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam
Effringere animā: quare amazonium malum
Circa niualis caucaſi domui latus.
O clara mægera tu ne cum furerem mihi
Coniunx fuiſti:ſtipitem atq3 arcus date:
Dextra inq̄netur:laudibus maculā imprimā.
Summus legatur fœmina herculeus labor.
Hy.compeſce diras genitor irarum minas:
Habet peractum eſt:quas petis pœnas dedit
Sua perempta dextera mater iacet.
Her.cæci dolores:manibus irati herculis:
Occidere meruit:perdidit comitem lycas.
Sæuire in ipſum corpus exanime impetus
Atq3 ira cogit:cur minis noſtris caret:
Ipſum cadauer pabulum accipiant fere.
Hy.Plus miſera leſo doluit:hīc aliqd quoq3
Detrahere uelles:occidit dextra ſua
Tuo dolore:plura quam poſcis tulit.
Sed non cruentē ſceleribus nuptæ iaces.
Nec fraude matris:neſſus hos ſtruxit dolos
Ictus ſagittis qui tuis uitam expulit.
Cruore tincta eſt:pala ſemiferi pater.
Neſſuſq3 nunc has exigit pœnas ſibi.
Her.Fata noſtra ſe explicāt:lux iſta ſūma eſt
Habet.peractū eſt:quercus hāc ſortem mihi
Fatidica quondam dederat:& parnaſio
Cirrhea quatiens templa mugitu nemus.
Dextra perempti uictor alcide uiri
Olim iacebis:hic tibi emenſo freta:
Terraſq3:& umbras:finis extremus datur:
Nil querimur ultra:decuit hunc finem dari.
Ne quis ſuperſtes herculis uictor foret.
Nunc mors legatur:clara:memorāda:īclyta:
Me digna prorſus:nobilē hunc faciam diem.
Cedatur omnis ſylua:& œteum nemus
Suſcipiat ignem:herculem accipiat rogos:
Sed antē mortem:tu genus peantium

Hoc

Hoc triſte nobis iuuenis officiū appara.
Herculea totum flamma ſuccedat diem.
Ad te præces nunc hylle ſupremas fero.
Regnumq3 ferens:eurito uirgo edita
Eſt clara:captas inter incultum genus
Iole:tuis hanc facibus:& flammis para:
Victor cruentus abſtuli patrio a lare:
Nihilq3 miſere præter alcidem dedi.
Et iſte rapitur:pēnſet erumnas ſuas:
Iouis nepotem foueat:& natum herculis.
Tibi illa pariat quicquid ex nobis habet.
Tuq3 ipſa planctus pone funebres præcor
O clara genitrix:uiuet alcides tuus.
Virtute noſtra pellicem feci tuam
Credi nouercam:ſiue naſcente hercule
Non illa certa eſt:ſiue mortalis meus
Pater eſt:licet ſit falſa progenies mihi
Materna culpa ceſſet:& crimen iouis
Merui parentem:contuli cœlo decus
Natura me concepit in laudes iouis.
Quin ipſe quaq3 iuppiter credi meus
Pater ipſe gaudet:parce iam lachrymis meis
Superba matres inter argolicas eris.
Quid tale iuno peperit:æthereum gerens
Sceptrum & tonanti nupta:mortali tamen
Cœlum tenens inuidit:alcidem ſuum
Dici eſſe uoluit:perage nunc titan uices:
Solus relictus ille qui ueſter comes.
Tibiq3 fueram:tartara & manes peto.
hanc tamē ad imos pferam laudē inclytam:
Quod nulla peſtis uicit alcidem palam.
Oēſq3 peſtes uicit alcides palā. Chorus.

O Decus mundi radiate titan:
O Cuius ad primos hecate uapores
Laſſa:nocturnæ leuat ora bige.
Dic ſub aurora poſitis ſabeis:
Dic ſub occaſu poſitis iberis:
Quiq3 feruentem patiuntur axem.
Quiq3 ſub plauſtro patiuntur urſæ:
Dic ad terrenos properare manes
herculem:& regnum canis inquieti.
Vnde non unq̄ remeauit ullus.
Sume quos nubes radios ſequantur:
Pallidus mœſtas ſpeculare terras:
Et caput turpes nebulæ pererrent.
Quando proh titan ubi quo ue ſumme
herculem in terris alium ſequeris:
Quas manus orbis miſer inuocabis:

¶ Ad te.uertit ſe ad filiū:& rogat ut iolem accipiat in uxorem. ¶ Virgo.iole. ¶ Facibus.matrimonio. ¶ Flammis.amore. ¶ Cruentus.quia illius patrem & fratres occidi: & nihil illi reliqui præter me. ¶ Et iſte.Hercules de ſe in tertia perſona loquitur. ¶ Penſet. compenſet:ſi habuit mala habeat nunc bona. ¶ Nepotem. ſcilicet te. ¶ Habet.ſi feci eam grauidam:uolo ut illius partus ſit filius tuus. ¶ Tuq3.uertit ſermonem ad matrem.ut deponat lachrymas. ¶ Nouercam.ſcilicet iunonem. monſtrando me eſſe filium iouis. ¶ Licet.quamuis dicatur q̄ ſim filius amphitrionis:aut iouis non eſt crimen matris uirtus mea feci credit me eſſe filium iouis. ¶ Quid tale.quaſi dicat nihil. ¶ Tenens.ſcilicet iuno. ¶ Mortali.tibi q̄ habeas talem filium. ¶ Per age. perfice. ¶ Vices.curſus tuos. ¶ Solus.ipſe iā deſtitutus morior qui fueram comes tuus & ad orientē & occidentē.

O Decus Verſus eſt ſaphicus endecaſillabus. Chorus uidens herculem mandaſſe ſibi parari rogum.plorat:& inuocat ſolem ut nunciet mortem herculis per totum mundum:& triſticiam demonſtret faciēdo tenebras demum uertit ſe ad totum mundum q̄ ſi naſcerentur monſtra non eſſet hercules qui tolleret illa. ¶ Radiate.qui habes radios ad cuius aſpectum luna deponit colorem ſuū. ¶ Vapores.calores matutinos. ¶ Hecate.luna. ¶ Ora.quia tauri dicuntur trahere currū lune. ¶ Leuat.remouet ora.i.frēa tauris ſuis. ¶ Sabeis.orientalibus populis. ¶ Iberis.hiſpanis. ¶ Feruentem.meridionalem:ubi ē torida zona. ¶ Plauſtro.in ſeptentrione ubi eſt urſa. ¶ Manes.dic herculem ire ad inferos non reuerſurum. ¶ Inquieti cerberi ſemper uigilantis. ¶ Sume.accipe:inuitat eum ad dolorem. ¶ Quos nubes: facias nubiferum ſplendorem:& ſis palidus. ¶ Quando.& quando erit illud tempus quod inuenias aliū herculem. ¶ Quo.ad quē locū:q̄ ſi dicat nuſquā. ¶ Quas manus.uertit ſermonē ad mūdū. ¶ Miſer.qa pdidiſti defenſorem tuū.

¶Numerosa.habēs plūra capita ut idra.¶Ap. si nascetur alius aper ī arcadia quas manus im plorabis.¶Rhodopes alūnus.alius diomedes ¶Elices.ursæ septentrionalis ubi sunt popu li crudeles.¶Stabulū.quia ibi pascebat equos suos carne hūana.¶Iacet par.terra uidet her culem mors sicut alii moriuntur:unde ē par oī bus:licet dum uiueret non eēt equalis aliis: sed similis tonanti ioui.¶Planctus.exhortatur mū dum ad lugendum.¶Cohibente nodo.ligan te nullo uiculo.¶Exertos.nudatos.¶Sola.clau dantur omnia templa preter unum iunonis. ¶Obductis.clausis.¶Nouerce.iunonis.¶Va dis.uertit sermonem ad herculem.¶Trium phum cerberum.¶Vmbra.tu nō eris ille her cules cum corpore sicut prius:credebant um bras seruare illam imaginem quam habebant in corpore: sicut de deiphœbo qui apparuit æneæ truncatis naribus.¶Solum.ut fecit pri us sed multas alias animas:quia nunc non eris grauis.¶Puppis.cība charontis quæ anime ue huntur ad inferos.¶Non tamen non eris iter uiles animas:sed cum iudicibus inferni cum q; bus iudicabis.¶Geminos cretas.rhadamantū & Minoem crethenses.¶Discernens. exami nans.¶Dites.potentes nolite crudeles esse. ¶Purum ferrum.iustitia sine iniuria.¶Mini mum.minimam fuisse licentiam:q; crudelia fa cta non habeant locum in tuis terris.¶Sed lo cum. pulchra sīa:ostendit nunc quē honorē habiturus sit hercules apud superos.¶Arctoe. septentrionalis.¶Promit.accipit:intelligit ori entem.¶Occasu.occidentem intelligit ubi est mare me diterraneum in hispania.¶Nitebis. splendebis tanq̄ sidus.¶Cōmisso.inter calpē & abilam scopulos quos fregit Hercu.ut īgres sus maris mediterranei esset in oceanū.¶Re sonare.quia ibi est strepitus propter scopulos. ¶Deprimes grauabis præsentia tua.¶Tutus. q.d.pauca sunt loca ubi non sit aliquod mon strū quod adhuc herculē timebit.¶Leone.& cancro de his superatis ab hercule diximus. ¶Leges.cursus suos.¶Trepidat.titan sol time ret si uideret confusionem zodiaci.¶Vere dū. ponit laudem quam habiturus est semper her cules:dum in uere erunt flores & hieme cadēt folia semper cantabuntur præconia herculis.

Si qua sub terra numerosa pestis
Sparget intentam rabiem draconis:
Arcadum si quis populi uetusti
Fecerit syluas aper inquietas:
Thratiæ si quis rhodopes alumnus
Durior terris helices niuosæ
Sparget humano stabulum cruore:
Q uis dabit pacem populo timenti:
Si quid irati superi per urbes
Iusserunt nasci:iacet omnibus par
Q uem parem tellus genuit tonanti.
Planctus immensas resonet per urbes:
Et comas nullo cohibente nodo.
Fœmina exertos feriat lacertos.
Solaq3 obductis foribus deorum
Templa secure pateant nouercæ.
Vadis ad lethen stygiumq3 littus:
Vnde te nulle:referent carinæ.
Vadis ad manes miserandus:unde
Morte deuicta tuleras triumphum.
Vmbra nudatis uenies laertis:
Languido uultu trepidoq3 collo.
Teq3 non solum feret illa puppis.
Non tamen uiles eris inter umbras
Aeacosq3 inter geminosq3 cretas:
Fata discernens:fieri tyranni
Parcite odites:inhibete dextras
Laudis est purum tenuisse ferrum:
Dumq3 regnabas minimum cruentis
In tuas urbes licuisse fatis:
Sed locum uirtus habet inter astra:
Sedis arctoe spatium tenebis:
An grauis titan ubi promit æstus:
An sub occasu tepido nitebis:
Vnde commisso resonare ponto
Audies calpen:locaq3 sereni.
Deprimes cœli:quis erit recepto
Tutus alcide locus inter astra:
Horrido tamen procul a leone
Det pater sedes calidoq3 cancro.
Ne tuo uultu tremefacta leges
Astra conturbent:trepidetq3 titan.
Vere dum flores ueniunt tepenti:
Et comam syluis hyemes recidunt
Vel comam syluis reuocabit æstas
Pomaq3 autumno fugiente cadunt.
Nulla te terris rapiet uetustas
Tu comes phœbo comes ibis astris:

Ante naſcetur ſeges in profundo:
Vel fretum dulci reſonabit unda:
Ante diſcedet glatialis urſæ
Sidus: & ponto uetito fruetur.
Q uam tuas laudes populi quieſcant:
Te pater rerum miſeri præcamur
Nulla naſcatur fera: nulla peſtis:
Non duces ſæuos miſeranda tellus
Habeat nec ulla dominetur aula.
Q ui poteſt ſolum decus eſſe regni
Semper impenſum tenuiſſe ferum.
Si quid in terris iterum timetur
Vindicem terre petimus relictæ.
En quid hoc: mundus ſonat ecce
Mæret alcidem pater: an deorum
Clamor: an uox eſt timidæ nouercæ
Hercule an uiſo fugit aſtra iuno:
Paſſus an pondus titubauit athlas:
An magis diri tremuere manes:
Herculem & uiſum canis inferorum
Fugit abruptis trepidus cathenis:
Fallimur: læto uenit ecce uultu
Q uem tulit peas: humiliſq3 tela
Geſtat: & notas populis faretras
Herculis heres.

Nutrix Philoteres. Nu. loquitur.

EFfare caſus iuuenis herculeos præcor:
Vultuq3 quonam tulerit alcides necē:

Phi. Q uo nemo uitam.

Nu. Lætus adeo ne ultimos
Inuaſit ignes.

Phi. Eſſe iam flammas nihil
Oſtendit ille: qui ſub occaſu hercules
Virtute uinci indomita docuit omnia.

Nu. Inter uapores quis fuit forti locus:

Phi. Q uod unū in orbe uenerat nōdū malū:
Et flamma uicta eſt: hoc quoq3 acceſſit feris:
Inter labores ignis herculeos abit.

Nu. Ediſſere agedū flāma quo uicta ē modo.

Phi. Vt omnis œten mœſta corripuit manus
Hinc fagus umbras perdit: & toto iacet
Succiſſa tr anco: flexit hinc pinum ferox
Aſtris minantem: & nube de media uocat.
Ruitur a cautes mouit & ſyluam trahit
Secum minorem chaonis quondam loquax
Sta uaſta late quercus: & phœbum uetat.
Vtraq3 totos porrigit ramos nemus.
Ge mit illa multo uulnere impreſſo minax:

¶ Ante. arguit ab impoſſibili. q; prius lex natu re diſſoluetur quam memoria herculis per da tur. ¶ Dulci. nam eſt amara. ¶ Diſcedet. errabit cum ſit perpetuo firmū. ¶ Ponto. mari nā dicuntur ſidera occidere in oceano. ¶ Impenſum. ſibi tributum. ¶ Nudatum tenere contra ciues ſuos: ſi eſt aliquis qui debeat timeri petimus uindicem Herculem. ¶ En quid hoc. dat locum ſequenti ſcene audiebat ſtrepitum & uidet philotetem uenientem cum letitia renunciantem herculem receptum eſſe in cœlum. ¶ Pater meret. interrogatiue. ¶ Timide. iunonis timentis: q; uideat herculem aſcendentem in cœlum. ¶ Titubauit. fecit tremere cœlum p pter pondus herculis. ¶ An magis. an inferi & cerberus uiſo hercule timuerunt. ¶ Fallimur. non eſt aliquid horum quæ diximus: ſed ē philotetes qui uenit cum letitia. ¶ Peas tulit. genuit philotetes filius peantis: nullum nomē apud græcos finit iu. n. s. ¶ Notas. quas cognoſcebāt omnes populi. ¶ Heres. nam illi hercules reliquit ſagittas ſuas.

EFfare. Hic eſt quintus actus in quo cōmendario mortis herculis habetur nutrix petit philotetem ut narret ſeriem rei: quo modo hercules mortuus ſit. ¶ Vitam. magis lætus tulit mortem q̄ aliquis ferat uitā. ¶ Ignes. i. rogos. ¶ Nihil. nullius mali. ¶ Sub occaſū. circa mortem docuit omnia uinci uirtute. ¶ Inter uapores. quam uirtutē potuit exercere contra ignes. ¶ Vnum malū. ſ. flāma. ¶ In orbem. cum qua pugnauerat hercules. ¶ Hoc quoq; ſ. malum flamma. ¶ Acceſſit. adiunctus ē. ¶ Abiit. acceſſit. ¶ Ediſſere. narra nihil quo modo pertulit flāmā. ¶ Vt omnis. narrat philotetes. ¶ Manus. famuli iuſſi ſuccidere arbores ad rogum. ¶ Perdit. quia non faciet iampli⁹ umbrā. ¶ Ferox. ſ. multitudo. ¶ Flexit. ſtrauit. ¶ Minantem. altam. ¶ Nube. de altitudine ſua: quæ uidebat tangere nubes. ¶ Vocat. ad ſe ut cadat. ¶ Mouit. illa erat tanti pōderis: ut rui tura faceret tremere cautes. i. montem œtā. ¶ Siluam minorem. minores arbores. ¶ Chaonis. chaonia regio eſt epiri alpeſtris: erat ī hac ſilua quercus ita magna ut erant ille ex quibus dabantur reſponſa in chaonia ſylua per columbas: ideo dicit loquax. ¶ Vetat. ramis ſuis faciendo umbrā. ¶ Porrigit. erant ita magni rami ut extenderent ultra alias arbores. ¶ Minax. dum nutaret. ¶ Multo uulnere. multis ictibus.

¶ Cuneos. lignum seu ferrum quod figitur in fissura. ¶ Calibs. ipsum ferrum. ¶ Patitur. frangebatur securis. ¶ Fugit. non potest intrare. ¶ Tandem. post multos ictus. ¶ Admisit. recepit lucem solis. ¶ Pererrant. fugiunt ad alios ramos. ¶ Lassis. fatigatis: anteq̃ inuenirent sedē: nam omnes arbores succiderant. ¶ Sonuit. dū incideretur. ¶ Sacre. consecrate ioui. ¶ Profuit. quia succidebantur. ¶ Aggeritur. in unū geritur ad faciendum piram. ¶ Angustum. respectu magnitudinis herculis: aliter lege augustū quasi consecratum. ¶ In astra. in altum. ¶ Tenax. forte. ¶ Herculee. gratissime herculi: nā illa coronatus iuit ad inferos. ¶ At ille. hercules quando uidit accensum rogum ueniebat cum tāto impetu sicut leo in nemore nasamōio: nasamō enim populus iuxta mare libicum. ¶ Recliui. flexo ad terram. ¶ Non ignes. erat ita letus ut uideretur petere cœlū non ignes. ¶ Vt pressit. postquam uenit in rogum: petiuit sagittas & arcum: & donauit philotete. ¶ Eminus. a longe. ¶ Irritas. frustra. ¶ Media nube. ēt si essent in altū. ¶ Certa. dicuntur tela certa quæ uulnerant pro intentione mittentis. ¶ Fugam cursum per rectum tenorem. ¶ Neruo. corda arcus. ¶ Accommoda. succende hanc piram. ¶ Hic modus. claua nodosa ita ponderosa est quod nemo posset eam tractare. ¶ Capiet. quā nulla manus posset capere. ¶ Flagret. cremetur mecum. ¶ Sequar. comburar cum ipsa clava: nam consequetur melius q̃ iactatur. ¶ Hūc. scilicet nodū haberes: si posses illū ferre. ¶ Adiuuet. sicut alia ligna ad me cōburendū. ¶ Nemei mali. petit pellē leonis. ¶ Latuit. erat adeo magna illa pellis ut tegeret rogū. ¶ Remisit. dolor nō pepercit lachrimis: omnes flebant. ¶ Diduxit. scidit. ¶ Tenus. usq; ad uentrem. ¶ Exerta. nudata. ¶ Pulsans. accusans. ¶ Deforme. hercules audiens matrem clamātem dixit noli flere mater ne mortem meā turbē facias.

Frangitq3 cuneos resilit excussus calybs:
Vulnusq3 ferrum patitur & truncum fugit.
Commota tandem est: tunc cadens lēta mora
Duxit ruinam: protinus radios locus
Admisit: omnes sedibus pulsæ suis
Volucres pererrant nemore succiso domus
Q uæruntque lassis garrule pennis nemus
Iamq3 omnis arbor sonuit: & sacre quoq3
Sensere quercus horridam ferro manum.
Nullique priscum profuit ligno nemus.
Aggeritur omnis sylua. & alterne trabes:
In astra tollunt herculi angustum rogum:
Rapitq3 alta flammas pinus & robur tenax
Et breuior ilex: sylua contexit pyram.
Populea sylua frondis herculeæ nemus.
At ille ut ingens nemore sub nasamonio
Eger recliui pectore admugit leo
Fertur: quis illum credat ad flammas rapi
Vultus petentis astra non ignes erant.
Vt præssit cœthan. ac suis occulis rogum
Lustrauit: omnes fregit impositus trabes.
Arcumq3 poscit: accipe hæc inquit sate
Peante dona: & munus alcidæ cape.
Has hydra sensit: his iacent stymphalides:
Et quicquid aliud eminus uici malum
Victure fœlix: has enim nunquam irritas
Mittes in hostes siue de media uoles
Aufferre uolucres nube: descendent aues
Et certa prædam tela de cœlo ferent
Nec fallet unquam: dexteram hic arcus tuam
Librare telum didicit: & certam dare
Fugam sagittis: ipsa non fallunt iter
Emissa neruo tela: tu tamen præcor
Accōmoda ignes & facem extremam mihi
Hic nodus inclytus nulla quem capiet manu
Mecum per ignes flagret: hoc telum sequar:
Nam cur iactatur: hunc quoque acciperes ait
Si ferre posses: adiuuet domini rogum.
Tum rigida secum spolia nemei mali
Arsura poscit: latuit in spolio rogus
Ingemuit omnis turba nec lachrymas dolor.
Cuiq̃ remisit: mater in luctum furens.
Diduxit auidum pectus atque utero tenus:
Exerta uastos ubera in planctus ferit.
Superosq3 & ipsum uocibus pulsans iouem.
Impleuit omnem uoce fœminea locum
Deforme lætum mater herculeum facis.
Compesce lachrymas inquit introrsus dolor

Fœmineus abeat:iuno cur letum diem
Te flente ducat:pellicis gaudet suæ
Spectare lachrymas:contine firmum iecur
Mater nefas est ubera atq3 uterum tibi
Laniare qui me genuit:& dirum fremens
Qualis per urbes duxit argolicas canem:
Cum uictor erebi dite contempto redit:
Tremente fato:talis incubuit rogo.
Quis sic triumphans lætus in curru stetit
Victor:quis illo gentibus uultu dedit.
Leges tyrannus:quanta pax obitus tulit.
Hesére lachryme:cecidit expulsus dolor
Nobis quoq3 ipsis:nemo morituro ingemit
Iam flere pudor est:ipsa q̄ sexus iubet
Merere siccis hesit alcmene genis.
Stetitq3 nato pœne iam similis parens.
Nu. Nullas ne in astra misit aut supos præces
Arsurus:aut in uota respexit iouem
Phi. Iacuit sui securus & cœlum intuens.
Quæsiuit oculis arce an ex aliqua pater
Despiceret illum:tum manus tendens ait
Quacunq3 parte prospicis natum pater.
Iste est pater quem nocte commissa dies
Quæsiuit unus:si meas laudes canit
Vtrumq3 phœbi littus & scythiæ genus
Et omnis ardens ora:quam torret dies.
Si pace tellus plena si mille gemunt
Vrbes:nec aras impias quisq̄ inquinat.
Si scelera desunt:spiritū admitti hunc præcor
In astra nec me mortis inferne locus
Nec mœsta nigri regna conterent iouis.
Sed ire ad illos:umbra quos uici deos
Pater erubesco:nube discussa diem
Pande:ut deorum uultus ardetem herculem
Spectent:licet tu sidera & mundum neges
Vltro pater cogere:si uoces dolor
Abstulerit'ullas:pande tamen stygios lacus
Et redde fatis:approba natum prius
Vt'dignus astris uidear hic faciet dies.
Leue est quod actū est:herculē genitor prius
Inuenit:an damnauit hoc postq̄ addidit
Nouerca cernat quo feram flammas modo.
Flammas popposcit:hoc age alcide comes
Non segnis inquit corripe œtheam facem
Quid dextera trēuit:unde man⁹ pauida īpiū
Scelus refugit:redde iam faretras mihi.
Ignaue iners inermis:est nostros manus:
Quæ tendat arcus:quis sedet pallor genis

¶ Iecur.ubi est sedes amoris & indignationis. ¶ Firmum.preme dolorem itus. ¶ Dirū.cum magna uoce furens deposuit caput ut morere tur tali impetu ut fuit quādo duxit cerberum. ¶ Dite contempto. plutone neglecto. ¶ Fato. morte tremente. ¶ Quis.ipse tanta leticia iuit ad mortem:quanta nullus unq̄ triūphauit. ¶ Illo.tam leto uultu. ¶ Hesere.firmate sunt qui uidendo illum ita letum. ¶ Sexus.s.fœmineus natura facilis ad lachrimas. ¶ Siccis.sine lachrymis. ¶ Pene similis.ita fortis. ¶ Securus ipse p se fortis nullū rogauit. ¶ Despiceret.deorsum aspiceret. ¶ Vnus dies.sum ille filius qui genitus sum geminata nocte. ¶ Commissa.coniuncta. ¶ Quesiuit.acquisiuit. ¶ Vtrunq3 littus.orientis & occidentis:si totus mundus cantat laudes meas q̄ peperi pacem omnibus populis: tu debes recipere me in cœlum. ¶ Ardēs ora. regio orientalis. ¶ Gemunt.mortem meam. ¶ Inquinat.maculat cruore humano:nam oēs sceleratos de mundo sustuli. ¶ Desunt. per me remota sunt. ¶ Admitti.recipi. ¶ Nigri.iouis plutonis:ne ad inferos descendam. ¶ Ad illos. s.infernales. ¶ Vmbra.anima separata a corpore. ¶ Nube.quare sol obduxerat radios nubibus ad testandum dolorem de morte herculis. ¶ Neges sidera.si tu nō uis mihi dare cœlum:facias saltem ut dii spectent me ardētem. ¶ Voces.reuocat snīam:si dixi quicquam indignum parce dolori meo qui me ita coegit loqui. ¶ Fatis.loco mortis. ¶ Approba.uirtutem meam:prius tamē iudicat dignam cœlo. ¶ Leue.paruum ē quod feci respectu illius quod faciam hodie. ¶ Prius.q.d. damnas me priusq̄ cognoscas me filium tuum. ¶ Addidit.postea dixit saltem aperi cœlum ut iuno uideat quam fortiter ferram flammas. ¶ Popposcit.his dictis petiuit ignem supponi rogo. ¶ Comes.o philotetes. ¶ Oeteā. in monte œta. ¶ Tremuit. ego timebam supponere ignem & ipse dixit cur tremis tu putas hoc esse scelus impium. ¶ Redde. quia non mereris tela fortis uiri.

¶ Animo. ſuppone ignem eo animo quo me uides expectare. ¶ Arſurum. cape exemplum a me qui non timeo cū arſurus ſim. ¶ Rogat. tu tardas: & iuppiter iam me uocat in cœlum. ¶ Venio. uerba herculis. ¶ Impuli. tunc ſuppoſui facem ardentem tremente manu. ¶ Refugit. uidebatur fugere. ¶ Reluctantur nolebant appropinquare. ¶ Recedentem. ipſe ſequebatur ignē. ¶ Caucaſum. quia ille rogus erat tāta ſtrues: ut ardere crederes caucaſum ſeu athon ¶ Sonus. nulla lamentatio. ¶ Ingemiſcit. ꝙ cōbureret herculem. ¶ Tiphon. ſiue typheus gigas: credo quod ſi ibi fuiſſet: ingemuiſſet. ¶ Encheladus. gigas q portauit. ¶ Oſſam. mōté theſſalie. ¶ At ille. ſ. hercules. ¶ Parés. herculea. mater herculis. ¶ Correpta. ſ. ab igne non mouebat ſe. ¶ Gerit aliquid. nam ligna aptabat forte deficiente igne. ¶ Monet. ne fleamus. ¶ Vrere. erat eo animo ut ſi ipe ureret alium. ¶ Fidé uix. credebant illum ignem eſſe uerum ꝙ hercules tam fortiter feret eas flammas. ¶ Placita. nō pturbata. ¶ Properat ut pœna eſſet breuior. ¶ Cumq; leto forti. quādo putauit ſatis ꝙ feciſſet multa fortiter in morte poſtea uoluit mori. ¶ Exūdat. ubi uidebat maiorem ignem illuc ibat. ¶ Luxere. ſ. igni. ¶ Barbe. Seruius dicit in plurali barbas de animalibus in ſingulari de homine. ¶ Minax. cū inſtaret ignis, ppe uultum nunq̄ clauſit oculos. ¶ Lāberent. circundarent. ¶ Sed quid hoc. dat locum ſequenti ſcene: nam uidet alcmenā quæ portabat cineres herculis cremati.

Animo faces inuade quo alcidem uides
Vultu iacera: reſpice arſarum miſer
Rogat ecce me iam genitor & pandit polos.
Venio pater: uultuſq3 non idem fuit
Tremente pinum dextera ardentem impuli
Refugit ignis: & reluctantur faces
Et membra uitant: ſed recedentem hercules
Inſeqtur ignē: caucaſum: aut pindū: aut athon
Ardere credas: nullus erupit ſonus:
Tantum ingemeſcit ignis ad durum iecur.
Tiphon in illo poſitus immanis rogo
Genuiſſet ipſe: quiq3 conuulſam ſolo
Impoſuit humeris oſſam encheladus ferox.
At ille medias inter exurgens faces
Semiiuſtus: ac laniatus: intrepidus: rubens.
Nunc o parens herculea: ſic ſtare ad rogum
Te mater inquit ſic decet fleri herculem.
Inter uapores poſitus & flammæ minas
Immotus: inconcuſſus: in neutrum latus
Correpta flectens membra: hortatur: monet:
Gerit aliquid ardēs: omnibus fortem addidit
Animum miniſtris: urere ardentem putes
Stupet omne uulgus: uix habēt flāmæ fidem
Tam placita frons eſt: tanta maieſtas uiro
Nec properat uri: cumq3 iam forti datum
Læto ſat penſauit: igniferas trabes
Hinc inde traxit: nimia quas flamma occupat
Totaſq3 in ignem uertit: & qua plurimus
Exundat ignis: recipit: intrepidus: ferox:
Nunc ora flammis implet: at illi graues
Luxere barbe: cumq3 iam uultu minax
Appeteret ignis: lamberent flammæ caput.
Non præſſit oculos: ſed qd hoc: mœſtā ītuor
Sinu gerentem reliquias magni herculis.
Crinemq3 iactās ſqualidum alcmene gemit:

¶ Alcmena Philotetes. Alcme. loqtur.

Timete. Veniēs alcmena. cum reliquiis. Herculis uitæ noſtre conditionem nō diu durare oſtendit: & lamentatur de ſe ipſa ubi habitura ſit locum amiſſo hercule. ¶ Superi. timete etiā uos mortem quādo uidetis herculem mori. ¶ Gigas. hercules ita magnus ut uideretur gigas. ¶ Decreuit. a decreſco: diminutus eſt tantum ut capiatur in parua urna. ¶ Titan. exclamat ad ſolem. ¶ Moles. magnitudo corpis. ¶ Anilis ſinus. gremium meum tenuit herculem olim ita magnum. ¶ Hic. hæc parua urna. ¶ Leue. quia parum pōderat. ¶ Iterum. quaſi dicat nunq̄. ¶ Debeat lucem. quod reduxeris eum ad ſuperos non quæro quod redeas cum ſpolio ab inferis uidelicet cum cer. & the. ut prius rediiſti: ſed ſolus. ¶ Ignis. ardens flegetō retinebit animam tuam.

Timete ſuperi fata: tam paruus cinis
Herculeus ē: huc ille decreuit gygas.
O q̄ta titan in nihil moles abit.
Anilis heu me: cœpit alcidem ſinus.
Hic tumulus illi eſt: ecce uix totam hercules.
Compleuit urnam: quā leue eſt pōdus mihi.
Cui totus æther pondus incubuit læue.
Ad tartara olim regnaq3 o nate ultima
Rediturus ibas: quandō ab inferna ſtyge
Remeabis iterum: non ut ſpolium trahas
Rurſumq3 theſeus debeat lucem tibi
Sed quando ſolus: ignis impoſitus tuas

Compeſcet.

Compescet umbras: teq3 tartareus canis
Inhibere poterit: quando tenareas fores
Pulsabis: ah quas mater ad fauces agar:
Qua mors: uadis ad manes iter
Habiturus unum: quid diem quæstu tero:
Quid misera duras uita: qd lucem hãc tenes
Quem parere rursus herculem possum ioui:
Quis me parentem natus alcmenam suam
Tantus uocabit. o nimis fœlix: nimis
Thebane coniunx: tartari intrasti loca
Florente nato: teq3 ueniente inferi
Timuere forsan: quod pater tantum herculis
Vel falsus aderas quas petam terras anus:
Inuisa sæuis regibus si quis tamen
Rex est relictus sæuus: hei misere mihi.
Quicunq3 cesos ingemunt nati patres
A me petent supplicia: me cuncti obruent:
Si quis minor busiris: aut si quis minor
Antæus: urbes perside terrent plage.
Ego præda ducar: si quis hismarios greges
Thracis cruenti uindicat: carpent greges
Mea membra duri forsitan pœnas petet
Irata iuno: totus uertetur dolor.
Secura uicto tandem ab alcide uacat
Pellex supersum de qua supplicia exigat.
Ne parere possem fecit hic natus mihi
Verum timẽdum: quæ petam alcmene loca
Quis me locus: quæ regio: quæ mundi plaga
Defendet aut quas mater in latebras cogar:
Vbiq3 certe nota: si patriam petam
Lareſq3 miseros argos euristheus tenet
Orbata thebas regnum & hysmenũ petam
Thalamosq3 nostros: in quibus quondã iouẽ
Dilecta uidi: proh nimis fœlix: nimis
Si fulminantem: & ipsa sensissem iouem.
Vtinam meis uiscerib⁹ alcides foret
Exectus infans: nũc datum est misere: datum
Videre natum laude certantem ioui.
Et hoc daretur scire quot fatum mihi
Eripere posset: quis memor tui
O nate populus: omne nam ingratũ est gen⁹
Petam cleonas: archados an populos petam
Meritisq3 terram nobilem quæram tuis:
Hic dira serpens cecidit: hic ales fera.
Hic rex cruentus: hic tua fractus manu:
Qui te sepulto possidet cœlum leo.
Si grata terra est: populus alcmenam tuam
Defendat omnis: thracias gentes petam

¶ Tenareas. ubi est ingressus ad inferos. ¶ Pulsabis. s. redeundo. q. d. nunq̃. ¶ Aditur petitur locus mortis: q̃ uia sequar te ad iferos. ¶ Vnũ. quia ibi & non redibis iõ solum iter erit. ¶ Duras. iam debuisses deficere uidẽdo morte filii. ¶ Tantus. tam magnus: ut herc. q. d. nunq̃ talẽ hẽbo. ¶ Thebane coniunx. amphytrio fœlixq3 mortuus non uides tãtum dolorem de morte filii. ¶ Timere. quia eras pater hercu. ¶ Vel. etiam si non eras uerus pater eius. ¶ Anus. ipsa uetula quo ibo cum sim odio omnibus tyrãnis propter filium. ¶ Si quis. corrigit se: si quẽ filius meus reliquit i terras. q. d. interfecit oẽs. ¶ Nati. filii illorum quos interfecit petẽt a me suppliciũ. ¶ Busiris minor filius busiris. ¶ Perside plage. regionis in meridie ubi populus perses. ¶ Hismarios. thracenses equos si quis filius diomedis restat. ¶ Greges duri. equi pasti carne humana dilacerabunt me apponet me prepibus illorum. ¶ Irata. quia dicor pellex eius. ¶ Vertetur odium q̃ habebat in her. totũ uertet in me. ¶ Secura. nihil curans de hercule qa uictus est. ¶ Vacat. non habet agendum aliqd: unde ipa supersum eius pellex in quam exerceat iras. ¶ Ne parere. timebit ne pariam alterum her. propterea me perdet. ¶ Nota cognira propter uirtutem her. ¶ Patriã. argos. ¶ Euristheus. qui imperabat her. ¶ Orbata. priuata filio. ¶ Hismenum. fluuium thebanum. ¶ Talamos. quia ibi nupta fuit amphitrioni. ¶ Fulminantẽ. nimis fœlix fuissem si iupi. me fulminasset: quẽadmodũ semelẽ thebanam matrẽ bacchi & de utero meo fuisset exectus. i. incisus infans her. ¶ Certantem. equantem laudes her. ¶ Et hoc. ut eo amisso magis dolerem: nam magis dolemus amissis rebus magnis quam puis. ¶ Cleonas. ciuitatem ubi hercu. ¶ Leonem interemit. ¶ Nobilem. famosam. ¶ Meritis. qa ibi iterfecit aprũ hic in alio loco. ¶ Ales fera stiphalis. ¶ Rex cruentus busiris. ¶ Leo. s. nemeus seu cleoneus q̃ in astra collocatus est.

¶ Defensa. quia ibi interfecit diomedē. ¶ Vbi. quasi dicat in nullo loco. quia toti mundo dedit pacem. ¶ Contendat. ut habeant cineres tuos. ¶ Onus. urna quā gestabat alcmena manibus. ¶ Totus orbis. tua fama erit tibi magnū sepulchrum p totum orbem. ¶ Quid anime. ad seipsam dicit non timendum est dum. ¶ Tenes cineres. filii quia adhuc erunt tibi presidia quando reges adhuc timebunt umbram hercu. ¶ Debitos. consolatur alcmenam philotetes. ¶ Abstulit iter. nam cum mors extinguat omnia: sola uirtus superstes restat: unde non est dolendum de morte filii qui tot præclara facinora egit: ut immortalitatem nominis sui meruerit. ¶ Degeneres. uiles carētes uirtute. ¶ Se dabo. iterrogatiue cessabo. ¶ Vindicem. unde magna est mea iactura. ¶ Vtrunq; oceanum. orientem & occidentem. ¶ Quot. amisi unum filium: sed possum existimare perdidisse multos in uno: nam plures ualebat. ¶ Cō didi. sepeliui. ¶ Poteram dare: & si non haberem regnum: tamen poteram dare cum haberem filium regum uictorem. ¶ Vna. cum habe rem filium herculem nunquam feci uota diis quia illis non indigebam. ¶ Quid. quasi dicat omnia poterat dare. ¶ Manum. scilicet herculis. ¶ Defleuit. nunc comparat miserias suas cū miseriis aliorum. ¶ Bis septenos. quattuordecim filios. Niobem itelligit de qua diximus in prima tragœdia. ¶ Ille. meus hercules. ¶ Quot gregibus. q̄ multe multitudini filiorum poterat equari. ¶ Alcmene. ipsa ut numerarer iter miseras matres. ¶ Dabit. scilicet exēplum misere matris. ¶ Cessate. o matres iā cessate a luctu: & consolate uos in comparationem mei. ¶ Pertinax. adhuc durans. ¶ In saxa. sicut dicitur de niobe. ¶ His malis. scilicet meis: Nā plura habeo quam uos omnes simul. ¶ Agedum. exhortatur seipsam ad luctum. ¶ Vna. ego sola non sum satis ad tantum luctum. Vnde uellet totum mundum resonare planctu. ¶ Breui. scilicet spacio: nascentur monstra: nec erat her. & eum omnes. uocabunt. ¶ Expedi. exere brachia nuda ad plangendum.
Læte. mutat uersum & facit anapesticum. ¶ Alcmenem. miserias mea.

Hebriq3 populos: hæc quoq3 est meritis tuis
Defensa tellus: stabula cum regno iacent.
Hic pax cruento rege prostrato data est.
Vbi enim negata est quod tibi infœlix anus
Q uæram sepulchrum: de tuis totus rogis
Contendat orbis: reliquias magni herculis:
Q uis populus: aut quæ tēpla: quæ gētes colēt
Q uis iam peter: quis poscet alcmenes onus:
Q uæ tibi sepulchra nate: quis tumul? sat est:
Hic totus orbis fama erit tumulus tibi.
Q uid anime trepidas: herculis cineres tenes
Complectere ossa: reliquiæ auxiliū dabunt.
Erunt satis præsidia terrebunt tuæ:
Reges uel umbræ. Phi. Debitos nato quidē
Compesce fletus mater alcmene inclyti
Non est gemendus: nec graui urgēdus nece:
Virtute quisquis abstulit fatis iter:
Aeterna uirtus herculem fleri uetat:
Fortes uetat mœrere: degeneres iubet.
Al. Sedabo quæstus uindicem amisi parens
Terræ atq3 pelagi: quaq3 purpureus dies
Vtrumq3 clara spectat oceanum rota
Q uot misera in uno condidi nato parens
Regno carebam: sed poteram dare.
Vna inter omnes terra quas matres gerit
Votis peperci: nil ego a superis petii
Incolumi nato: quid dare herculeus mihi
Non poterat ardor: quis deus quicq̄ mihi
Negare poterat uota in hanc fuerūt manum:
Q uicquid negaret iuppiter: daret hercules
Q uid tale genitrix ulla mortalis tulit:
Defleuit aliqua mater & toto stetit:
Succisa fetu bisq3 septenos greges
Deplanxit una: gregibus æquari meus:
Q uot ille poterat: matribus miseris adhuc
Exemplar ingens deerat alcmenæ dabit
Cessate matres: pertinax si quis dolor
Adhuc iubet lugere: quas luctus grauis
In saxa uertit: cedite his cuncte malis
Agedum senile pectus: o misere manus
Pulsate: & una funeri tanto sat est:
Grandeua anus defecta: quod totus breui
Iam quatet orbis: expedi in planctus tamen.
Defessa quaq̄ brachia: ut inuidiam deis.
Lugendo facias: aduoca in planctū genus.
Alcmena de morte nati queritur.
Læte alcmenem: magniq3 iouis.
Plangite natum: cui concepto

Lux una perit: nocteſq3 duas
Contulit eous: ipſa quidem
Plus luce perit: tote pariter
Plangite gentes: quorum ſæuos:
Ille tyrannos: iuſſit ſtygias
Penetrare domos: populiſq3 madens
Ponere ferrum: fletum meritis
Reddite tantis totus: totus:
Perſonet orbis fleat alcidem
Cerula crete. magno tellus
Clara tonante: centum populi
Brachia pulſent: nunc curetes:
Nũc coribãtes arma idea: Q uaſſate manu ar
Lugere decet nunc nunc funus (mis illum
Plangite uerum: iacet alcides.
Non minor ipſo creta tonante.
Flete herculeos arcades obitus:
Nundum phœbeo naſcente genus.
Iuga ſpartes nemeæq3 ſonent.
Feriatq3 grauis mænala planctus:
Magno poſcite alcidem gemitu:
Stratus ueſtris ſetiger oris:
Aleſq3 ſequi iuſſa ſagittas:
Totum pennis uelata diem.
Flete argolice: flete cleone
Hic terrentem mœnia quondam
Veſtra leonem fregit noſtri
Dextra nati: date ſitoniæ
Verbera matres: geliduſq3 ſonet
Planctibus hebrus: flete alcidem:
Q uod non ſtabulis ueſcitur infans.
Nec ueſtra greges uiſcera carpũt.
Fleat antæo libera tellus:
E rapta ferro plaga geryone.
Mecum miſere plangite gentes.
Audiat ictus utraq3 thetis.
Vos quoq3 mundi turba citati
Flete herculeos numina caſus.
Veſtrum alcides ceruice meus
Mundum ſuperi cœlumq3 tulit.
Cum ſtelligeri uictor olimpi:
Pondere liber ſpirauit atlas
Vbi nunc noſtre iuppiter arces:
Vbi promiſſi regia mundi:
Nempe alcides mortalis obit.
Nempe ſepultus: quotiens telis
Facibuſq3 tuis ille pepercit.
Q uotiens ignis ſpargendus erat:

¶ Eous. aurora. ¶ Contulit. coniunxit. ¶ Plus luce. q̃uis lux ſit utilis uitæ. tamen aliquid maius perit ſcilicet her. ¶ Penetrare. ire quando illos interfecit. ¶ Madens. ſanguinolentum. ¶ Cerula. quia eſt inſula in mari clara tonante quare ibi iuppiter eſt educatus. ¶ Centũ. nam ibi centum erant urbes ut inquit Vir. ¶ Idra. nam increta idra mons: aliuſq3 eiuſdem nominis in phrygia. ¶ Arma. nam illi ſacerdotes galeas & arma percutiebãt in ſacrificiis ut plene ſcribit oui. i faſtis. ¶ Creta. uocatiur' caſus. ¶ Genus. appoſitio é. nã gens archada ut ſupra diximus. aſſerebat ſe ſe ortã eé ante lunã & ſidera: unde dicit phœbo nundũ naſcéte. ¶ Iuga ſpartes. mõtes lacedemonis & nemeæ reſonẽt plãctu. ¶ Mænala. mõté archadie. ¶ Poſcite. repetite. ¶ Setiger. ap ab illo in agris ueſtris fuit interẽptus & ales ideſt alites ſtymphalides. ¶ Sequi. ſagittas: nam uulnerata cadebat ad terrã cum ſagittis. ¶ Velata. nam cum alis obſcurabãt lucem. ¶ Sitoniæ. thracenſes: nam ſitõ mõs eſt thracie. ¶ Infans. quia ſtabula. ideſt equi diomedis non ueſcuntur ueſtris infantibus. ¶ Viſcera. filios ueſtros. ¶ Libera tellus. ſ. libia. ¶ Plaga rapta. hiſpania de qua rapuit her. armenta gerionis. ¶ Vtraq3 thetis. utrumq3 mare orientale & occidentale. ¶ Vos quoq3. ẽt dii debetis flere quia profuit uobis quando gigantes uolebant aſcendere cœlum. ¶ Numina dei. appoſitiue tnrba citati. i. uolubilis cœli. ¶ Tulit cœlũ. quando ſuppoſuit humeros loco atlãtis. ¶ Spirauit. uoluit ſpirare & quieſcere. ¶ Vbi. uertit ſermonem ad iouem dicẽs ubi iuppiter eſt cœlũ q3 ꝓmiſiſti filio. ¶ Mortalis. nã illũ imortalẽ facere ꝓmiſeras. ¶ Pepcit beneficia her. exprobabat ioui niſi fuiſſet hercu. q3 fulmĩa expendiſſes cõtra tyrãnos & mõſtra. ¶ Ignis fulmen

¶ Iaculare. saltem si non uis suscipere filium in cœlum mitte in me fulmen ut fecisti in semelē matrem bacchi cuius fabula nota est apud oui. li. meta. ¶ Natura quia naturaliter omnia moriuntur. ¶ Preclusit. an clausum ē tibi iter ut nō possis transire quod timeatur ne iterum rapias cerberum ut fecisti prius. ¶ Morātur. tenēt ne ingrediaris. ¶ Quis q̄tus tumultus. debet eē in īferno. ¶ Nauita. charō credo ꝙ ipse fugiat. ¶ Centauris. qui dicuntur esse in primo gressu inferni cū uiderunt te fugiunt: & alios ungulis suis feriunt fugiendo. ¶ Idra. quæ est in primo limine inferni: ut scribitur a Vir. ¶ Mersit. quare adhuc est illi sua figura. ¶ Angues. quia plura capita habebat. ¶ Labores. monstra quæ uicisti. ¶ Fallor. nunc castigat se ꝙ filius non ē ita terribilis quēadmodum erat in mundo: cū illic nulla arma habeat: quod sane satis nobis monstrat in extrema die nulla arma prodesse. ¶ Argolico. quem interfecit apud Cleonas. ¶ Contecta. uestita. pillis fuluis. ¶ Operit. tegit sinistrum brachium tuum. ¶ Valant. circundāt caput: nam rictus leonis gestabat in capite & reliquā partem supra humeros. ¶ Dētes. s. leonis. ¶ Donum. nam sagittas reliquisti philotete. ¶ Pharetræ. appositiue donum. ¶ Dextra minor. philotete. ¶ Mansurus. non rediturus.

Q Vid me. alcmena audit uocē dicētē mater quid flendo mōstras me mortuū q iā teneo cœlū. ¶ Fatū. mortē. ¶ Parce. noli plorate. ¶ Vnde alcmena audiens ista uerba miratur unde sit ista uox. credo ꝙ hercules reuersus est ab inferis & illic oīa ipsum timuerunt. ¶ Inhibet. prohibet ne ploret. ¶ Chaos. infernus. ¶ Non semel. bis uictus tibi infernus & mors horrida. ¶ Peruius. per quem potuisti iterum redire. ¶ Remeare. reuerti. ¶ Tibi soli. quod aliis non contingit. ¶ Tenent. quod non redeas. ¶ Metuit. ne raperes regnum inferni. ¶ Certe. uidi te ardentem in rogo & mortuum: sed tamen non potuisti retineri apud inferos. ¶ Precor. dic quid tui: casus genitiui idest quid te timuerunt. ¶ Vmbra. scilicet tua. ¶ Non me. respondet umbra herculis se non fuisse apud inferos: quia satis fuit quod uiuēs illuc adierit. ¶ Tui. ex parte tui genitricis quæ mortalis es expurgatum fuit in his rogis. ¶ Tulit. expurgauit. ¶ Paterna. pars diuinitatis quæ ex Ioue erat. est reddita cœlō. ¶ Virtus. facit immortales: & timidi qui habent ui-

In me saltem iaculare facem
Semelemq3 puta:
Iam ne elysias o nate domus
Iam littus habes: ad quod populos
Natura uocat: an post raptum
Styx atra canem præclusit iter:
Teq3 in primo limine ditis
Fata morantur: quis nunc umbras
Nate tumultus manesq3 tenet:
Fugit abducta nauita cymba:
Et centauris thessala motis
Ferit attonitos ungula manes.
Anguesq3 suos hydra sub undis
Territa mersit: teq3 labores O nate timent.
Fallor: fallor: ego uesana parens:
Nec te manes umbreq3 timent.
Non argolico rapta leoni
Fulua pellis contecta iuba:
Leuos operit dura lacertos
Vallentque feri tempora dentes.
Donum pharetræ cessere tuæ:
Telaq3 mittet iam dextra minor.
Vadis inermis nate per umbras:
Ad quas semper mansurus eris.
Hercules Alcmena. Her. loquitur.

Q Vid me tenentem regna siderei poli
Cœloq3 tandē redditum plāctu iubes
Sentire fatum parce: nam uirtus mihi
In astra & ipsos fecit ad superos iter.
Al. Vnde sonus trepidas aures ferit:
Vnde meas inhibet lachrymas fragor:
Agnosco agnosco uictum est chaos.
Astige nate redis iterum mihi.
Fractaq3 non semel est mors horrida.
Vicisti rursus noctis loca.
Puppis & inferne uada tristia.
Peruius est acheron iam languidus:
Et remeare licet soli tibi.
Nec te fata tenent post funera.
An tibi præclusit pluton iter.
Et pauidus regni metuit sibi.
Certe ego te uidi flagrantibus.
Impositum syluis cum pluribus
In cœlum furerent flamme minis.
Arsisti certe: uerum ultima
Non tenuere tuas umbras loca.
Quid timuere tui manes præcor.
Vmbra quoq3 est diti nimis horrida

Her.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

Her. Non mè rigentis ſtagna cocyti tenent
Non puppis umbras furua tranſuexit meas:
Iam parce mater quæſtibus: manes ſemel
Vmbraſq3 uidi: quicquid in nobis tui.
Mortale fuerat: ignis inuictus tulit.
Paterna cœlo pars data eſt: flammis tua
Proinde planctus pone: quos nato pater
Genitrix in ortu luctus in turpes eas
Virtus in aſtra tendit: in mortem timor
Præſens ab aſtris mater alcides cano:
Pœnas crūentus iam tibi euriſtheus dabit
Curru ſuperbum uecta tranſcendens caput.
Me iam decet ſubire cœleſtem plagam
Inferna uinco rurſus alcides loca.
Al. mane parum per: ceſſit: ex oculis abit.
In aſtra fertur: fallor: an uultus putat
Vidiſſe natum: miſera mens credula eſt:
Es numen & te mundus æternus tenet.
Credo triumphis: regna thebarum petā:
Nouumq3 templis additum numen canam:

Chorus.

Nvnq̄ ſtygias fertur ad umbras:
Inclyta uirtus: uiuite fortes
Nec lætheos ſæua per amnes
Vos fata trahent: ſed cum ſummas
Exiget horas conſumpta dies.
Iter ad ſuperos gloria pandet.
Sed tu domitor magne ferarum
Orbiſq3 ſimul pacator ades.
Nunc quoq3 noſtras reſpice terras
Et ſi qua nouo bellūa uultu
Quatiet populos terrore graui:
Tu fulminibus frange triſulcis:
Fortius ipſo genitore tuo
Fulmina mittes.

FINIS

cia moriuntur. ¶ Præſens. dicis te neſcire unde ſit hic ſonus uenit ille ex cœlo ubi ego ſum. ¶ Euriſtheus. iam euriſtheum non timebis quem ſupra diximus imperaſſe: Herculi hic tibi dabit pœnas. ¶ Tranſcendens. ſuperans ſuperbum caput: ideſt Euriſtheum: cum me filium tuum deum habebis. ¶ Mane. rogabat mater ut reſiſteret: & ille fugit ab oculis eius. ¶ Credula. quia miſeri putant uidere interdū quod non eſt uerum. ¶ Canam. ibo thebas & aperte denunciabo herculē factum deum eſſe.

Nvnquam. uerſus anapeſticus. hic chorus laudat uirtutem quæ ſola immortales homines facit: ut Plato plane teſtatur: qui uoluit puris animabus aditum patere i cœlum: contaminatas uero deprimi in terris addendo cocytos: phlegetontaſq3 fluuios flammiuomos. ¶ Lætheos. infernales. ¶ Sūmas horas. ultimum tempus uite. ¶ Pendet aperiet: hi ſunt de quibus Maro inquit. Hos ardens euexit ad ethera uirtus. ¶ Sed tu. iam præcat Herculem tanquam deum. ¶ Ades. faueas nobis & gere curam noſtri: ut ſi quod monſtrum natum fuerit de cœlo mittas fulmina.

FINIS



¶ Habes amice lector commentaria in aureas. L. Aenei Senece tragœdias tanto uitæ bono: ut ſi diligenter eas perlegeris: nihil tibi conducibilius reperire poſſis ad bene uiuēdum: & ad rerum locorumq3 omi/infariam cognitionem. Ibi ſententiæ graues ad inſtituendum uitæ modum: hyſtoriarum fabularumque enarratio: fortunæ uarietas urbium: montium: aquarum maris: & fluuiorum: regionum populorumq3 deſcriptio: uerborum enucleatio: ordo textus ita ſimplex: ut quiſque nouitius omnia facile percipere ualeat. Itaq3 leges gratumq3 accipies: ſi minima proſequuti ſimus: ut tu maiora indipiſcem poſſis: uale.

¶ Cum priuilegio ne qs audeat hoc opus cū hoc cōmento imprīmere: ſub pena in eo contenta.

Venetiis: per Lazarum Iſoarda de Sauiliano.
M.cccc.lxxxxii. die. xii. Decembris.

REGISTRVM.

a iiiii b iiii c iiii d iiii e iiii f iiii g iiii h iiii i iiii k iiii l iiii m iiii
n iiii o iiii p iiii q iiii r iiii ſ iiii t iiii u iiii x iiii y iiii z iiii.

Holtz so gehowen wirt im howmonet vnd in aller hailgen nuw wir wyss vnd licht besonder buchin vnd anhorin

Baden in tannhapffen sol gut sin fur die Ruden

Lobholtz sol gehowen werden in aine starcken nuw so wirt es wyss vnd licht vnd sind die besten how im herbst vnd sol ouch besser sin nach mittag denn vor das es wenig spalten sol, vnd ouch besser am fritag dann an andern tagen, daran ich kain globen han, denn das etlich sagen es spalt an kaine tag ee denn gehowen vff den donstag

Aber kreßholtz ist besser gehowen im wedel das der tolder trucken

fur den brand

Kutten kernen genetzt in wasser sind gut fur den brand den safft dar vber gestrichen

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

Abryssung ain vßschwayffs

Ut in ouis ordines
veniant qui 15

2	7	8
9	5	1
4	3	8

Ut veniat triginta

2. 9. 15. 23.

Descripcio quadrangulj



Abrissung der hornaffen
an ain troy fuss



Vßtailung ain stertzer sol genomen werden
von dem ysen also das die brayte des ysen
getailt werd / mit dem zirckel in vier
tail / vnd der viertail noch ains darzů gibt
die Rosse ains stertzers / Aber ainem schurpfer wirt
abbrochen die dicke des ysen das er hochler
gelet wirt dann ain stertzer Item die hoche
ains hobels sol ouch gnomen werden von dem
ysen ain brayte des ysen vnd zwo dicken

8 Thl. 1840

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 85
INKUNABUŁY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 86.
INKUNABUŁY